


Copiese la portada

M. S. 4º pasta con 407 hojas foliadas y 8 mas de anteportada y portada bien tratado, completo.

M. Luzaniena

Mand.^o 4.º pasta, escrito muy adornado con 407 f.^s

Lux animæ indeficiens Spiritualis recreatio. 1762

Rotulata

Lux animæ.

S. Bonabent.

Quis est, super quem Sol non eluceat?
Quis est, super quem misericordia
Mariæ non resplendeat?

Idem.

Sicut a te despectus, et auersus, necesse est,
vt pereat; sic ad te conuersus, et a te
respectus, impossibile est vt pereat.

S. Gregorius.

Pone finem in voluntate peccandi, et inuenies Mariam promptam adte adiuvandum.

S. Bernard.

Nihil nos Deus habere voluit, quod per Marię manus non transiret.

S. Gregorius.

Pone finem in voluntate peccandi, et invenies Mariam promptam adesse adiuvandum.

S. Bernard.

Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariae manus non transiret.

S. Ignatius.

Numquam male peribit, qui Genitrici Virgini debotus fuerit.

Lux animæ indeficiens.

Spiritualis recreatio sp[iri]tus.

Promptissima, efficax, ac

practica manuductio

Ad dirigendos pedes n[ost]ros

in viam salutis.



Summæ Triadi

dedicat

P. Fr. Dionysius a Divo Mi

chaele. in hoc Hispali Conventu.

Anno Domini

1764.

Sub protectione, & auxilio

SS.

Deigenitricis

Mariæ del Populo.

Beneplacito Patris nri. Provintialis fratris Petri à Divo Joseph dedicat frater Dionysius à Divo Michaële hunc Librum ad Librariam huius Conventus Deipare del Populo.

fr. Petrus a D°. Joseph Prior Prov.lis

Ad Lectorem.

Quod tibi non placet,
Nobis indocte placebit
Mictabor, o Lector,
Tunc, quia rectus erit.

Merito, ô Lector, Luci, ac Soli, in caliginoso loco coruscantibus comparatum, mysticum volumen hoc elaboravi. nanque videbis in eo, quod nil de meo, sed a permultis, cœlesti doctrina refertis libris, veluti ab amenissimo viridario, granum Scripturę divinę, SS. que PP. flores, in unum, ad meam unicam, magis, quam ad aliorum illuminationem, et gresuum meorum directionem, Lucem, seu Psalterium hoc collegerim. Sed quid dixi Psalterium? utique, et ter optime psalterii nomen impono. audi SS. Parentem Augustinum sup. Psalm. 91: opus nostrum, psalterium nostrum est: et cum sit opus, quod ad recte, secureq' in via Domini incedendum, solicitavi; iure ergo Psalterium numcupavi. Lucis namque officium exercere Librum hunc, seu Psalterium, quippe tenebras ex anima fugat, et declarat, quis non videat? iure Lux, seu Psalterium. sicque in ipso, placidissime Deo altissimo psallo. nam ut ait Africanus Sol: qui

quicumque manibus operatur, bona opera psallit Deo. & non solum: psallo etiam in eodem, in nomine Domini; quia non nomen, propriam non quero gloriam; sed solum mee ignorantie tenebras abstergere, & divine lucis participem fieri. tunc psalles nomini Dni altissimi, (ait loc. citat. S. Pater Augustinus;) querens gloriam Dei, non tuam; nomen ipsius, non tuum: si enim tu queris nomen Dei, queret & ipse nomen tuum. igitur, ô mi Lector, non est laboris mei finis, alius; nisi, ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. (Psalm. 91.) quando quidem, iuxta Parentem nostrum Augustinum: mane dicitur, quando nobis bene est. & bene utique omnibus est huius Psalterii Lux, siquidem Charitatis flammam in cordibus accendit. ideo gratanter accipe. avide perlege. omnia in eo, ad salutem anime desideranda reperies. libros enim omnes comprehendit, & que sparguntur in omnes, in hoc mixta fluunt. Vale.

Simbolographum.

Nos tenebre sumus, & picea caligine tecti,
Undique, & ex nobis gratia nulla micat:
Sed mihi, dum splendet tua lux, Deus, omnia splendent:
Hinc lux grata mihi, vitaque grata venit.

Festinas extinctos reddere Luci.

Series Tractatuum hujus Volumini is.

Discurs. Miscellaneus
Variar. Sentent.
dictor. q SS.PP.

Discursus prim.

De Misericordia Dei

Exod. Cap. 34.

Misericors, et Clemens, patiens, et multæ miserationis. S. P. Aug: ô ampla Dei miseratio! oblibiscentis iniusti Crimen; suscipientis Pœnitentis fidem; pro scelere, damnatum facientis electum! S. Paul: omnes peccaverunt, et egent gloria Dei. S. P. Aug: egent gratia Dei. Glossa: egent gloria Dei. idest: indulgentia, et venia peccatorum. Hug. Car: opus habet peccatoribus, ut impleantur sedes. S. Thom: non indiget, nisi ad nrãm necesitatem, et suam gloriam.

S. Ciril. Alex: super verba Isaiæ: propt. nomen meum longe faciam furorem meum. ita ait; dabo gloriam meam nulli alteri. gloria autem Dei est serbare, et misereri. S. Iacob. 2°: superexaltat misericordia Iuditium. Psalm. 144: miserationes eius super omnia opera eius. Interpres: superexaltat, idest, preeminet, et dignior, et excelsior est iuditio; quia misericordia apparet in salvatis, iuditium vero in damnatis. et sicut Salvati sunt preeminentiores damnatis, ita misericordia est preeminentior Iuditio.

Psalm. 114: Misericors Dñs, et Iustus, et Deus noster miseretur. S. Ambr. notat: quod bis misericordiam posuit; Iustitiam vero semel. in medio est iustitia, gemino inclusa septo misericordia.

S. Laurent. Iustin: Audeo dicere, quod divina Clementia pronior est ad ignoscendum, quam ad puniendum. dicente Profeta: quoniam ira in indignatione eius, et vita in voluntate eius;

nempe

Nempe, naturale, et proprium Dei, Sacro testante eloquio, est misereri semper, et parcere; necnon misericordia eius, iudicium superexaltat, atque excedit. Miserationes eius super omnia opera eius. ad Ephes. 2. Deus dives est in misericordia. S. Bonab. super. misericordia tua Dne adiubabat me. ait, nota, quod est triplex misericordia, contra triplicem miseriam necessaria. scilicet, misericordia preveniens, prosequens, et subsequens.

Illum misericordia Dei prevenit, cuius affectum ad bonum effectum incitat, et incendit. de secunda ait Dns: misericordia mea non recedet ate. abillo misericordia divina non recedit, cum quo cooperando procedit.

De tertia psalit Propheta: misericordia tua subsequet me, omnibus diebus vitę meę. illum misericordia subsequit, cui finalis perseverantię gratiam impertitur.

S. Basilius.

Clama, dic, non labia mobendo, sed mente vocem emittens; nam et silentes audit Deus. Jeremias in luto erat, et Deum attraxit. Daniel in Leonum lacu, Deum placuit. Justinian: An ignoras? quandiu corporaliter vivis, etsi omnium criminum te feceris reum, resurgendi tamen in spiritu tibi a Deo est indicta fiducia. Bellov. in speculo morali, de Rege quodam refert, quod

Cum int subditos virum haberet supramodum divitem, sapientem, et versipellem; necullam contra eum invenire posset, eum accusandi occasionem, ut eius se oppulentis facultatibus locupletare posset; tres ei proposuerit questiones per ordinem sub pena confiscationis magnę partis bonorum

abipso-

Ab ipso resolvendas; et quidem questiones he adeo videbant difficiles, earum que resolutio, prima facie impossibilis vi-
deri potuisset. prima fuit:

Ubi erat medium terre, quasi centrum?

Alia:

Quot Modis aque erant in mari?

Alia:

Quam magna erat misericor-
dia Dei?

Cum autem die asignata
coram Rege, a Carcere
deduceret, in quo
detinebatur,

Ut se reclimeret, et dictas resolveret questiones; de consilio unius
Philosophi, asumpto baculo, illum in terram fixit, et ait:
hic est centrum terre, et medium. improba si potes;
Si vis, ut mensurem Modios maris; retine flumi-
na, et aquas, et Alveos alios, ne subintrent, quo-
usque mensuraverim; et tibi dicam numerum
Modiorum. = tertiam solvam, si tradi-
deris mihi vestes tuas, et Solium ad
hoc iudicium faciendum. quo
facto: Cum esset in sublimi
loco, et Solio in apparatu
Regio, ait: audite, et
videte

Sublimitatem misericordie Dei; quia paulo
ante eram Serbus, modo autem subito fac-
tus sum, quasi Rex; ante pauper, mo-
do dives; ante in imo, modo in al-
to; ante in Catenis, et carcere,
modo in libertate. sic centr-
um misericordie Dei,
est ubique in presenti
vita.

Misericordie eius non est nu-
merus; inmensitas eius est,
quod de Carcere, et vin-
culis peccatorum, per
penitentia modica
venit ad Coelum.

S. Laur. Justinian.
Super quotiescumq peccator ingemuerit, non recordabor amplius iniquitatum suarum. ait: mira res, mirabilisq misericordia Dei, et Redemptoris nri! gemit peccator intra, seq dolet perpetrasse delictum, et confestim placatur Altissimus: non prefigitur certum tempus ad pœnitendum; quoties ingemuerit, non recordabor: si semel, si bis, si decies, si centies, si millies, illum pecasse pœnituerit, iniquitatum ipsius nequaquam memor ero. hoc insinuare voluit Salvator noster, cum Petro interroganti, sivsq septies fratri Adversus se delinquenti, indulgentiam deberet, ait: non dico tibi usq septies, sed usq septuagies septies. tacite videlicet, significans, ut quoties veniam petit, toties ignoscat. quod autem Petro Dns indicavit esse faciendum; hoc ipsum agere, erga misericordiam flagitantes, nemo dubitet.

Jerem. 31: In Charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te, miserans. In Annalibus Eclesiasticis, ex thoma Cantiprat, refertur de Matris misericordiæ sequens historia.

Erat enim in partibus Teuniæ monasterium Virginum, quo bellorum eventu funditus destructo ad domos parentum Moniales redire compulsæ sunt: quarum una pulcherrima, Agnes nomine, ubi ad fratrem militem rediit, abeo violent oppressa, mox impregnata fuit. ad partum ergo appropinquans, anxia fugit ad devia, et partu edito, adest Diabolus in specie Monachi, qui eius Consobrinum protestans, et

consanum =

Conscium facti eius, ait ad eiulantem, et quasi per tristitiam desperantem: ne ut Charissima per partum editum cum Patre, et Parentibus confundaris; parbulu in stagnum proximum proiice; si enim vixerit, latere nequit. tunc mater fatigata, post lacrymas, post dolorem, vicit erubescentia maternum pectus, et parbulum sumersit in stagnum. et statim Diabolus, admiro tabescente dolore coniecit:

O, ait, omnium foeminarum miserrima! quid nunc restat? melius est, ut sine scandalo tuorum, et tui, et graviore mortis periculo, facta mihi Confessione, in aquam cum filio te sumergas. hoc audito, inclamans mulier exhorrescit, et gloriosam Virginem matrem Xpti invocat contra Diabolum adiutricem. nec mora, vidit Demonem cum fumo, et foetore teterrimo disparantem. et mox effusa, laudem matris Xpti ad spe meliorem in prece, et lacrymis confortatur. O ingentem Dei bonitatem! quis ex hoc successu non animabit, ut de Dei misericordia constantissime du... vivit, confidat?

S. Vincent ferrerius.

Non solum dimittit poenitenti culpas, imo roganti relaxat penas. Cum enim pena eterna in temporalem conmutet, vel in hac vita, vel in purgatorio luendam; ideo Deus Eclesię suę de Indulgentiarum thesauro prospexit, ut per applicata infinita Saccratissimi sui Sanguinis, omniumq SS. merita, penę illę expient, quas, alias anima, vel in hac, vel in futura vita, diuturno tempore pati debuisset. unde nobis dici potest, quod Salvator nost. ait:

Alii laboraverunt, nos in laborem eorum introibimus.

Bellovac: effectus diuinę misericordię est, quia peccatorem revocare conat; scilicet, corrigendo, flagellando, blandiendo, promittendo, vocando predicationis, vel loqutionis verbo, incitando, reclamando, et inspirando interno consilio, increpando aliquo terribili signo.

S. P. Aug: si queris, et vis, iam habes ipsam, ut ait Profeta in persona Xpti; misericordia mea cum ipso. Ô grandis misericordia! ô infinita! tu sola potuisti trahere Deum de Cœlo ad terram, et nos de exilio ad Regnum erigere.

Iustinian:

Sup. quotiescumq peccator ingemuerit &c. ait: ô diuinę miserationes, ineffabiles diuinę! non prefixit compunctionis tempus, non indixit mensuram, neque consequendę gratię terminavit locum, sed simplicit dixit: quotiescumq igemuerit peccator: insinuans, nullum abeo dę miserendi finem esse impositum.

S. Ambrosius.

Plus acquisiuimus, qui plus peccauimus, quia beatiores facit tua gratia, quam nrã innocentia. delicta repetendo, merito magnam misericordiam poscit; non solū magnā misericordiā, sed etiam multitudinem miserationum.

Quia ubi ..... abundavit delictum, superabundavit et gratia.

S. Bonabentura:

Ex misericordia Deus patient expectat peccatores; benigne revocat; ulcisci dissimulat; de multis periculis liberat; gratiam liberalit donat; datam multiplicat; multiplicatam conserbat.

Quod=

Quod a Diabolo non omnes suffocantur; quod mundus non subvertit; quod peccator in infernum vivus non detruditur; quod in Corpore a terra cum Chore et Datan non absorbet, Dei maxima est misericordia. misericordiae Dni, quia non sumus consumpti.
si cognosceret homo, quam multiplicia sunt eius pericula; tunc cognosceret, quam multiplex sit super eum misericordia. apparet divina misericordia in diuturna expectationis patientia; cum enim homo peccat, iniuriatur Creatori suo, et etiam filium Dei in semetipso crucifigit,
Et ideo statim dignus est totali consumptione, nisi esset divina misericordia, quae patienter et longanimiter expectat eum, quasi dissimulans peccata eius, quia si statim peccatorem puniret, postea cui parceret non haberet.
S. Hieronic:

Qui autem praedicit, non vult punire peccantes. S. Ambr.
plus minatur, minus exigit; in remuneratione praemioru, sua promissa custodit; in exactione poenarum, praescriptum remordet: cum irascitur, iudicium differt, cum miseretur, properat, ut absolvat; terret, ut corrigat; admonet, ut emendet; praevenit, ut ignoscat. ad terrendu, plenus est Calix; ad liberandu, non est exinanitus.
Olcaster:
O admiranda Dei pietas, l. antequam feriat, monet inimicos, flagella sua vitare. S. Anton: misericordit providit, ut iuxta qualitatem delicti, et culpe, quosdam videlicet inspirando, quosdam comminando, alios percutiendo, reducat.

S. Bernard:

Magnam prorsus miseriam, magna misericordia diluit et abstergit; et hoc quidem festinanter, quia sine ullo intervallo coniunguntur, et lacrymę peccatricis, et misericordia Salvatoris. S. P. Aug: quantumvis multum presumere debeamus de misericordia Dei, non tamen negligenter debemus timere Iustitiam eius. cum Iustitia enim te iudicabit, qui cum misericordia te redemit; nam quod tan longo tempore peccamus, et parcit, non est negligentia, sed patientia: non ille potentiam perdidit, sed nos ad poenitentia reserbavit. Iustitiam ergo teneamus, cuius misericordiam desideramus. non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem; subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictę, disperdet te.

Rabanus:

Sup. miseratio Dni magna est. sic ait: nunquam hominis animus sine metu Dei esse debet, quia Iustus in omnibus viis suis, et Sanctus in omnibus operibus suis. custodit diligentes se, et peccatores disperdet. D. Xpsõm: Noli peccare post veniam, noli vulnerari post curam, noli sordidari post gratiam. cogita maiorem culpam esse post veniam, renobatum vulnus peius esse post curam, molestius hominem sordidari post gratiam. indulgentię ingratus est, qui post veniam peccat; Sanitate indignus est, qui semetipsum postquam curatus est, vulnerat. nec mundari meret, qui seipsum post gratiã sordidat.

S. Bernard:

Sup. Beatus homo, qui semper est pavidus, ita scribit: time, cum arriserit gratia; time, cum abierit; time, cum denuo reverter; proinde, quia recidere, peius est, quam cadere. invalescen te periculo, invalescat et metus.

Ecclesiast. 5:

Ne dicas: miseratio Dni magna est, multitudinem peccatorum meorum miserebit. miseratio Dni, ait Paulus de Palat, magna est, non ut adiicias peccata, sed, ut remittenda, credas, si amplius ea non committere, decernas. immane flagitium est, misericordiam Dei lenam facere Diaboli; et quod per misericordiam, per quam Deo coniungi debueras, Diabolo coniungeris. ergo ne misericordiam, quam Deus in Asylum peccatorum proposuerat, (in templo, scilicet Dei, ubi esset Deus propitiandus) tu fecisti, velut lupanar Diaboli? S. Anselm: ignoras, id est, non cogitas, quoniam benignitas, id est, pia misericordia Dei adducit te quantum in se est Ad penitentiam; dum tibi spatium adhuc temporis indulget? ipsa te provocat ad pœnitendum; sed tu secundum duritiam tuã et cor impenitens, thesaurizas tibi iram, quia durus es, et in malitia tua pertinax, de quã nec corde pœnites!

S. Joan. Xpromus:

Mansuetudinem prefert Deus, ut a peccatis te eximas, non ut peccata peccatis acumules, qui nisi id feceris, terribilius certe iuditium te manet. S. Anselm: notandum est quod ante perpetrationem culpę, numquam miseticordia Dei debet cogitari, sed iustitia, et iuditium eius, furor, et indignatio illius: hec pensari, hec ante mentis oculos merito reduci, hec sepe numero, cum magno horrore retractari debent. q.do quis tentat, non debet dicere, misericordia Dnĩ magna est, sed potius: horrendũ est incidere

Incidere in manus Dei viventis. quando appetitus luxuriæ cuicumque pulsat, non cogitet tunc: quacumque die peccator ingemuerit, omnia peccata eius oblivioni tradent; sed potius sepe recogitando tractet: quod maledictus omnis, qui peccat in spe. Judic. 8: quia patiens Dns est, in hoc ipso poeniteamus, et indulgentiam eius, fusis lacrymis postulemus. S. Leo: abutuntur quidam patientia Dei, et qui non sunt in conscientia liberi, fiunt de longa impunitate securi: cum ideo differat ultio, ut tempus posit habere correctio, misericordiam igitur Dei nostri, quæ non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat, Non ideo quisquam tardet amplecti, quia quod meruit, non recipit: neque enim quidquid differtur, aufertur, aut condemnationem evasit, qui indulgentiam non quesivit. Lyra:

Non tamen sub hac spe est peccandum, quia maledictus homo, qui peccat in spe: nec etiam in peccatis morandum, quia quamvis venia tibi in fine promittit, si veraciter poenitueris; valde tamen difficile est, ut vera sit pœnitentia, quæ venit tan sera: tunc enim cruciatus membra ligat, dolor sensum opprimit, ut vix aliud valeat cogitare. S. Petr. 3: non tardat Deus promissionem suam; sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. adveniet autem dies Domini sicut fur.

S. Aug: qui ab iniquitatibus recedere negligunt, et sibi de Deo indulgente repromittunt, nonnumquam ita preveniunt repentino Dei furore, ut nec conversionis tempus nec beneficiu remissionis accipiant.

Tertulian:

Deum dicis, tam optimum, quam iustum: de suo, optimum, de nr̃o iustum; nisi homo deliquisset, optimum solummodo nosset ex naturę proprietate; et nunc etiam iustum cum patitr ex naturę necessitate. Isai. 42: tacui semper, silui, patiens fui; sicut parturiens loquar, dissipabo, et absorbebo simul.

Dionys. Carth:

Sup. peccavi, et quid mihi accidit triste? Ecclesiast. 5. sic ait: penam differt, non aufert, iuxta quod dici solet; quod differt, non aufert; nam ut dictum est Sap. 11: ipse dissimulat peccata hominum propt pœnitentiam. sed, quod diutius tolerat, hos induratos, suo tempore acrius punit, et terribilius damnat. de quo, et Psalm: Deus Iudex, iustus, fortis, et patiens, nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit. nil ergo solidius, nil periculosius, quam longanimitate, et patientia Dei abuti.

Hug. Carden:

Si autem Dñs est ultionum: ergo potest ultionem remitere. id est, liberalitr expectans ad penitentiam, et pœnitentibus donando veniam. S. Ambr: talis ista benignitas Dei, sicut per nimiam patientiam, facultatem conversionis, et emmendationis indulget, ita maiora, et graviora supplicia coacerbat.

Prover. 1:

Convertimini ad Correctionem meam; vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit, qui aspiceret; despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis. ad vos, o peccatores, ait S. Bernardinus, ingrati, scelesti, et obstinati vox illa horrenda Xpti in Cruce pendentis; vocavi, et renuistis &c.

Ang. Doctor:

Sup. miserationes eius super omnia opera eius. sic ait: est sensus, quod q.to misericordia maior alicui in presenti impendit, tanto, si ingratus fuerit, gravius in futuro puniet. Chrisolog: probatu est, quia dilectio delet, et abluit universa peccata. quid est autem, quod dixit: cui minus dimittitur, minus diligit?

ergo=

Ergo peccandum satis est, ut maior Charitas compareat? absit. Charitas de preteritis subenit, non liberat de futuris. S. Greg: necesse est, ut cum nos diutius expectare conspicimus, ipsa prorrogata pietatis tempora, quasi damnationis argumenta timeamus; ne ex Clementia Judicis, crescat supplicium peccatoris; et unde quisq eripi a morte poterat, inde grauius ad mortem tendat.

S. Cyprianus hic:

Vnusquisq consideret, non quid alius passus sit, sed quid ipse pati mereat; ne evassise credat, si eum interin pena distulerit, cum timere plus debeat, quam sibi Dei Judicis censure reserbavit.

S. Laurent. Justinianus:

Te quoq resistente, prevaricante, fugiente, expectavit patient. o quam frequent ad Cordis pulsat ostium, ut ingrediat ad te, tecum maneat, in te conquiescat, suarumq, te participem faciat esse deliciarum! insequit quippe te, quasi tuo, ipse Dominus indigeat famulatu, et tam quam sine te, nequeat esse beatus. S. Bern: ex magnitudine indulgentie, magnitudinem ultionis attende. inmensus est enim Deus, et infinitus in iustitia, sicut, et in misericordia: multus ad ignoscendum: multus ad ulciscendum.

S. P. Augustinus ait:

Iniquitas omnis parva, magna ve sit, puniat; necesse est, aut ab ipso homine poenitente, aut, a Deo vindicante: nam et que poenitet, punit seipsum. ergo fratres, puniamus peccata, si querimus misericordiam Dei, nequit Deus misereri omnium operantium iniquitatem, quasi blandiens peccatis, aut non eradicans peccata. prorsus, aut punis, aut punit. Vis non puniat? puni tu.

Divus Bernardus:

Non minus Justus, quam misericors est, cui misericordia, et Judicium de cantatur.

Discurs. Secund.

De assidua meditatione Passionis Dñi, eiusq effect.

S. Bonabentu:

Sup. attendite, et videte, si est dolor, sicut dolor meus. ita exponit: attendite, diligent considerando, et videte compatiendo. S. Bern. Sup. clamans voce magna. sic ait: valide clamauit (xpus) ut audiret ab hominibus: Clamoribus, lacrymas addidit, ut homo compateretur.

Lodolfus carthusien.

Multum placet Deo, quod homo memoriam passionis, et vulnerum eius portet in Corde suo. narrat enim, quod cum quidam Eremita sanctissime vite instant Dominum exoraret, ut sibi ostenderet, quid sibi inter cetera seruitia magis acceptabile esset: vidit hominem nudum, trepidantem frigore, et Crucem magnam super se baiulantem; et sibi quis esset interroganti, dicentem: Jesus christus ego sum. rogasti enim me, ut tibi ostenderem, quid int cetera servitia magis complacerem; et nunc tibi dico, quod hoc, quod, scilicet homo iuvet me portare Crucem meam, et vulnera, et passione in Corde suo. et disparuit.

S. Bonabent:

Ô passio mirabilis, quæ suum meditatorem, non solum reddit Angelicum, sed et diuinum! Cesarius refert; quod cum Salvator in Cruce pendens, cuidam Sacerdoti, qui erga passionem Dni magna ferebat devotione, apparuisset, hanc ei dederit optionem: pete a me, quod vis, et fiet tibi. at vero, quid ipsum a Crucifixo postulasse, existimatis? lacrymas sibi dari poposcit, ut scilicet,

Scilicet, quotiescumq Sanguinem Xpti in Cruce effusum meditaret, amarissime plangere posset. dictum, factum: quod enim a Crucifixo sibi dari, petit, perfecte impetravit. Blosius:

O inestimabilis plane thesaurus invenit in passione Xpti, cui si te convenient adiunxeris, mirum in inmodum locupletaberis.

Ipse dulcis Jesus

Dixit in spiritu cuidam amico suo: quisquis bona voluntate preditus, passionis meę, lectioni, aut meditationi humilit, et studiose, ut oportet, insistit, noben inde utilitates consequitur.

Prima est:

Quod a peccatis omnibus emundat, et quidquid neglexit, ex meritis meis restituit. 2.ª quod ad resistendum hostibus suis ita confortat, ut nullum ex eo triumphum referre queant. nam tametsi ipse ex infirmitate non nunquam labit, dexteram tamen meam supono, ne collidat, et pereat. 3.ª quod ad bona queq opera, diversasq virtutes peragendas vires accipit. 4.ª quamlibet, brebi cogitatione, eamdem passionem meam revolbat, semper anima eius in gratia mea renobat.

Quinta

Quod dibote illam conmemoranti, libent ipse commoror. 6.ª quod arcam mihi a Deo Patre manifestatam, illi similiter aliquando pandam. 7.ª quod eum ante mortem mihi placentem reddam, et defunctum, cum Charis amicis meis remunerabo. 8.ª quod nihil eorum, quę serio, et rationabilit petit illi negabo. 9.ª quod in morte illi adversus hostes eius assistam, et de vita eterna illum faciam certum, atque securum.

S. Anselm:

Sup. non iudicavi, me scire aliquid, nisi Jesum Xr. sic glosando ait: in Christo crucifixo non parva scientia est, multa in eo discunt.

Ludolf. Carth: Frequens passionis memoria, indoctum reddit doctissimum, imperitos, et idiotas facit proficere in magistros; magistros, inquam, non scientiæ, quæ inflat, sed Charitatis, quæ ædificat, ipsa est, velut quidam liber vitæ, in quo omnia saluti necessaria inveniunt. felix, qui eius studio serio se intendit, quia in contemptu mundi, et in amore Dei proficiet. Cunctarumque virtutum, ac gratiarum incrementum sumet.

Ad Corint.

Mortuus est Christus, ut et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.

Angelic. D.

Ita debet se quisque reputare, ac si esset mortuus sibi ipsi: iam non sibi vivat, idest, totam vitam suam ordinet ad servitium, et honorem Xpti. mortuus est pro nobis; et nos debemus mori nobis metipsis, idest, pro ipso abnegare nosmetipsos, S. Bonab: qui se intente, et devote in Sanctissima vita, et passione Dni exercet, omnia utilia, et necessaria sibi abundanter invenit; nec opus est, ut extra Jesum aliquid quærat.

S. Ephren ait.

Illuminat anima passiones Christi assidue versans. contemplaris o homo, immaculatissimum Dominum in Cruce suspensum, audes quo, o impudens, et infelix homo in deliciis, ac risu universum vitæ tempus in terris transigere.

Lodolf. Carth: scias, quod si in hac scientia (quæ super omnes scientia est) volueris proficere, cum magno

studio

studio opportebit te, a cibo, et potu illicito abstinere. non bene conveniunt consolatio carnis, et contemplatio dominicae passionis; sed contraria quasi nomina sortiunt; nec possunt simul Caro, et Spiritus delectari.

S. Bern: Crux Xpti voluptati adversatur; et voluptas Cruci; et quomodo possunt excusari voluptatum amatores, ut non sint Christi persequutores? Rei enim fiunt mortis Xpti, etsi non ut persequutores, tamen, ut tantae rei Contemptores.

Hebreor. 2:

Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini, animis vestris deficientes.

Angelic. D.r

Cogitatio enim passionis Xpti facit nos non deficere. S. Greg: si passio Xpti ad memoriam revocat, nihil adeo durum est, quod non equanimiter toleret. fortase laboriosum non est homini relinquere sua: sed valde laboriosum est, relinquere semetipsum. S. Antoninus: qui intra seipsum fluctuat adversitate pressus, ut ad meliora consurgat, et boni operis gresum in veritate figat, Christum passum ante mentis oculos ponat.

S. P. Augustin:

In omnibus adversitatibus non inveni tan efficax remedium, quam vulnera Xpti: in illis dormio securus, et requiesco intrepidus.

Et alibi:

Et alibi idem ait: toto nobis figat in Corde, qui pro nobis fixus est in Cruce. Nacianz: per passiones passionem imitemur, Crucem alacres conscendamus: dulces sunt Clavi, tametsi valde acerbi. prestat cum Christo, et pro Xpto pati, quam cum aliis in deliciis versari. S. Leo: secura est expectatio promissę beatitudinis ubi est participatio dominicę passionis. Lud. Bloss: quotiescumque aliquid pie mediteris, aut legis de passione Dni Jesu, sanctificaris inde, et ingentem fructum reportas, etiam si parvo admodu affectu, sine ullo sapore sensibili mediteris, ac legas. fieri nulla ratione potest, ut vel aspicias tantum piis oculis imaginem Xpti sine grandi utilitate, cum ibi salutis tuę summam invenias.

D. Xptom:

Crux Xpti Dei in homines odium restinxit, Deum cum hominibus reconciliavit; terram, Coelum effecit; homines cum Angelis miscuit, mortis arcem minutissimam diruit. Beata Angela de fulginio a sponso suo audivit: benedicti, qui meę passionis, quę est salus, et vita perditorum, solum refugium peccatorum memores, et devoti, et compatientes eritis: quoniam bene et Regni, et glorię, et resurrectionis, quam per ipsam acquisivi, eritis participes mecum, et cohęredes in perpetua secula seculorum.

Paul. de Palat.

Nemo poterit in gloria esse, nisi de Christi morte fuerit loqutus: in fide enim sanguinis Xpti saltim implicita omnes salvantur, qui Coelo fruuntur.

S. P. Aug: Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Xpti, cum me reprimit caro mea, recordatione vulnerum Dni mei resurgo. cum Diabolus mihi parat insidias fugio ad viscera misericordię Dni mei, et recedit a me. Origenes: Certum est, quia ubi mors Xpti animo circumfert, nequit regnare peccatum: est enim tanta vis Crucis Xpti ut si illa ante oculos ponat, nulla concupiscentia, nulla livido superare possit, sed continuo ad eius presentiam, totus ille peccati, et carnis fugat exercitus.

S. Maximus.

Quis quis Arbori Crucis se religaverit, dulcem procellam luxurię non timebit.

S. Bonabentura:

Si, o anima mea carnem diligis, nullam carnem, nisi carnem Xpti ames. hec enim pro tua, et totius humani generis salute est super aram Crucis oblata, cuius passionem in corde rumines quotidie. S. P. Aug: delicta nra, Christus, sua delicta fecit, ut Iustitiam suam, nram iustitiam faceret. et ideo Jesus ait: calamitas quam patior, in stateram appensa, quasi arena maris gravior apparet. in statera namq divinę Justitię, ut ait Lyra, passio Xpti preponderat peccatis humanę naturę.

S. P. Augustin:

Non possum terreri multitudine peccatorum meorum, si mors Dni in mentem venerit, quoniam peccata mea illam vincere nequeunt. Clavi, et Lancea clamant mihi, quod vere reconciliatus sum Xpto, si eum amabero. Longinus apperuit mihi latus Xpti lancea, et ego intravi, et ibi requiesco securus.

S. Blosius:

Christus S. Gertrud. ait: quilibet poterit respirare in spem venię (quemlibet etiam gravi pondere peccatorum se senserit depresum) offerendo Deo Patri meam innocentissimam passionem, et mortem.

Credat

Credat peccator, se per hoc obtinere saluberrimum fructum indulgentiæ; quia nullum tan efficax remedium contra peccata poterit in terris haberi, sicut devota memoria meæ passionis. Idem B. Henrrico Susoni, a Xpto dicta verba refert: anima, quæ se multis obstrinxit peccatis, poterit ipsius passionis meæ thesaurum adeo ad se adiungere, sibiq applicare, ut etiam si vel mille annis punienda sit in Purgatorii locis, brebi tempore, et culpam, et penam omnem dissolvat, itaut absq purgatorio libera conmigret in Cœlum.

S. Ambros:

Signaculum Xptus in fronte est. signaculum in Corde. in fronte, ut semper confiteamur; in Corde, ut semper diligamus; signaculu in brachio, ut semper operemur. S. P. Aug: sup. in nomine tuo lebabo manus meas. ait: leva manus tua in oratione. levavit pro nobis Dns manus in Cruce, et extensæ sunt manus eius pro nobis. ideo extensæ sunt manus eius in Cruce, ut manus nræ extendant in bona opera. multi sunt, qui passione Dni in ore revolvunt, sed in Corde veracit vulnera eius non sentiunt.

Justinian: Vulnerum cicatrices in suo voluit Dns Corpore retinere ut sicut Electis incentivum est dilectionis, ita et reprobis irrefragabile fieret testimonium damnationis. S. Bonab: accedamus ad latus eius, et sugamus sanguinem eius, quia hoc beneplacitum eius est, non faciamus ipsum, talia frustra pati, non permitamus hunc sanguinem effluere super terram. flevit Xptus in Cruce, quia cum passio sua sufficeret redemptioni omnium, profuit in redemptionem paucorum. grave autem est Xpto, quod tantum pretium in multis sit perditum. in Xpto super omnes dolores Corporis exterius, fuit dolor de Humana ingratitudine interius. et sic per Psalmist. ait: super dolorem vulnerum meorum addiderunt. idem in Persona Xpti sic ait: cum sit tantus dolor exterior, interior tamen planctus est gravior, dum te ingratum experior. non filium Dei rursum flagellemus per delectationem peccati, quia mitigandus est eius dolor, non amplius innobandus. Hug. Card: conscidit eum vulnere super vulnus qui iniquitatem super iniquitatem apponit.

Mafrer ait: vide miser saltator, et saltatrix, quod peiores estis Iudæis qui Xptum crucifixerunt, et deriserunt in terris transeuntem; vos autem in dextera Patris in Coelo regnantem. S. Bonab: potius debet flere peccator vulnera animæ suæ pro quibus Xptus patit, quam vulnera, quæ Corpus Xpti patitur. Simon de Cassia: contra nram gravam nequitiam animemur, et nos ipsi Iudices nri simus. vindicemus in nobis iniuriam Dni nri, et quantum possumus nos conculcemus, dicentes unus quisq intra se: si pro peccatis meis ita vilificatus Est, et afflictus, quomodo meæ vilitati, et afflictioni parcere potero, qui peccavi? S. P. Aug: fratres, ut a peccato sanemur, Crucifixum intueamur. S. Bern: agnosce, o homo, quam gravia sunt vulnera, pro quibus necesse est, Xptum Dnm vulnerari. Iustinian: Ex passionis immensitate, amoris magnitudinem declaravit: nisi enim tenerrime, ardenter q diligeret, doloris nimitatem tolerare non posset. vincebat plane in illo, atq supereminebat mortis supplicium, amoris magnitudo. proinde ex consideratione moeroris, ac penæ, Charitatis illius affectus notus efficitur.

S. Bonaventura:

Quanto ferventius diliges eum, tanto magis suæ compatieris passioni; et quanto plus ei compatieris, tanto plus erga eum tuus accendetur affectus. S. P. Aug: internis luminibus inspicite vulnera pendentis, Cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, pretium Credentis, commercium redimentis. hec quanti valeant, Cogitate: hec in statera Charitatis appendite.

Blosius:

Singula, quæ pertulit Jesus, ita considera, et recipe, quasi pro te solo illa pertulisset: neque enim ea tibi minus prosunt, quam si tu solus per Xptum redimendus fuisses. sed et si solus redimi debuisses, ille Pro te uno promptissime, et incarnari, et pati, et mori voluisset.

Discursus tertius de Oratione.

Jerem. 12:

Desolatione desolata est omnis terra; quia nullus est, qui recogitet Corde. Hug. Card: nullus est, qui causam tantæ desolationis attendat, idest, peccata. nullo alio modo Deus ad misericordiam flectit, quam si animus deprecantis adeum toto devotionis affectu convertatur.

Div. Xptom: Curam pauperum omittebant Apostoli, ut plus illis otii aduacandum orationi superesset. constituite namq; inquit, ex vobis viros boni testimonii septem; nos vero Orationi instantes erimus.

Quanto purior, frequentiorq; fuerit celebrata Oratio, tanto celeriqr veniet inimici vindicta: hostis, dum oras premitit; dum cessas erigitur.

Kempis:

In omni tribulatione, ad orationem recurre, sicut ad portum animæ tutum, divinum implorandum auxilium. quanto citius, tanto melius; q.to tardius, tanto peius; q.to sepius, tanto utilius: q.to ferventius, tanto Deo acceptius.

Justinian: quia hec Deum mitigat, et velut quoddam scutum, ab ira Dei protegit; nam Oratio posita est, per quam ira Dei suspendit, vindicta differt, venia procurat. est Oratio similis scuto, quod divinæ indignationi debemus opponere; nam sicut scutum prohibet ictum Lanceæ, vel sagittæ; sic Oratio serbat a Lancea, vel a sagitta sententiæ iræ Dei. sic dicitur de Aaron, quod proferens scutum Orationis restitit iræ.

Ecclesi. 35:

Deprecatio usque ad nubes propinquabit: Oratio humiliantis se nubes penetrabit, et donec propinquet, consolabitur, et non discedet, donec Altissimus aspiciat. Exod. 32: ait Dominus ad Moisem: dimitte me, ut irascatur furor meus. in Esther quidem dicitur: Domine Rex omnipotens, non est, qui possit tuae resistere voluntati, nec est, qui resistat Maiestati tuae. S. Hieron: qui dixit, dimitte me, ostendit, se teneri posse, ne faciat, quod minatus est. Dei potentiam Servi preces impediebant.

S. Antonin: valet oratio, ut ita dicam, contra Deum. exemplum in Moise, cui Oranti pro populo, ait Deus: dimitte me, ut irascar: quasi oratio teneret ipsum ligatum.

Sapient. 7:

Invocavi, et venit in me spiritus sapientiae. S. Laurent. Justin: orationis virtus hominem illuminat, nam et oratione melius solvunt dubia, quam inquisitione alia; citiusque panduntur secreta precibus, quam studio. Oranti Danieli aperiunt mysteria, fiunt revelationes, et quod seculi Sapientibus erat clausum, illi per orationem efficitur manifestum. S. Petr. Damian: sive scripturarum meditationibus deditus, sive operi cuipiam sis intentus, frequenter ad Orationem recurre, et terrae prostrato Corpore, mentem ad Coelum erige.

Prov. 3:

In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos. Quidam ait: pulsate ad portas Religionum, et interrogetis, an ibi inter illas vigeat Oratio, et an illa continua, et fervens existat, et si id verum esse, inveneritis, Sanctos illos esse, dicite; econtra vero, si Orationis nulla

habeat=

Habeat ratio, misera quoq' erit talium religiosiorum conditio. S. Xptom: non minus, quam arbores aquis, precibus nos indigemus; nam neq' illę possunt esse fructuosę, nisi humorem radicibus ebibant, neq' nos pretiosissimas pietatis fruges fundere, nisi prius irrigemur.

Caietan:

Omnis Monachi finis, cordis q' perfectio ad iugem, atq' indisruptam Orationis perseverantiam tendit, et quantum humanę fragilitati conceditur, Ad immobilem tranquillitatem mentis, ad perpetuam nititur tranquillitate, et puritate.

Justinian:

Qdo ira animum tuum turbat, mentem enervat, tranquillitatem fugat, ascende in presidium, ad altitudinem Orationis confuge, ibiq' ab infestationibus securus, leta tranquillitate frueris. S. Bern: gravis nobis est inimici tentatio, sed longe gravior illi nra oratio. Histor:

Historia:

In vittis SS. PP. legit': quod fratres Abbatem Agathonem interrogaverint: Pater, quę virtus in conversione plus habet laboris? et ait eis: ignoscite mihi, quia puto non esse laborem talem, qualis est orare Deum.

Dum enim voluerit homo orare Deum suum semper inimici Demones festinant interrumpere orationem eius, scientes, quia ex nulla re impediunt nisi per Orationem fusam ad Deum. D. Xptom: ille, cum sciat, quod eo tempore obtinere possumus remissionem peccatorum, optans nos in ipso portu orationis impingere, tempus illud adoritur, mentemq'. ab intellectu Verborum avertit, quo auctiores Damno, quam lucro ex precibus abeamus.

S. Joan. Climac:

Q.do Demones vident Religiosum externis Corporis ministeriis distractum, non posse precibus operam dare, invadunt ipsum gravissime, et turpissimas cogitationes obiiciunt, quibus illum ad ruinam compellant. S. Isidor: tunc magis Diabolus cogitationes curarum secularium humanis mentibus ingerit, quando orantem aspexerit.

Blosius:

Cum S.ta Birgita orans, tentationibus fatigaret, ait ei Deipara: Diabolus explorator invidus, querit impedire bonos dum orant: tu vero filia, quacumq tentatione pulseris int orandum, persiste in dessiderio, vel bona voluntate, et conato sancto, sicut commode potest quia dessiderium, et conatus tuus pius reputabit pro effectu orationis.

S. Bernardus:

Q.to graviore tumulto cogitationum carnalium premor, tanto ardentius orationi insistere debeo. et q.to peccatorum meoru phantasmata in oratione plerumq patior, tantum necesse est, ut intensius vis cordis mei, quo durius repellit, tanto valentius insistat orationi, quatenus cogitationis illicitę tumultum superet. S. Joan. Climac: ne recipiendę tibi sunt improbę cogitationes, sed prudent cognoscendę, discernendę q, quo a Diabolo sunt profectę.

Bellovac:

Sponsus, S.tę Chatarinę dixit: scito filia, quod anima perseverans in humili, fideliq oratione adipiscit omnem virtutem; unde nullo modo Orationis studium negligendum, aut omittendum est propt aliqua adversantia; sive ea procedant ab illussione Satanę; sive a fragilitate propria; sive a cogitationibus immundis; sive ab inordinatis stimulis, et carnali motu Corporis. frequent enim Diabolus orationis tempore animam variis imaginibus, et fantas-

matib-

Fantasmatibus magis infestare conat, quam extra tempus Orationis: 13.
tunc callide sugerit oranti, quod talis oratio nihil illi prosit, cum alia cogitare non debeat, quam illa, quę orat. malignus hostis hoc persuadere nitit, ut is, qui orat tœdium, confussionemq mentis incurrat, atq ita omittat exercitium Orationis, quę est armatura fortissima adversus omnes inimicos.

Kempis:

Si recte sapis, et bene intelligis, ac proinde conspicis, tunc omnis bona actio, loqutio, et cogitatio de Deo, de virtutibus, de Scripturis, est simplex oratio. hec ad Cœlum pulsat, veniam petit, gratiam, et gloriam impetrat; et quando hoc facis ad laudem Dei, congaudent Sancti Angeli, turbant Demones.

Reg. 3:

Exaudies in Cœlo, in firmamento Solii tui orationes. Histor: In Vitis PP. legit: narravit nobis Abbas Paulus, quod dixerit Senex quidam: cum die quadam sederem in Cellula mea, opperarerq manibus meis (texebam autem Canistrum, et Psalm. repetebam) ecce per fenestram ingressus est, quasi puer etiops, et stans coram me saltare cepit, psalentiq mihi dixit: non bene salto? ego autem nihil respondi. rursus ait mihi: non tibi placet hec saltatio mea? nihil autem responderiti mihi ait: tu putas te male Senex, magnum aliquid agere? dico tibi, quia, et in sexagessimo quinto, et sexagessimo sexto Psalmo errasti. tunc surgens ego, procubui ad orationem, et evanuit.

S. Vint Ferrer:

Sciendum, quod inter omnia opera, quę possumus in hoc mundo facere, necessaria est debota oratio ad Deum. ratio; quia certum est, quia omnia bona tan temporalia, quam corporalia, quam etiam spiritualia habemus a Deo=

Habemus a Deo; nam omne datum optimum, scilicet, bonorum temporalium, et corporalium; et omne donum perfectum, scilicet, ut Glosa ait: bonorum spiritualium, desursum est, descendens a Patre luminu, idest, Angelorum. Si ergo vis rigare hortum tuum de alto fonte opportet ponere Canalem, per quem aqua veniat ad hortum. ita etiam si vultis, quod aqua gratiarum Dei veniat ad vestrum campum, hortum, Corpus, et animam de fonte ab alto spiritus sapientie, Verbum Dei in excelsis, ponatis Canalem, id est, orationem debotam; mediante ista veniunt ad vos bona temporalia, spiritualia, et Corporalia.

S. Bonabentur:

In hoc innuitur oratio multum nobis amanda, quia per ipsam impetrat obtentio omnis boni, et amotio omnis mali.

S. Cyprianus:

Qui fecit vivere, docuit, et orare. S. Xptom: nos vero decet, ob rem perentes Deo, in precibus perpetuo vivere; ita enim licebit nobis vitam hominibus perpetuam agere. nam quicumque Deum non precat assidue, neque divino colloquio frui cupit, mortuus est, et anima, sensuque penitus caret. illud enim maximum est stultitie, et stuporis argumentum, si honoris huius magnitudo ignorat, si precatio non amatur, si non anime mors esse existimat Deum precando non venerari. ut ergo Corpus hoc nrum cum animus abest, mortuum est, et foetidum; Ita, nisi se animus ad precationem excitet, mortuus est miser, et foetidus. atqui quamvis morte acervius putandum esse precatione spoliari. Daniel nos docet, qui Mori maluit, quam trib. dieb. a precib. retardari.

Idem:

Si teipsum precatione spoliaveris, perinde feceris, ac si piscem ex aquis extraxeris: ut enim hic aqua vivit, sic tu precationibus. S. P. Aug: non desit unquam orare, qui non desinit benefacere: plus est orare corde, et opere, quam ore. non ergo orare desinit, qui benefacere non desistit. unde vir sanctus, sive sit operans, sive manducans, sive dormiens, cum ista omnia propt. Deum faciat, ut servire Deo melius valeat, utiq. semper orat. ad hoc enim dormit, ut postea melius in servitio Dei vigilare possit: ad hoc comedit, ut Deo serviat, ut pondus pœnitentiæ portare queat.

S. Antonin:

Multum clamat, qui multum amat. Blosius: Dñs dixit ad S. Catharinam: sanctum desiderium animæ, scilicet, bona voluntas, continua oratio est, quia virtutem habet orationis. et quidquid homo in Dei, proximiq. Charitate facit potest vocari oratio, cum Charitatis affectus pro oratione reputetur.

Bellobacens:

Si potest dare voce, potest eam dare mente, ut semper oret bonum desiderando, et volendo. de hoc thesauro bonæ voluntatis, et dessiderii, qui plus dat, plus habet. Kempis: si non potes semper orare, clamare, ora spiritu, et mente, ora dessiderio, et pia intentione. Iuge sacrificium in ara Cordis; est bona voluntas semper bene agendi, bene Deo serviendi; semper enim orat, qui semper benefacit; qui de preteritis malis, et pro futuris bonis gemit, orare non dessinit.

Non ergo cesset laus ab oratione, nec manus ab opere, nec cor a meditatione, nec pes tardet a divino servitio. surgat tecum oratio

noctu=

Nocte de lectulo; vigilet, et cantet tecum hymn: et Psalm. in Psalter, quiescat tecum in dormitorio; precedat, et sequat te in Choro, sedeat tecum in refectorio; doceat te in loquutorio; solvat tecum gratias cibo sobrie sumpto; transeat tecum in agrum; plantet tecum species in horto; sedeat tecum in cubiculum; mundet tecum pedes a luto verborum; lavet tecum manus a luto, et sorde operum; comitet te in omni loco privato, et opperto. habit tecum in silentio, sit tecum in principio laboris, in medio, et in fine eius.

S. Bernard:

Tanto crebior debet esse oratio, q.to est melior.

Crisolog:

Ad tentationem vadit, qui ad tentationem deprecandam non vadit.

S. Bonabent:

Impetrat remissionem culpę perpetratę.

S. Hieron:

Ieiunio sanantur pestes corporis, et oratione pestes mentis.

S. P. August:

Precationem, et deprecationem, multi idem putant, et hoc quotidiano usu omnino prevaluit. qui autem distinctius latine loquti sunt, precationibus utebant in optandis bonis; deprecationibus vero, in evitandis malis. precari enim dicebant esse, precando bona optare: imprecari mala, quod vulgo iam dicit, maledicere: deprecari autem, precando depellere. precatio proprie de malis amovendis, oratio vero de bonis adipiscendis instituit; sed communit ponitur unum pro alio.

Lippoman:

Multorum oratio ferventior fit, et exaudibilior: ideo orationes agendę etiam in Ecclesia.

S. Vincent Ferr:

Ideo congregamur in solemnitatibus, vel processionibus, ut adinvicem inflamemur, et oratio ascendat ad Deum. S. P. Augustinus:

S. A. August:

Sicut humanus spiritus numquam vivificat membra, nisi fuerint unita; sic et Spir. S.tus numquam nos vivificabit, nisi fuerimus uniti. S. Ambr: multi enim minimi, dum congregantur unanimes, fiunt magni; et multorum preces, impossibile est, ut non impetrent. D. Xptom: quid petentibus se non dabit, qui seipsum non petentibus dedit?

S. Bernard:

Manum suam appertam habet, iuxta illud Profete: apperis tu manum tuã, et imples &c: cum ergo apperit manus, diffundit, quod in manu est: Deus autem semper habet manum appertam, imo etiam perforatam, quia ex exutraq. parte manus diffundit bonitatẽ suam.

D. Xptomus:

Si differt aliquando Dñs, non odio facit, nec te aversat, sed differendo diutius apud se conservare vult, sicuti et Patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud se detineant, quos dessides vident, dedita opera morant, aliquid daturi.

S.to A. August:

Cum aliq.do tardius dat, commendat dona, non negat. diu dessiderata, dulcius obtinet; cito autem data vilescunt. pete, quere, insta. petendo, et querendo, crescis, ut capias. servat tibi Deus, quod non vult cito dare, ut et tu discas magna magnopere dessiderare. S. Anselm: sepe Dñs differt, ut excitet magis appetitum; non enim differt, eo, quod non vellit dare, sed ut aucto dessiderio abundantius possit dare.

Quedam non negant, sed, ut congruo dent tempore, differunt. S. Isidor: interdum, quod perseverant orantes non cito exaudimur, utilitatis nrẽ est, non adversitatis. sepe enim multos Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad salutem. S. Greg: de innocentum penis Dñs ridere dicit, quia quo=

Quo ardentius a nobis querit, eo de nobis suavius letat. Justinian:
agit nonnumquan divina providentia nobiscum, ut differat
utiliter, quę liberalit donare disponit; ut discamus magna
magne dessiderare; quia quo diutius abest, quo ardent
diligit, eo robustius expectantis dessideria cumu-
lant: tanto q dulcius sapit, et cautius conservat,
quod percipit, q^to^ diutius in prece suspensus
extitis petentis affectus.

S. I. August:

Multa bona prestantur invitis, qua
ndo eorum consulitur utilita-
ti, non voluntati.

Genes: 18:

Loquar ad Dnm, cum
sim pulvis, et Cinis?

S. Bernardin:

Debet oratio fieri cum reverentia: reverentia enim, idest humilitas in-
terior, et exterior, omnino exaudibilem reddit orationem, iuxta
illud Ecclesiast. 35: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit.
et donec propinquet, non consolabit, et non discedet,
donec Altissimus aspiciat, et Dns non elongabit.
S. Greg. Emis: tanto graviora erunt humana
delicta, q^to^ maiora se ostenderunt divina
beneficia.

S. Vicent Ferrer:

Inter alias conditiones orationi necessarias,
una est confidentia in orante, obtinendi,
quod iuste petit: non dubitare, si faci-
at, vel non faciat. qui enim hesitat,
similis est fluctui maris, qui a ve-
nto movet, et circumfert. ut
ait: omnia quecumq pe-
tieritis in oratione, cre-
dentes, accipietis.

S. Bernard:

Quare Deus non semper exaudit petitionem orantis? duobus modis ora-
tio impedit, ne impetrare quis valeat postulata: hoc est, si aut
mala quisq com mittit, aut si delinquenti in se debita
non dimittit. frustra Deum propitiari sibi que-
rit, qui cito placari proximo negligit. hic pla-
ne dat intelligi, quia q^do^ qui orans non exaudit=

Exaudit, non est impossibilitas prestantis, sed culpa deprecantis. D. Xpiom: cum surgis, faciem, et manus labas, animam enim immundam negligis. nescis, quod sicut Corpus aqua, ita oratione mundatur anima? labate, et Corpus, et animam; multae illi insident vitiorum maculę, eas expellamus per orationem.

§. S. Augustin:

In tempore orationis omnem malitiam cordis proiice abs te, et remitte, si quid habes adversus proximum tuum. est quoddam genus serpentis, quod, cum vadit ad bibendum aquam, antequam accedat ad fontem, vomit venenum. imitare huius serpentis astutiam, et omnem venenum amarissimum proiice ab anima tua.

§. Gregori:

Si id, quod precipit, facimus; id, quod petimus, obtinemus: valdenamq apud Deum, unaq hec sibi necessario conguunt, ut oratione operatio, et operatione fulciat. §. Isidor: non potes habere precis certam fiduciam, qui adhuc in preceptis Dei pigritat, et peccati delectat recordatione. quoties orantes non cito exaudimur, nra in nobis facta in oculis proponamus; ut hoc ipso, quod differt divinę reputet iustitię, et culpę nostrę. Jansen:

Notant tres, suo ordine conditiones, omni vere, et digne poenitenti necessarię, et sufficientes, quarum 1a est proprię indignitatis agnitio, et quę ex illa nascit sui ipsius deiectio, et erubescentia.

Justinian:

Preparatio remota est, orantis vita laudabilis; multum enim iuvat orantis puritatem, si in=

in omni loco, actu, et tempore, nos ab operibus temperemus illicitis, et divinis obediamus preceptis. S. Bonab: nota quod, si Deum fervent orare volumus, illi tripliciter adherere debemus. videlicet, per fidem, spem, et Charitatem. fides enim orationem dirigit, spes erigit, Charitas porrigit.

S. Gregorius:

Cosnamq familiariter visitat, quos per mortificationem vitiorum ad alta proficere, et per mundas, et utiles orationes suavit redolere perspicit. quid per montem mirrhe, nisi altitudinem mortificationis in opere; et quid per Collem thuris intelligimus, nisi altam humilitatem in oratione? S. P. Aug: videamus autem, an forte in nobis duo sint altaria constituta, Corporis, scilicet, et Cordis, nri; in exteriori altari, idest, in Corpore nro offerantur opera bona; in Corde odorem suavitatis redoleat cogitatio Sta. iuxta Ecclesiast. 31: frequens meditatio, Carnis afflictio est. S. Bern: fuge publicum, fuge, et ipsos domesticos; secede ab amicis, et intimis; secede sed mente, non Corpore, sed intentione, sed devotione, sed spiritu.

Hug. de Sto. Victor:

Quid est, quod semper in secreto loquitur Deus, nisi quod nos ad secretum vocat. S. Bern: tunc veraciter oras, quando aliud in Corde non cogitas. Cum orare volueris solus solitudinem Cordis tui ingredere, et collecto spiritu tuo, integra mente, et vacuus curis, orationis domum intra: stans coram Deo, orationis instantia, Coelos penetra, et presentatus Choris Coelestium, in ipsorum presentia miserias, et calamitates, quas pateris, miserandus deplora. claudamus Ostium, ne culpa intret, ne lapsus aliquis sermonis exeat.

Isaias 29: Populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me: Cor autem eius longe est a me.

S. Ambros:

S. Ambr: qui appropinquaverit corde, ipse audit a Dno: cor ergo prius clamet, ut sermo possit audiri. S. Isidor: verba deprecantis Deus non intendit, sed orantis cor respicit. S. Bernard: spiritus est Deus, et in spiritu clamet, necesse est, quisquis clamorem suum, ad eum dessiderat, pervenire. sicut enim non faciem hominis respicit, tanquam homo, sed magis intuetur cor; sic et cordis vocem potius quam corporis, aures eius, cui merito dicitur, Deus cordis mei, diriguntur.

Bellovac:

Non plus delectatur Deus in oratione vocali, sine attentione mentali, quam in garritu Avium, vel in grunnitu porcorum. Orans Psalmist. dicit Dno: intende voci orationis mee, Rex meus, et Deus meus. et alibi: fiant aures tue intendentes &c. Sed si tu ipse non attendis tibi, quomodo speras, Deum intendere tibi?

Div. Chrisostomus:

Si lingua quidem verba proferat, mens vero foris circumvagetur, res domesticas circunspectans, aut forensia negotia sibi cogitatione formans, nulla nobis erit utilitas, sed potius condemnatio.

S. Ambrosius:

Est oratio ad vitam, et oratio in peccatum: et tu si secularia petas, oratio tua non ad Deum dirigit, sed in peccatum: ideo q intellige, que petas, intellige, que cogitas.

Quidam:

Oratio sine intentione, idest, sine attentione, corpus est, sine anima. Baroni: opportet vos asiduitatem habere legendi, et instantiam. hec sunt arma, lectio et oratio, quibus Diabolus expugnatur.

Eccl: 17: relinque peccata tua, precare ante faciem Dni, et minue offendicula. S. Bern: quando profundus sopor, nocturnum inducit silentium; tunc purior, et securior est oratio, ut pote nullo strepitu, nullo clamore turbata, nulla aspitientium laude tentata. cum in oratione consiteris, coram quo assistas, cognosce. sitq animatua, et cor tuum totum ad Deum.

S. P. August:

Meditatio parit scientiam, scientia compunctionem, compunctio devotionem, devotio perficit orationem. meditatio est frequens cogitatio, curiosa, et sagax obscura investigare, et occulta ad notitia trahere.

Scientia est, quando homo ad notitiam sui, assidua meditatione illustrat. compunctio est, quando ex consideratione malorum suorum, cor interno dolore tangitur. parum est, Deum exaltare lingua, sed et sub lingua, ut quod loqueris hoc tacitus cogites. Hug. Card: debet peccator cogitare vias suas, ut cogitet, quo ducunt, qui ad penam gehennalem. S. Greg: sup. De profundis ait: notandum quia non ait, Clamo, sed clamavi, habes in hoc perseverantie documentum, ut si primo non exaudiris, ab oratione non deficias, imo precibus, et clamore insistas.

S. P. Aug: non petit in nomine Salvatoris, quicquid petit contra rationem salutis. S. Bonab: digna, et congrua debet petere: quecumq petierimus secundum voluntatem eius, audiet nos: salutem anime tue, et que ad salutem sunt petere debes; talia enim secundum voluntatem Dei sunt. Justinian: non locus, sed affectus ad orandum est eligendus. S. P. Aug: querebas montem, descende, ut attingas, scilicet, per humilitatem. ascensiones in corde suo posuit in valle plorationis, et lacrymarum. si queris altum locum, intus exhibe templum Deo. in templo vis orare? intus ora: sed prius esto templum, quia ille in templo tuo exaudiet orantem.

Discurs. Quartus
De Presentia Dei.

Zachar. 3:

Dominus respicit homines:: Dni est oculus hominis. Seneca: prope est ate Deus, tecum est, intus est. ita dico Lucili: Sacer intra nos spiritus sedet, malorum, bonorumq nostrorum observator, et Custos. bonus Vir sine Deo non est. S. P. Aug: ipse timendus est in publico, ipse in secreto. procedis? videris. Lucerna ardet? videt te. lucerna extincta est? videt te. in cubile intras? videt te. in Corde versaris? videt te. si peccare vis? quere, ubi te non videat, et fac quod vis.

Tertuli:

Plena, et occupata sunt omnia suo Authore. S. P. Aug: ego dico, quod Deus totus oculus est, totus manus, et totus pes, quia omnia videt, omnia operatur, et ubiq est.

S. Hieronim:

Siq. peccamus, cogitaremus, Deum videre, et esse presentem, numquam, quod ei displicet, faceremus. S. P. Aug: magna hominis miseria est, cum illo non esse, sine quo non potest esse. in quo enim est, proculdubio sine illo non est; et tamen, si eius non meminit, eumq non intelligit, nec diligit, cum illo non est.

Glosa:

Laqueos Diaboli facile evadit in terris, qui semper oculos habet in Coelis. S. Thom. a Villanov: unde tanta tepiditas in orando, tanta negligentia in operando, tan modica resistentia in resistendo, nisi ex hac rei oblivione?

S. Hieron:

Presentia Salvatoris, tormenta sunt Demonu. Xptom: si videmus semper mente Deum, si semper in recordationem eius mente

Mentem convertimus, omnia nobis facilia apparebunt, omnia portavilia, omnia sustinebimus, omnibus superiores efficiemur. Senec: magna pars peccatorum tollit, si peccaturis testis assistat.

S. Hieroni:

Memoria Dei excludit omnia flagitia. S. Petr. Paschas: si vis salvari, velim sic te agas, ut Deum presentem semper, ubiq intelligas; et sic coram ipso verseris, ut in nullo, maiestatis eius oculos offendas.

Div. Xptom:

Ne maiorem faciamus timorem hominum, quam indignationem Dei; sed memores simus semper verborum Joseph dicentis: quomodo faciam verbum hoc malum, et peccabo coram Deo? Prover: respicit Dns vias hominis, et omnes gressus illius considerat. S. Ambr: hominem vereris presentem; Dei Patris, et filii non vereris presentiam? sed non vis credere, ne possis cavere. non vis audire, cum legit; quia Deus cognovit occulta hominum, ne incipias scire, quod timeas, et timere, ne pecces.

Distichum.

Cum quid turpe facis, quod me spectante juberes.
Cur spectante Deo, non magis ipse rubes?

S. Greg. Naciane:

De Adolescente quodam refert; de Adolescente quodam; quod cum in domum suam, foeminam quandam admisisset lasciuam; hec in cubilis ingressu, oculos elevans, super ostio quodam collocatam, obserbavit Polemonis viri serii, modesti, et gravis effigiem: unde suspicata Adolescentem illum Polemonis profiteri Academiam; statim ex respectu, et veneratione Philosophi illius, pedem retulit, nullamq corporis sui fruendi potestatem, dissoluto illi Adolescenti, indulgens, in domum suam se contulit. heu! quot Christianos, hujus meretricis actio, in die judicii condemnabit.

S. Ambrosius:

Plerisq enim aspectus Justi, admonitio correctionis est, perfectioribus vero letitia est.

Div. Xptom: presente quidem homine, nemo voluerit scortari; vincit tirannis vitii a pudore hominum: Deo autem vidente, non solum adulterium admittit, et scortat, sed etiam multa alia graviora, multi admittere, ausi sunt, et audent.

S. Greg: sancti viri tanto se subtilius in cogitatione constringunt, q^to se q supremo judice districtius considerari, conspiciunt.

S. Clement. Alexand: hac solum ratione fit, ut quis numquam labat, si Deum sibiipsi semper adesse, existimet. Senec: quid enim prodest ab homine aliquod esse secretum? nihil Deo clausum est: interest animis nris, et cogitationibus, medius intervenit. de S^cto Dorotheo legit: quod, cum Dositheum adolescentulum, nobilem, qui antea vitam ageret dissolutam, et militarem, in disciplinam suam assumpsisset, ut eumdem in viam perfectionis expedite, gradiendi modo doceret, sequenti ei prescripserit documentum: numquam corde tuo Deus excidat. cogita semper, Deum tibi presentem, et te coram illo stare. per cuius doctrine praxim, predictus Dositheus intra quinquenium, tales, in spirituali vita progressus edidit, ut post mortem suam, a quibusda Monachis, in paradyso coelesti visus fuerit, tan prestanti diademate coronatus, ut austerissimis quibuscumq Anachoretis, qui ad illud usq tempus in thebaide vixerant, nequam inferior videretur.

S. Bern: a Christo enim dicti sumus Christiani: nonne igit, ea via, qua Xptus ambulavit, et nos debemus ambulare? S. Basil. mag: quid proprium Xptiani? respondet: providere Deum in conspectu suo semper. thobi. 4: omnibus diebus vite tue, in mente habeto Deum. et cave, ne aliq^do peccato consentias, et pretermittas precepta Domini Dei tui.

Abulensis:

Deus ubiq est: ideo ubicumq aliquid fiat, coram Dno fit. Dionys. Carth: Non omnes, qui manducant, coram Dno manducant; sed perfecti, qui sive comedant, sive bibant, ad gloriam Dei hoc faciunt. Glosa: in conspectu Dni stat Justus modo; stabit, et in futuro: modo; ut Conditoris potentiam ad sensu reducat, et sic fidelit vivat: in futuro; ut veracit coronam vite accipiat. Senec: o felicem illum, qui sic aliquez vereri potest, ut ad memoria quoq=

Quoq eius se componat, et ordinet! qui sic aliquem vereri potest, cito erit verendus. Cassian: Deus cunctis momentis nos conserbat, et quasi manu prius, nras omnes actiones, et opera. Alvarez: hec tandem sit omnibus, que geris, tua solicita cura, tua iugis occupatio, Deum, aut extra teipsum, aut intra te ipsum, presentem intueri, et purissimis dessideriis, Sanctissimis colloquiis et ignitis amoris affectibus, ad diuinam, et incomprehensibilem eius bonitatem aspirare: nihil enim efficatius est ad peccata delenda, imperfectiones extirpandas propter viam humane nature molliendam, virtutes acquirendas, et nram mentem in Deum trasformandam, quam hoc amoris exercitium, sive cum voluntate, siue cum mentis ariditate prestitum; quo potentissime terrena fugimus, et in carne mortali, quodammodo impassibiles, et coelestes efficimur.

Euseb. Emisi Juste incunctant offert sanguinem suum, qui pre oculis habet Regem suum. §. Bern: esto nullus te videat, non tamen nullus. videt te Angelus malus: videt te Angelus bonus: videt te, e bonis, et malis Angelis maior, Deus. videt accusator: videt testium multitudo: videt, et ipse Judex, cuius te assistere opportet tribunali: sub cuius sane oculis velle delinquere, tan insanum est, quam horrendum incidere in manus Dei viventis.

§. Leo Magnus:

Ista ergo scientia summi Judicis, iste est tremendus aspectus, cui peruium est omne solidum.

§. Basilius:

Quis in oculis Principis sui, audeat, quod displiceat Principi ipsi? §. Bern: propterea expedit omni anime Deum semper attendere, tanquam proprium, nonmodo adiutorem, sed etia inspectore.

§. Ciril. Alexand.

Non dubitemus, multa maiora, quam speravimus, prestantiora que bona ex Xpti presentia, nos consequturos: et qui absente ipso laboramus, presente eo, sine opera nostra quiescemus: sic enim omnium periculorum Christus solutio est.

Discurs. Quint.
de Amore Dei.

Ang. Dr: vita cordis amor est: & ideo impossibile est, ut sine amore sit cor, quod vivere querit. S. Greg: Altare Dei cor nostrum est, in quo iubet ignis semper ardere, quia necesse est, ex illo Charitatis flammam indesinent ascendere. S. P. Aug: talis est quisq, qualis est dilectio eius. terram diligis? terra es. Deum diligis? quid dicam? Deus eris. tota salus nra in dilectione consistit. S. Dion. Areopagit: amor amantem convertit in amatum; & amans amando, quodam modo exit a se, ita ut anima amantis sit ubi amat, quam ubi animat.

S. Laurent. Iustin:

Nulle maiores sunt divitie, quam Deum possidere, & Charitatem habere. S. P. Aug: Charitas mors est criminum, & vita Virtutum. S. thom: quem magis amo, magis revereor, magis offendere vereor. qui plus habebit de Charitate, perfectius Deum videbit, & beatior erit. Iustinian: amor est virtus quedam reciproca, tenax, & indissolubilis animorum colligatio. S. thom: amari solet, & merito amat, qui fidelis in amicitia comprobat. S. Paul: quem enim diligit Dns, castigat: flagellat autem omne filium, quem recipit.

S. P. August:

Ad dilectionem in nobis excipiendam, nutriendam, & augendam, nihil ita valet, sicut beneficiorum eius, frequens, & diligens recordatio.

idem:

Furorem tuum provocavi: iram promerui: peccavi, & passus es: deliqui, & adhuc sustines: si peniteo, parcis: si revertor, me suscipis: revocas errantem: vincis repugnantem: expectas torpentem: amplecteris redeuntem: doces ignorantem: mulces mœrentem: a ruina suscitas: post lapsum reparas: petenti lar- giris:

Largiris: querenti inveniris: pulsanti apperiris. Idem: maiorem charitati eius iniuriam facis, si dona illius accipis, et tamen vicissitudinem eius non impendis dilectionis. Idem: aut dona illius, si potes, respue: vel si dona illius respuere non potes, vicissitudinem dilectionis repende.

S. Joan. Chrisost:

Omnia, quę vident, Coelum, terram, maria, aerem, quęq in ipsis sunt omnia animalia, plantas semina, causa nri effecit. ut totus tibi servirem, omnia in meum servitium tradidisti.

S. Thom. a V. no 6a:

Est, et alia ratio debiti amoris; quia tu etiam diligis me, et prior dilexisti me non quasi nos dilexerimus ipsum, ait Apost; sed quia ipse prior dilexit nos: prior dilexisti me Dne, quia sine merito, vel debito aliquo fecisti me: quid enim tibi feceram, ante quam essem, ut faceres me: ex tan multis possibilibus Creaturis, quas creare poteras, placuit tibi suscitare me de nihilo!

S. P. August:

Cogita, quod aliquando non fueris, et ut esse inciperes; hoc Dei dono acceperis: donum ergo eius erat, ut fieres.

Idem:

Discernere me ab illis, qui vel abortivi proiecti sunt ab utero; vel intra materna viscera suffocati, pene vident concepti, non viz, accepi ergo, ut sim: accepi, ut homo sim: accepi intellectu, qui intersit inter me, et pecus: accepi corporis formam: accepi in Corpore distinctionem sensuum; oculos ad videndum; aures ad audiendum; nares ad odorandum; manus ad contrectandum; palatus ad gustandum; pedes ad ambulandu. Accepi amplius: mentem, scilicet, quę possit intelligere, quę possit capere veritatem; quę possit indagare, dessiderare Creatorem, laudare, et inhaerere illi.

Multum accepisti, et nihil a te habuisti: at pro omnibus his, non habes, quid retribuas, nisi tantum, ut diligas.

ama=

Ama amatorem illum, qui amore tui descendit in substantiam panis, et tibi amorem suum amori tuo copulavit, humiliando se, sublimando te, coniungendo lumen suę ęternitatis limo tuę mortalitatis. D. Xptom: quod sufficiebat redemptioni, non satis erat amori. S. Ambr: nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset. Idiota: amor ceteros affectus in se ducit, et captivat.

S. Bernard:

Deum toto corde diligimus, si quod blandit de sensibus, ob amorem Christi, reiiciamus.

Cassiodor:

Ille ergo Deum diligit, qui semper eum, omnibus anteponit. Im perfect: diligere Deum ex toto corde, est, ut cor tuum non sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem, magis, quam Dei. Titelm: pone me super cor tuum, super omne, quod tibi cordi est; quod cogitas, quod amas, quod charum est, posponas, ut ut omne, quod charum est, posponas, ut me superponas, ut me semper plus diligas, non solum, quam quod extra te est, sed plus quam, quicquid intra te est.

S. P. August:

Anima, quę Deum amat, nihil aliud potest cogitare, nil aliud velle, nil aliud loqui, nisi solum Deum. Vis habere dilectionem Patris, ut sis Coheres filii? noli diligere mundum, exclude malum amorem mundi, ut implearis amore Dei. qui creavit te, ipse redemit te, ne amorem tuum divideres partim Creatori, partim tribuens Redemptori.

S. Paul:

Sive manducatis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. S. P. Aug: firmamentum salutis, est habere radicem Charitatis. S. thom. a V. nova: multum dignificas me, dum sic amari vis a me. S. Greg: esse sine dilectione anima numquam potest, nam aut in ifimis delectatur, aut summis.

S. P. August:

Certe angusta est via: laboranti angusta est; amanti lata est. Idem

Habere autem Charitatem, et malus esse non potest. cetera Creatura vilescat, ut Creator in Corde dulcescat. S. Bern: ubi amor est, labor non est, sed sapor. nihil aliud est amor, quam vehemens, et bene ordinata voluntas. S. Greg: quid grave, non leviter tolerat, qui amat? quid quid enim diligit, cum magna devotione portat.

S. Paul:

Plenitudo Legis est dilectio.

Xptus Sæ Getrud.

Fiducia illa, quam homo in me solo collocat, credendo me posse, velle, et scire ipsum fiducialiter iuvare in omnibus, cor mihi transfigit, tantamq pietati meæ violentiam facit, ut non possim non ei gratificari, et manus porrigere ob gustum que exeo; quod totus a me pendeat, capto.

Et Sæ. Mechtildi dixit:

Mihi igitur fidat, qui grandia a me expectat.

Discurs. sextus.
De amore proximi.

S. Paulus:

Qui diligit proximum, Legem implevit. Tertul: merito totam Creatoris disciplinam, principali precepto eius conclusdit: diliges proximum tuum, sicut te. S. Anselm: in proximi dilectione potestis omnia Legis precepta, quę ad bonos mores pertinent, implere. merito enim, qui proximum diligit, ut se, Legem dicitur implere: quia quicquid non vult, sibi ab alio fieri, quantum potest ipse facit aliis: sic enim quicquid Lex prohibet, vitatur; et quicquid ipsa moraliter iubet, impletur.

Axiom. Philosophic:

Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, et equę bene. S. Greg: amor Dei generat dilectionem proximi, et in dilectione proximi, amor Dei calefacit. Justinian: qui amare proximum negligit, profecto diligere Deum, nescit. S. Bern: nullus cum una ala potest volare in cœlum. quare? quia nec sola dilectio Dei, sine dilectione proximi, nec sola dilectio proximi, sine dilectione Dei valet ad eternam beatitudinem. Didac. Stella: in hoc certe clarius videre poteris, quanti Deus facit amorem proximi, ut nequaquã velit amari, nisi simul cum proximo.

Ecclesiast:

In tribus placitum est spiritui meo, quę probata sunt coram Deo, et hominibus: concordia fratrum: amor proximorum: et vir, et mulier bene sibi consentientes.

S. P. August:

Sed qui sunt proximi, quos debemus sic diligere? certe omnes homines, Christiani, Judei, Pagani, amici, et inimici. sic diligendi

sunt homines, ut eorum non diligantur errores. Idiota: amor inimicum nescit. S. Asterius: videns hominem, teipsum in eo vides. S. Joan. Xptom: fratrem te nominat, et quasi hostem te occidit. Levit. 2: diligere proximum, tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus, et saccrificibus.

S. P. August:

Quomodo diligendus est Deus, et quomodo proximus? ait: Deum debemus diligere, plusquam nos; sed proximum, sicut nos. Deum diligimus plusquam nos, si eius precepta voluntati nr̃e in omnibus preponamus: proximū autem non iubemur diligere quantū nos, sed sicut nos, idest vele, et optare bonū quod debemus velle, et optare nobis, et maxime ęternam beatitudinem, et ad illam obtinendam ei, et in corporalibus bonis

Et in spiritualibus succurrere, prout ratio exigit, et facultas permittit. unde Dn̄s in Evangelio: quecumq; vultis, ut faciant bobis homines, et vos eadē facite illis. Utrum diligas te?

Nequaquam se diligere, censendus est, si nequiter vivit, si vitia sectat, si concupiscentiis carnis habenas laxat; si in temporalium prosperitatibus spem figit suam: tanto magis se odit, q. magis delinquit. S. Bern: proximos autem tunc diligimus, sicut nos; si non propter aliquas utilitates nostras; non propter spectanda beneficia, vel accepta; non propter Consanguinitates, vel affinitates, sed propter hoc tantum, quod sunt nr̃e naturę participes, diligamus.

Levitic. Cap. 19:

Diliges amicum tuum, sicut te ipsum, ut nihil ei facere vellis quod non tibi.

S. Bernar:

Si diligit homines, qui a utiles, et delectabiles sibi sunt, manifeste apparet, quod eos non diligit vero amore, sicut seipsum,

Sed sicut Equum, et Mulum, et panem, et Vinum, et cetera consimilia. Didac. Stella: nullum proximum tedio, aut fastidio nobis esse debere, quam gravibus infirmitatibus, et peccatis sit coinquinatus; sed benigne proximum esse tractandum.

Discurs. septimus De timore Domini.

(D. Chrisostom.)

S. Thom. Si timorem Dei habeamus, nihil nobis est opus. S. Thom. Unde tanta mala in mundo? ait: quia non est timor Dei. Aug. Car: De timore venit ad dilectionem, et de declinatione mali, ad exequtionem boni. in mandatis eius volet nimis. bene dicit: Volet: quia ubi non potest homo plus facere, sufficit bona voluntas. bene dicit: vollet nimis; quia plus debemus velle, quam possumus facere; et talis viri, scilicet, timentis, et vollentis, potens in terra erit semen eius. in timore Dni fiducia fortitudinis, et filiis eius erit spes.

Lactant:

Solus est timor Dei, per quem vita ipsa sustinetur, munit, gubernat.

S. Isidor:

Ubi timor non est, ibi morum perditio est: ubi timor non est, ibi dissolutio vite, est, ibi scelerum abundantia est.

Nullum est malum, quod non extinguat Dei metus. timor Domini expellit peccatum, sive quod iam admissum est, sive, quod tentat intrare: expellit sane, illud quidem pœnitendo, hoc resistendo. S. Greg: prava mens, si non prius per timorem evertit, ab asuetis vitiis non emmendat.

S. P. Aug:

Rarissime accidit, imo vero numquam

Nunquam, ut quisquam veniat, volens fieri Xptianus, quin non sit aliquo timore perculsus. Idem: sicut meliores sunt, quos dirigit amor: ita plures sunt, quos corrigit timor. Idem: qui perfecte Deum timet, diligenter se a peccatis custodit. Idem: timor Dei repellit peccata, et adiicit virtutes. timor cautum facit hominem, et solicitum, ne peccet. Ubi vero timor Dei non est, ibi dissolutio vitæ est.

Poeta:

Oderunt peccare boni, virtutis amore.
Oderunt peccare mali, formidine penæ.

S. Bonabent:

Sicut medicina bene temperata repellit omnes morbos nocibos, et omnes nocibos humores; sic timor Dei omne peccatum, et omnes peccati occassiones.

Ang. Doct:

Quilibet timor, aut filialis, aut initialis, aut serbilis, aut mundanus. hic est sermo de timore, ut per ipsum homo a Deo avertit, et ad eum convertit; si avertitur a Deo, propter mala, quæ ab eo timet, dicit timor mundanus; si autem ad eum convertat, et ei inhereat propter timorem penæ, est serbilis; si ob timorem culpæ, est filialis; quia filius timet offensam Patris: si propter utrunque, est initialis.

S. P. August:

Quantum Charitas crescit, tantum timor decrescit. cum autem ceperit Charitas habitare, pellitur timor, qui ei preparavit locum: quantum enim illa crescit, ille decrescit: et quantum illa fit interior, pellitur foras. maior Charitas, minor timor: minor Charitas, maior timor: si autem nullus timor, non est, qua intret Charitas.

Noli altum sapere, sed time. ama Dei bonitatem, time severitatem; utrunque te superbum esse non sinit: amando enim times; ne amatum, et amantem graviter offendas.

S. Bonabent:

Omnis perfectus debet eum timere propt᷑ tria: propt᷑ culpam occul-
tam. unde hoc? delicta, quis intelligit? et Apost: nihil mi-
hi conscius sum, sed non &c. propter sui insufficientiaꝫ.
unde hoc? non sunt condignæ passiones huius &c.
et propter futuram ruinam, scilicet, ne peccet in
futuro. unde hoc? beatus homo, qui semp=
er est pavidus.

S. P. August:

Non est in Charitate timor, sed per-
fecta Charitas foras mittit ti=
morem; sed timorem ~~Dni, n~~ ho
minis; non Dei; timorem
temporalium maloru,
non divini in die
Iuditii.

Deus enim est, qui operatur in vobis. quidquid ergo prosperum
venit, fratres, magis metuendum est: quæ putatis prospera,
magis tentationes sunt, ideo cum tremore, quia Deus
operat᷑, quia ipse dedit; non ex te est, quod habes:
cum timore, et tremore operaveris; nam si
non tremueris, aufferet, quod dedit. Idē:
Per bonam vitam, bona conscientia
Comparatur, ut per bonam cons=
cientiam, nulla pena timeat᷑.
quapropt᷑, discat timere, qui
non vult timere: discat ad
tempus esse solicitus
qui semper vult es-
se securus.

Apostol:

Non est volentis, neq' cur
rentis, sed misserentis
est Dei.

S. Isidorus:

Nulla te res de peccato securum faciat: nulla tibi securitatis dece-
ptio blandiatur: nulla securitas deceptum, a pœnitentie in-
tentione suspendat. incessanter in corde tuo spes, et
formido consistat; pariterq' sint in te timor, atq' fi-
ducia, pariter spes, et metus: sic spera missericordiam, ut iustitiam metuas;
sic spe indulgentiæ erigar,
ut metus gehennæ semper
affligat.

Eccliast. 5:

Di propitiato peccato, noli esse sine metu. Ibans: quod intelligi pot est, tan de peccatis preteritis, quam de aliis, quę in futurum co mmitti possunt. Notum est oraculum Spiritus Sancti; nescit homo, utrum amore, vel odio dignus sit. quis potest esse certus, quod Sacramentum poenitentię, debitum suum obtinuerit complementu?

Multi inveniuntur, qui temerarie de divina presumunt misericordia, audatiores q' evadunt, relaxantes habenas peccatis.

Quapropter ait, et prosequitur Ecclesiasticus: ne dicas, miseratio Domini magna est, multitudinis peccatoru meorum miserebitur. quę verba, Paul. de Palatio interpretatur hoc modo: miseratio Domini magna est, non ut adiicias peccata, sed ut rem ittenda credas, si amplius ea, non committere decernas. multi sunt, qui quia non sunt benefundati in timore Dei, non stabiliunt

Firma, et solida proposita non repettendi priora peccata, aut certe, parum persistunt stabiles in bono proposito facto. et sic ad propositum dicit Beatus Apostolus Paulus; cum metu, et tremore salutem operamini.

S. Anton:

Ne spes presumptione corrumpatur, debet timor coniungi, qui est initium sapientię; ad cuius saporis dulcedinem, nullus potest pervenire, nisi prius degustet timoris amaritudinem.

Unde Exod. 15. dicit: quod filii Israel antequa venirent ad Ihanne dulcedine invenerunt in Iharath aque amaritudinem.

Prov. 2

Prov. 28:

Beatus homo, qui semper est pavidus; ne in aliquo offendat Deum. Hug. Card: sicut radix in profundo terræ est; sic timor Dni in profundo humilitatis tenet hominem.

S. Greg. mag: Sancti quanto magis Divinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt.

Corn. Alap: si vis honestam vitam instituere, a timore incipe. Justinia: timere Deum, nil aliud est, quam nulla, quæ facienda sunt bona præterire. Beda: ubi non est timor Dei, ibi regnum est peccati. Ubi vero est timor Dei, ibi est regnum Dei, et sanctitatis. S. P. Aug: Carnes sunt carnales concupiscentiæ; Claves sunt præcepta Justitiæ, his illas configit timor Dei configit, id est, non timor pœnæ temporalis, vel etiam æternæ, sed ipsius Dei, id est timor offendendi eum.

Cum timet pœna, quam minatur, discit amari premium, quod pollicetur; ac sic, per timorem pœnæ, bona vita retinetur. per bonam vitam, bona Conscientia comparatur; ut per bonam conscientiam, nulla pœna timeatur. Eccl. 1: timor Dni delectabit cor, et dabit letitiam. S. Bern:

Conscientiam mundat, amaritudo tollit, peccatum fugat, tranquillitas redit, spes reviviscit, animus hilarescit, facit hominem vitare peccata, sic quod parit Conscientiæ serenitatem.

Justinia:

Conciliat pœnitentem, Cœlum apperit, mundat cor, onus auffert, letificat Cor.

S. Bonab: qui timorem Dni semper habet præ oculis, viæ eius pulchræ et omnes semitæ eius pacificæ.

Hug. Card: effectus timoris Dni est, quia cohibet manum a malo opere,

timor=

Timor virtutes excitat, ne rubigine otii consumant. Justinia: qui timent Deum preparabunt corda sua. S. P. August. Vere humilitatis virtutem, nemo sine timore Dei habere potest, quia eorum neuter sine altero esse potest. S. Remig: timor hominis infirmat; timor Dni confirmat. S. P. Aug: qui erubescit in conspectu hominis peccare; quanto magis dignum est, vt erubescat in conspectu Dei, iniquitatem agere, qui non solum opera, sed et corda considerat?

S. Joan. Climac:

Beatus, qui non minus timet Deum, quam rei Judicem timere solent. beatus, qui non remissior est in rerum studio, quam probi serbi in re Dni sui.

Discurs. Octavus.
De Providentia Dei.

S. Jacob. 1:

Dat omnibus affluenter. S. A. Aug: sic est Deus per cuncta diffussus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia Creatrix mundi, sine labore regens, et sine onere continens mundum. Alexand. ab Alexand: ita Deus curam hominum cum Deitate copulavit, ut post Orbem conditum, Deus esse non possit, si nri curam non habeat.

S. Greg. Nacianc:

Omnia facit Deus, atq immutat, et veluti per circulum, universum hunc mundum gubernat; ita ut, ex aere aqua, ex aqua terra, ex terra ignis producatur.

Poeta.

Qui tempus ab evo, ire iubet,
Stabilisq manens, dat cuncta moveri.

Math. Cap. 6:

Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Euthim: Non dixit autem: scit Deus. sed: scit Pater vester; quo maximam habeat fiduciam. ex quo enim Pater est, et talis Pater, filios despicere non poterit, et pati ut rerum necessariarum indigentia deficiant; cum neq terreni Patres id sustineant: et quia omnibus his scit vos indigere, dabit utiq.

S. Lucas. Cap. 12:

Considerate Corvos, qui non seminant, nec metunt; Deus pascit illos. Crisolog: exemplo tali, exagerat dubitantis insania,

qui=

Qui putat, Deum hoc piis filiis denegaturum, quod impiis suministrat. Hug. Card: si ergo animalibus ministrat, propter hominem, quomodo hominibus non ministrabit propter seipsum? Crisolog: O miserum! o tota infelicitate dignissimum! cui cum det Regnum, suspirat panem; cum perpetuitatem donet, deflet potum; cum immortalitatis gloria induat, plangit Corporis indumentum.

S. Cyprian:

Si Deus providet passeribus; si tot pascit oves, quę strictam adeo, cum Deo coniunctionem non habent, sicut habet homo: q.to magis manus ipsius erga nos provida erit, et solicita? tu Christiano, tu Dei serbo, tu operibus bonis dedito, tu Dno Deo tuo adeo charo, aliquid existimas defuturu? Ang. Dr: qui dedit maiora, dabit minora; sed Deus dedit animam, et Corpus: ergo, qui dedit hec, serbabit ea? S. Anton: formavit Carnem alimentis egentem; quomodo non etiam alimenta prestabit?

S. P. August:

Pascit te, qui fecit te. qui pascit latronem, non pascet innocentem? pascet te, qui solem suum oriri facit super bonos, et malos, et pluit super Iustos, et iniustos. si pascit damnandos, non pascet liberandos?

Oleaster:

Dignum inquisitione est: cur Dne non dedisti eis panem ad mensem, aut quem ad hebdomadam saltem serbare possent, sed ad singulos dies? respondit: vult Deus, nos semper ab eius providentia pendere=

Pendere; quoniam novit, nos non adituros eum, nisi indigeremus: qua in re melior est pauperum, quam divitum conditio; sunt enim singulis diebus pauperum oculi ad Deum, ut eorum misereat, et necessaria saltem ad illum tribuat diem. D. Xptom: corpus ipsum non tan alimonia sui crescit, quam providentia Conditoris.

Imperfec:

Deus est enim, qui per singulos dies, incrementa corporis tui facit, te non intelligente. si ergo in te ipso quotidie Dei providentia operatur, quomodo in necessariis tuis cessabit?

Si autem vos cogitando, modicam partem corpori vro addere non potestis, quomodo cogitando salvandi estis in toto? S. Pet. Crysolog: prandii tui semper, et ubiq' Deus preparator assistit. Rupert. Ab: humana Creatura est illud opus, quod eadem Beata Trinitas, magna sibi dignatione divisit; ut Pater conderet, Filius redimeret, Sptus Sanctus igniret.

Jansenius:

Quid manducabimus? satis significat, quam solicitudinem, et curam prohibeat, videlicet, timidam, et anxiam, quę huiusmodi cogitationibus, ceu quibusdam continuis aestibus exagitat hominem.

Ang. Dr:

Temporalium solicitudo illicita est, si ea, ut ultimus finis querant: et si ad ea inquirenda superfluum studium adhibeatur; vel nimirum in his timeamus, ne nobis in necessitate deficiant. Dionys. Carth: nolite ergo solliciti esse, scilicet, cum inquietudine mentis, impedientem pacem internam, et libertatem cordis in Deum.

Imperfect:

Soliciti esse vetamur; laborare autem iubemur. sic enim, et Dns loquens ad Adam, non dixit, cum solicitudine facies tibi panem, sed cum labore, et sudore faciei tuę. ergo non solicitudinibus spiritualibus, sed laboribus corporalibus acquirendus est panis.

Carthus:

Hominibus committit labor, et providentia; non solicitudo inquieta, et avaritia. Ad suam sponsam Charina, Dns dixit: cogita tu de me, quia ego cogitabo, et solicitus ero pro te. S. P. Aug: omnem curam vestram super Dominum mittite. prorsus vos ipsos proiicite in illum:: videte, quia nec minima nrã contemnit Deus; nam si contemneret, non crearet: nam et capillos nostros, ipse uti que creavit, Et numeratos habet. ad ubera portavimus, quid times in sinu Dei positus? tu de illius sinu, noli cadere. o tu bone omnipotens; qui sic curas unumquemque nostrum,

Tanquam solum cures; et sic omnes tanquam singulos. certe mihi videt; dum eius misserationes circa me attendo; quod si fas est dicere, nihil aliud facit Deus, nisi ut meæ saluti provideat: et ita totum ad custodiam meam occupatum video, quasi omnium oblitus sit, et mihi soli vacare velit. S. Bern: hoc habet in natura simplicissima Sponsi Divinitas, quasi unum respicere multos, et quasi multos, unum.

Imperfect:

Pluet super iustos: quia omnia bona Deus non propt omnes homines dat super terram, sed propt paucos sanctos; contentus est enim magis, ut peccatores contra meritum suum bonis Dei fruantur, quam, ut iusti contra meritum suum a Dei bonis fraudent.

Seneca:

Dii multa ingratis tribuunt, sed et illa bonis paraverunt. Jerem. cap. 17: benedictus vir, qui confidit in Dño, et erit Dns fiducia eius. S. Joan. 3: si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, ut quicquid petierimus, accipiamus a Deo. Apost: nolite amittere confidentiam bestram, quæ magnam habet remunerationem. Xptom: cum enim nos ipsi deficimus, tunc Dei patrocinia retardamus.

Prover. 28:

Justus, quasi Leo confidens absq terrore erit. S. Greg. Justi viri securitas recte Leoni comparat,

quia=

Quia contra secum quoslibet insurgere conspicit, ad mentis suæ confidentiam reddit; scit, quia cunctos adversantes superat.

Histor: In vitis Patrum legitur, quod Theodorus, hanc a Deo gratiam postularit, ut propulsato a Corde suo omni timore, plenissime in Dei fiduciam conceperit, ut dicere non dubitarit: si Coelum terræ adhereat, Theodorus non formidat.

Eremit. quidam: Si non dixerit homo in corde suo: ego solus, et Deus, sumus in hoc mundo, non habet requiem.

§. P. August:

Heu spes caduca mortalium! speras in pecunia? speras in honore? speras in amico potente? in his omnibus, cum speras, aut tu spiras, aut cum vivis, omnia pereunt, et in spe tua, tu, et ipse deficis, ac cadis. S. Basil: spes mortalium sunt somnia vigilantium.

S. P. Aug:

Cum autem legamus, in fame, et siti Apostolos laborasse, non existimemus, hic Dni promissa titubare, quando quidem ista sunt adiutoria. Medicus iste, cui nos totos commissimus, novit quando apponat et quando detrahat, sicut nobis iudicat expedire. Si enim nobis aliquando defuerint, Quod plerunque per nostram exercitationem Deus sinit, non debilitat propositum nostrum sed examinatum confirmat.

Aforism. med: omnis repletio mala, panis autem pessima. S. P. Aug: sicut medicus abstrahit ab infirmo cibum, et potum, ut curet eum; sic Dns, qui habet providere, permittit hominem pati, ut curet. S. Greg: malaque nos hic premunt, ad Deum ire, compellunt. S. Basil: ad perfectum virtutis cumulum, coniuncta simul esse utraq hec oportet; et humanum studium, et auxilium Coeleste, fidei opera adscitum, et comparatum.

Psalm. 33:

Inquirentes Dnm, non minuent omni bono.

S. P. Augustin:

Constanter Deo crede, eiq totum committe, quantum potes; ipse enim te ad se sublebare non dessinet, nihilq tibi evenire permittet, nisi quod tibi prossit, etiam si nescias.

Discursus 9.s de Predestinatione.

S. P. August:

Predestinatio, est prescientia, et preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberant, quicumq liberantur. Hug. Card: inter ceteras causas humiliandi se, una est incertitudo finis; quia quantumcumq sit homo bonus, et sapiens, nescit tamen, qualem habebit exitum; et ita nescit, an salvandus sit, an damnandus.

Isai. Cap. 66:

Ad quem autem respiciam, nisi ad trementem sermones meos.

Historia.

Cum quidam anxius inter metum, et spem, frequent. fluctuaret; et quadam vice, mœrore confectus, in Ecclesia ante quoddam altare, se in oratione prostravisset, hec intra se revolvit: O si scirem, quod adhuc perseveraturus essem! statim q audivit intus divinum responsum. quid si hoc scires? quid facere velles? fac nunc, quod tunc facere velles, et bene securus eris. mox consolatus, et confortatus, Divine se commissit voluntati.

Ecclesiast. Cap. 15:

Deus ab initio constituit hominem, et reliquid illum in manu consilii sui; adiecit mandata, et precepta sua: si volueris mandata servare, conserbabunt te: apposui tibi aquam, et ignem; ad quod volueris porrige manum tuam. ante hominem vita, et mors, bonum, et malum: quod placuerit ei, dabitur illi.

S. P. Aug:

Querimus causam predestinationis, nec invenimus; reprobationis autem causam, querimus, et invenimus?

Respondet:

Nam quibus missericordiam non impertit, ut non impertiat, merentur.

S. Hieron: Deus, equali, cunctos, sorte generavit, et dedit arbitrii libertatem, ut faciat unusquisq quod vult, sive bonu, sive malu.

scit

S. P. Aug: si non es predestinatus, fac, ut predestineris. S. Ambr: Deus mutare sententiam, si tu noveris emmendare delictum. S. Hieron: dat' locus poenitentię: et monemur, ne cito amputemus fratrem; quia fieri potest, ut ille, qui hodie noxio deprabatus est dogmate, id est, malis deprabatus moribus, cras resipiscat.

S. P. Aug:

Potest quidem aliquos, sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest aliquos, sine malis meritis clamnare, quia iustus est.

Rodulf. ref. Hist:

Cum enim Monachus quidam alteri Collegę suo, sibi a Deo, quod prescitus esset, revelatum fuisset; mox alter respondit: benedictus Deus; nec tamen sic desperabo; sed poenitentiam, quam per ingressum religionis assumpsi, de cetero duplicabo, et triplicabo, donec gratiam et missericordiam, apud Deum altissimum, qui pius est, inveniam. sciebat enim, quod Deus iustus, et Pater misssericordiarum, ipsum non esset reprobaturus sine propriis demeritis, quibus se, per auxilia divinę gratię, minime irretiendum esse, sperabat: hacq spe fultus animo non despondebat.

S. P. Augustin:

Sola Charitas discernit filios Dei, a filiis Diaboli.

S. Math. 25: statuet quidem oves a dextris suis &c. S. Thom: quare bonas vocat oves? propt. quatuor: invenimus enim in Ovibus innocentiam, patientiam, obedien=

tiam

Obedientiam, affluentiam fructuum. S. Paul: Deus est, qui operat in nobis, et velle, et perficere pro bona voluntate. S. Bern: ipsa (gratia) liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum. sanat, cum immutat affectum. roborat, ut perducat ad actum. serbat, ne sentiat defectū.

S. Augus:

Illi cum Xpto regnabunt, quos Deus gratuita bonitate sua predestinavit ad Regnum. Certum est, nos facere, cum facimus; sed ille facit, ut faciamus, prebendo efficacissimas vires voluntati. non enim dubitandum esse Iustum, etiā quando facit, quod hominibus videtur iniustum. nemo venit, nisi tractus: quem trahat, et quem non trahat: quare illum trahat, et illum non trahat, nolli velle iudicare, si non vis errare.

Discurs. 10.

De Beatitudne.

S. Joan. Chrisost:

Deus preter humanum morem suum perficiens edifficium, prius Cœlum, postea et terram sufternit; prius culmen, postea fundamentum. S. Bonabent: appetitus Coelestium parit contemptum terrestrium; quibus enim diwina sapiunt, eis mundanę dessipiunt. S.

P. August:

Quid dabit iis, quos predestinavit ad vitam, qui hec dedit etiam eis, quos predestinavit ad mortem? si tanta facis nobis in Carcere, quid ages in Palatio? si tanta Solatia in hac die lacrymarum, quanta conferes in die nuptiarum? ibi nihil amabit, quod deerit, nihil dessiderabit, quod non adsit: quid ibi deesse potest, ubi Deus est, cui nihil deest? tanta est dulcedo glorię futurę, quod si una stila in infernum deflueret totam damnatorum amaritudinem indulzaret. si vis sustinere laborem, attende mercedem; cum attenderis, quid sis accepturus, omnia tibi erunt vilia quę pateris, nec digna estimabis, pro quibus illud suscipias.

S. Bern:

Beatitudo est, ubi nihil sit, quod nolis; et ubi totum sit, quod vellis.

S. Bonab: in ipso autem solo Deo, cum sit summum infinitum bonum, iucundissimum, Aeternum, quiescit humanum dessiderium, et in nullo alio sit quietum. nec aliquid tantum valet ad spernendam pressentem vanitatem, quam cogitare iugit aeternitatem. S. Anselm: si terrena bobis dulcia non fuerint, tunc Coelestium dulcedinem gustare poteritis: si terrenas concupiscentias non habueritis, tunc Coelestibus gaudiis inhiare valebitis.

Glosa:

Laqueos Diaboli facile evadit in terris, qui semper oculos habet in Coelis. S. Hier: delicatus es frat, si hic vis gaudere cum seculo, et sibi regnare cum Xpto. S. Greg: Carnalium mentes, bona pensare non valent, nisi quae carnalit vident. regnum Coelorum rapi vult nris fletibus. Santhi: unde bella in bobis? nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quae militant in membris bestris. S. Basil: semper cor tuum promissa coelestia meditet, ut ipsa te ad virtutis viam probocent.

S. Gregor:

Nam quo altius in aeternorum Civium vissione suspendit, eo, et sibi fortior, et aliis utilior invenit. Tertul: nihil crus sentit in nervo, dum animus est in Coelo. D. Xptom: Xptus intravit in gloriam suam per passionem, et tu vis intrare in alienam sine Cruce? S. Bern: futurae beatitudinis non est utilius remedium, quam bona Conscientia. S. P. Aug: de vitiis nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa calcamus: elebabunt nos, si fuerint infranos.

Discursus IIus

De Anima.

S. Leo:

Expergiscere, ô homo, et dignitatem tuę cognoscere naturę! S. Bernardin. de Sena: considera anima mea, 1º. in quanta altitudine es creata! 2º. quam magnus thesaurus es estimata! 3º. cum quanta diligentia es custodita! 4º: cum quanto dolore es perdita! 5º: cum q.to dolore es quesita! 6º: cum q.to stupore es considerata! 7º: cum q.to pretio es redempta! 8º: cum q.to gaudio es reinventa! 9º: cum q.to premio eris beata!

S. Euseb. Emis:

Nobilem vul esse vitam tuam, qui tibi conmisit imagine suaz.

S. Ambr:

Grave est, urdicat de te Deus, non agnosco colores meos, non agnosco imaginem meam, non agnosco vultum meum, quia ipse formavi. S. Bernardin: similitudo Dei, tunc in anima esse dicit, cum habet virtutes Charitate formatas.

S. P. Aug:

facta est ad imaginem, et similitudinem Dei, ut factorem suum pro imagine cognoscat, et pro similitudine diligat.

S. Bern:

Qui, eadem Charitate, qua pro omnibus; mortuus est pro singulis.

S. P. Aug: ego sum tui causa doloris; ego tui culpa occisionis; ego tuę mortis meritum; tuę vin dictę flagitium; ego tuę passionis livor, tui cruciatus dolor. Unicuiq; alloquens Xptus dicit: In vides, quomodo pro te sum vulneratus in Cruce? si saluti tuę expediret, vellem pro te solo tolerare, omnia, quę toleravi pro toto mundo.

Aug. Dr: totum, quod omnibus est impensum, unusquisq; debet sibi adscribere

S. Dionysius Areopag. ex ore Christi ita loquitur: Paratus sum pro uno peccatore iterum crucifigi. S. Joan. Climac: non est tanti, totus mundus, quantum pretium unius animę; ille transit, hec immortalis est, ę terna.

S. P. Aug: vita Corporis anima est; vita animę, Deus est; sicut adest vita Corpori, idest, anima, ne moriat Corpus; sic debet adesse vita animę, hoc est, Deus, ne moriat anima. Crisolog: quod est anima Corpori, hoc est, animę Xptus: sine anima Corpus non vivit; non vivit anima sine Xpo. Vera interfectio animę est oblivio Dei sui.

Aristot:

Ex sanitate in anima, fit sanitas in Corpore.

Hugo:

Contritio Cordis, Confessio oris, afflictio carnis; hi sunt tres fontes, quibus labat anima: Contritio, per anxietatem; Confessio, per humilitatę; afflictio per asperitatę.

Discurs. 12.

De Conscientia.

S. Anton. Patav:

Conscientia si munda fuerit, Divinam Imaginem representat. Prover. Cap. 15: Cor gaudens exilarat faciem; in moerore animi deiicitur spiritus. Sanc. Antiochus: tristitia Spiritum S. moestificat, qui homini datus est hilaris.

Caetanus:

Apparet in facie gaudium cordis; dilatante Corde spiritus suos claros ad faciem, quo contra moerente corde, retrahunt spiritus.

Damasc:

Conscientia exultans, faciem quoq; ipsam exornat, atq; animę valetudo, ac firmitas, genas irrigat. Lyra: dispositio cordis magis apparet in facie, quam in ceteris partibus corporis, eo, quod ibi vigent omnes sensus.

S. P. Aug:

Ad spirituale gaudium, fratres charissimi, hodierna die intendo vos invitare; quod, quidem gaudium, non operat divitiarum gloria, non falax mundi gloria, non prolis fecunditas, non corporis sanitas, sed tantum Conscientię puritas.

Hug. Card:

Cor gaudens exilarat faciem exteriorem, idest, bona conscientia etiam producit vitam. Eccl. 30: Iucunditas Cordis, hec est vita hominis. Apost: gloria nra hec est, testimonium conscientię nostrę. Author quidam: intrate in Conscientias vestras, ubi Deus videt, non homo.

S. Bernard:

Talem animam frequenter visitant, et honorant Sancti Angeli, et Archangeli, ut pote Dei templum, et Sancti Spiritus tabernaculum.

Seneca:

Tunc beatum esse, te iudica, cum tibi, ex te gaudium omne nascetur.

S. Bernard:

Lectulus respersus floribus conscientia est, bonis referta floribus. conscientia munda est hortus deliciarum. in speculo conscientię, status interioris hominis, exterioris cognoscitur.

Auth. quidam:

nulla deest voluptas, ubi abest tranquilla conscientia: nulla deest miseria, ubi Crutiat infelix conscientia. Seneca: gaudium non nascit, nisi ex virtutum conscientia; nequit gaudere, nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. S. Bernardus: cui Christus incipit dulcescere, profecto necesse est, amarescere mundum.

Discurs. 13.
De Confessione.

§. Bernard:

Pontem construxit Dñs Confessionis, qui liberum, atq securum omnibus ad Cœlum preberet transitum. Interlin: Proferte delictorum veram confessionem. §. Bonab: fundamentum, et ianua virtutum, omnis gratię principium, est conscientię puritas; ad quam precipue per veram, et puram confessionem peccatorum acceditur.

§. P. Augustin:

Quibus (pecatis) (~~[illegible]~~) auditis, accedit benevolus (confessor) paratus erigere, et secum onus portare. si vis iustificari fatere delictum tuum; solvit enim criminum nexus verecunda Confessio peccatorum. puniendum est peccatum, aut a te, aut a Deo; tu agnosce, ut ille ignoscat.

§. Bern:

Omnia in Confessione mundant; conscientia mundat; amaritudo tollit; peccatum fugat; tranquillitas reddit; spes reviviscit; animus hilarescit. §. P. Aug: initium operum bonorum, est Confessio operum malorum. semper confitere, quia semper habes, quod confitearis; difficile enim est in hac vita, ut sic homo mundetur, ut nihil inveniat in se, quod confiteatur.

§. Bern:

Potest habere tantam verecundiam in Confessione

ssione, quod Deus remittat peccata, et penam, sicut fecit in Magdalenam.

Axioma:

Sepe medicina paratur, cum mala
Per longas invaluere moras.

S. P. Aug:

Tres sunt Sylabe, PECCAVI. sed in tribus Sylabis flamma sacrificii coram Dño ascendit in Coelum. Alcuino: homini patefecit vulnus suum, et a Deo mox accepit remediu̅. quę sunt nrę victimę pro peccatis nostris commissis, nisi confessio peccatorum nostrorum.

S. Bernard:

O bona spes confitentium, quam potens est ad Omnipotentem! quam facile vincis invencibilem! quam cito tremendum Judicem, convertis in piissimum Patrem!

S. Bonab:

Confiteant sincere, qui penam ęternam, et quandoq temporalem volunt evadere. S. P. Aug: peccata tua, sive magna, sive parva sint, impunita esse non possunt; quia vel homine poenitente, vel Deo vindicante plectuntur: cessat autem divina vindicta, si confessio precurrat humana. O Sancta, atq admirabilis confessio! tu obstruis os inferni, et apperis portas Paradysi! vult Deus, quod confiteamur; non quod ignoret peccata nrã, sed ut Diabolus audiat, quoniam confitemur, et poeniter nos peccasse. ecce enim fratres, Diabolus vult, ut taceamus; Deus vult, ut confiteamur; et cui magis obediendum sit, certe constat, quod Deo, qui salutaria precepit, os tuum ostium apperiatur, et claudatur; apperiatur, ad peccati accusationem nudam; claudat, ad peccati excusationem.

S. Ambr:

Debemus cavere, ne remedium nostrum, fiat Diaboli triumphus. S. Bonab: Confessio debet esse propria, tua; ne alterius peccata confitearis. aliorum accusatio, non est confessio, sed offensio. Hug. Vict: tanta est poenitentia tua, quanta est contritio tua; quanta est devotio tua; contritio, pro malo, quod fecisti; devotio pro bono recuperando, quod amisisti.

S. Bern:

Peccator, q. est ante Confessorem, debet considerare, se, fore in conspectu Dei, se vadit petere veniam aeternam: debet q. ire cum humilitate; quemadmodum, si mereretur mori, et iret ad petendum veniam vitae, et vitam ab illo, Qui possit ei donare vitam. Author quid: magnum est salutis medicamentum, non iterare, quae grave gessimus. ite, ostendite vos, curari non potest, qui Medico non ostendit vulnera.

S. Greg. Naci:

Cum medicum poscant tua vulnera, si tegis illa, pestiferam saniem nihil prohibere queat. S. Isidorus: si patet vitium, ex magno fit pusilum; si latet peccatum, ex minimo fit maximum.

Blesen:

Si peccator reatum suum, confitendo, apperit, se=

se accusantem, excusat, et peccatum suum agnoscenti, ignoscit. Incognit: peccatum, quod homo tegit, Deus revelat; sed peccatum, quod homo per Confessionem revelat, Deus tegit. S. Greg: Culpa, cum defendit, germinat. S. Bern: varie quidem peccamus, sed sepe peius, quam peccaverimus, excusamus.

S. Gregor:

Quando sanari poterit, qui medicum spernit, medicinam conculcat?

Regula:

Excusatio non petita, accusatio manifesta. Senec: hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit. rara est accusatio, quæ aliquid falsitatis non habeat, aut certe impudentiæ. primarium innocentiæ elogium est, non peccare; proximum, peccata non excusare. S. Hieron: in potestate nostra est, et peccare, et Deo adiuvante, non peccare.

S. Bernard:

Plerique nullum, seu minimum fructum de Confessione reportant, quia imparati ad illam vadunt.

Hug. Victor:

Redi ad cor tuum, et subtiliter discute te ipsum. considera, unde venis? quo tendis? quomodo vivis? quid agis? quibus cogitationibus magis incursaris? quibus affectibus tangeris? quibus tentationum machinis a maligno spiritu acrius impugaris? et cum totum interioris, et exterioris hominis statum plene cognoveris, non solum, qualis sis, sed etiam, qualis esse debeas, de cognitione tu poteris sublebari ad contemplationem Dei.

S. P. Aug:

Discutite vos sine dolo, sine adulatione, non est enim aliquis intus tecum, cui erubescas.

S. Ephren:

Formidabiles Libri, in quibus sunt scripta opera nr̃a, et actus, et verba; et quecumq' egimus in hac vita; non solum actus, sed et cogitationes, et intentiones cordium. infructuose ad ultimum querit, quę congruo concessa tempore, utilit' habebat'. S. Bern: subito, cum peccasti, vade ad confitendum.

S. P. Aug:

Quomodo potest medicus sanare, quod egrotus ostendere erubescit?

D. Xptomus:

Cur confunderis, dicere, quod non confusus es, perpetrare? cur vereris Dño indicare, quod non veritus es, ipso presente committere?

Histor:

S. Bernardinus refert; quod quidam serbus Dei, videns Diabolum in Ecclesia industrie circumgyrantem: et interrogatus, quid solicite operaret'? respondit: reddo, quod abstuli. Cui Dei serbus: quid est, quod reddis? ait: Verecundiam. at ille: cui? ait: confitentibus; nam verecundiam, quam eis abstuli, dum peccabant, ut multiplicius in peccatis involverent; nuç satisfacio abblatum, ne unquam propt' verecundiam, a suis sceleribus exterreantur.

D. Xptomus:

Pudorem, et verecundiam Deus peccato dedit; Confessioni vero fiduciam: invertit rem Diabolus; et peccato fiduciam prebet, Confessioni vero verecundiam. S. Ephren: debet in Confessione esse verecundiam summam, Non occultando peccata, sed dettestrando, et plangendo.

Qui per

S. P. Aug:

Vos peccatis, per vos erubescatis: erubescentia enim, ut quidam ait; magnam partem habet remissionis. in hoc, quod per seipsum dicit sacerdoti, et erubescentiam vincit, timore offensi, fit venia criminis; multum satisfactionis obtulit erubescentiæ dominans: laborat mens patiendo erubescentiam; et quotiam verecundia magna est pœna, qui erubescit pro Xpto, fit dignus misericordia.

S. Bern:

Et hæc est una causa, quare confessio instituta est, ut scilicet, dum de culpa peccator erubesceret, a Deo misericordiam impetraret.

Alcuinus:

Crede mihi, totum veniale erit, si quod peccasti, confiteri non erubesces, et per pœnitentiam purgare curabis.

S. P. Aug:

Melius est coram uno aliquantulum ruboris tolerare, quam in die juditii coram tot millibus hominum repulsa denotatum tabescere. melior est modica amaritudo in faucibus, quam æternus cruciatus in visceribus.

S. Gregor:

Tanto amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor, magno charitatis igne concrematur. S. Ioann. Xptom: peccavit quis? tristatus est, peccatum diluit, dissolvit debitum. S. P. Augustinus: Charitas est mors criminum.

Hug. Victor:

Per poenitentiam exteriorem castigatur culpa praue operis; per poenitentiam interiorem emmendatur culpa praue voluntatis. S. Greg: dat rationem; quia vera obsequia non reddimus Deo, si ex timore, mandatis illius, et non potius ex amore, servimus.

Poeta:

Oderunt pecare boni, virtutis amore:
Oderunt peccare mali, formidine pene.

S. Bernardin:

Ex parte spiritus facile est, contritionem habere; ex parte vero carnis dificile, dicente Domino; spiritus quidem promptus est, caro autē infirma.

S. Paul:

Quanto igitur caro magis spiritui dominatur, sicut in hominibus carnalibus, lascivis, atque mundanis; tanto contritio difficilior est.

Orig: Deus iis, qui purgato sunt corde, lumē est.

Socrates:

Fallere potestis famam, conscientiam nunquam.

S. Ambr:

Que pena maior, quam timere, quod vitare non possit, nec quod timueris evadere? Hug. Card: pena peccati vicem ianitoris obtinebit, que semper comminabitur te, sive introeas, sive exeas. omnia fugere potest, preter cor suum; non enim potest a se quisquam recedere, ubicumq' ierit conscientia, reatus sui eum non dereliquit.

S. Ambr:

Nulla pena gravior, quam interioris vulnus Conscientie male; hoc magis fugiendum, quam mors, quam suspendium.

S. Ambr:

Quod severius iuditium, quam domesticum, quo unusquisq sibi reus:

Ieremi:

Quia stulte egerunt Pastores, ideo omnis grex eorum dissipatus est.

S. Greg:

Cum Pastor per abrrupta graditur, necess eest, ut grex in precipitium feratur.

S. P. Aug:

Qui confiteri vult peccata, ut inveniat gratiam, querat Sacerdotem scientem solvere, et ligare; ne si negligens circa se extiterit, negligatur abeo, qui misericorditer monet, et petiit, ne in foveam ambo cadant.

Idem:

Sacerdos itaq, cui omnis peccator offertur, antequam statuitur omnis languor; in nullo eorum iudicandus est, que in aliis iudicare est promptus; iudicat tamen alium, qui iudicandus est, se ipsum condemnat. perversa itaq mentis dulcedo, vermis est, quia inde delectabiliter pascit; unde per inquietudines incessanter agitatur.

S. Euseb. Emiss:

Fecit quisque peccatum, ut aliquam corporalem caperet voluptatem. remanet, quod damnat; preterit, quod delectat. consumata iniquitas permanet, voluptas fugitiva pertransit.

Axiom Philoso:

Elementa in propria sphera non gravitant.

S. P. Aug:

Sic curat unumquemq nostrum (Deus) tanquam nostrum solum curet. S. Tho. a Va. noba: ad pedes Confessarii rarus est, qui poeniteat prout

Prout debet: opportet ante confessionem, firmum, et verum conti-
nendi a peccatis propositum perquirere; et an verum
illud habeas, discutere: quo naufragio, multe
anime sumergunt.

Aug. Vict:

Dolor cordis triplex, acer, accrior, acerri-
mus: acer; quia Creatorem offendisti.
acrior; quia cum Creatore, Pa-
trem etiam ad iram provoc-
asti. acerrimus; qui per-
transeat animam, qu-
od beneficium con-
tempseris, eius qui do-
lorem Crucis sustinuit, ne
dolorem sustineres inferni.
Vers. Septuag: causam imfirmita-
tum nostrarum, quas hic patimur,
esse peccatum. S. P. Aug: qui enim pectus
suum tundit, et non
corrigit,
solidat peccata.
Philosoph:
Omnis dolor in amore fundatur. S. P. Aug: homo poenit-
ens, est homo irascens sibi. si negligis corrigere,
peior, eo qui peccavit, factus es. cum vis
esse, excusatus tuus, triumphat
dete accusator tuus. oppo-
rtet poenitentem, non
solum Deum timere
Iudicem, sed
et iustum diligere: et hoc
maxime advertere debet pe-
ccator; nam Deus magis respicit
de quo doles, quam quantum doles:
et plus curandum est, ut dolor sit perfectus,
quam ut sit intensus. inanis est poenitentia, quam
sequens culpa coinquinat. Prolōquium: oculos.

Oculos, quos culpa claudit, pena apperit. illic rapitur attentio mentis, ubi est vis doloris. peccatum, quod poenitentia non diluit, ipso suo pondere ad aliud trahit.

S. Remig:

quod tegit infirmus, nutrit vulnus.

S. Hiero:

Melius est, stomachum dolere, quam mentem.

S. Greg:

Eodem igne, et crematur damnatus, et purgatur electus.

S. Bernar:

Non nocet sensus, ubi non est consensus.

S. P. Aug:

Spes premii, solatium est laboris.

S. Ambr:

Quod peccavit, conditionis est, quod suplicavit, (David) correctionis. lapsus conmunis, sed specialis confessio. culpam itaq incidisse nature est, diluisse, virtutis. ille vero ascendit, qui propria peccata deponit.

S. Bonab:

Per Confessionem invenimus faciem Xpti placatam; portam Cæli reseratam, coronaz Regni magnificatam.

Discurs. 14s.
De Solitudine.

Arsenius:

Qui sedet in solitudine, quiescit; et a tribus bellis eripitur; id est, auditus, loqutionis, et visus: et contra unum habebit pugnam, idest, Cordis.

Stobeus:

An non aurea res solitudo? urbs plane theatrum est in felicitate palam scatens. S. Bern: ô solitudo, negotiorum Coelestium appoteca! in te transitoria, et terrena mutant in Coelestia, et æterna!

S. P. Aug:

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est, ubi frequentia voluptatum.

St. Hieron:

Multitudines hominum, et officia, et salutationes, et convivia; velut quasdam catenas fugias voluptatum.

Seneca:

Quid tibi vitandam precipue existimes, queris? turbam; non dum enim illi tuto conmisceris. ego certo confiteor imbecilitatem meam; numquam mores, quos extuli, refero: aliquid exeo, quod composui, turbat; aliquid ex his, quæ fugavi, redit. Quid me existimas dicere? avarior redeo, ambiciosior, luxuriosior; imo vero Crudelior, et inhumanior, quia inter homines fui. S. P. Aug: solitudo mihi, ad negotium flendi aptior, sugerebat.

sugerebatur. Beda: prima salutis spes, est quemlibet, assuetos vitiorum tumultos, turbasque desserere. Hug. Card: qui vult sanare a peccatis, debet tumultum mundi evitare, quia corrumpunt bonos mores colloquia prava.

S. Bern:

O eremi! mors vitiorum!

Casiodor:

Nimia turba vitiorum, sine certamine vincitur, quando solitudo gratiæ suffragatur.

S. Basil:

Tu luxuriosis renibus nitidæ castitatis adhibes cingulum. S. Hier: cave, ne domum exeas, et vellis videri filia regionis alienæ. Dina egressa corrumpitur.

S. Ambros:

Sola erat Maria, et loquebatur cum Angelo: sola erat, quando supervenit in eam Spiritus Sanctus, et virtus Altissimi obumbravit eam. Idem: conveniens ergo est desertum saluti, ubi non est Eva, quæ persuadet, ubi non est mulier, quæ blanditur.

S. Petr. Celest:

Nihil timet, nihil odit, nihil refugit sic Diabolus, quomodo solitudinem Claustri.

S. Petr. Dami:

O Cella sacræ militiæ tabernaculum procinctus, triumphatoris exercitus; Castra Dei, turris David, quæ ædificata est cum propugnaculis: tu Campus divini prelii, spiritalis arena certaminis; Angelorum spectaculum; palestra fortiter dimicantium; tu munitio fortium; tu præsidium cedere nescientium=

Pugnatorum. O Eremus! terribile malignis Spiritibus habitaculum! ubi Cellæ Monachorum, velut tentoria ordinata Castrorum, quasi turres Sion, et quasi propugnacula Jerusalen eriguntur adversus Assyrios, et contra faciem Damasci. unum pro Certo scio, ô vita benedicta, quod dete indubitanter affirmo; quia quisquis in amoris tui dessiderio perseverare studuerit, ipse quidem habitator est tuus, sed eius in habitator est Deus.

Psalm. 140:

Cadent in retiaculo eius peccatores: singularit[er] sum ego donec transeam.

Div. Xpstom:

In cuiusnam cadent retiaculum Dei? hoc est, vincentur, capientur; tenentur enim, ut corrigantur.

Psalm:

In via hac, qua ambulabant, absconderunt laqueum mihi. intende ad deprecationem meam, libera me a persequentibus me.

Apoc. 12:

Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo.

Ansbertus:

Solitudo, ad quam mulier fugiens, locum a Deo preparatum invenit, est quies mentis, quę inordinatos motus dessideriorum a secreto Cordis eiciens, solatium a Deo invenit. Sancti enim viri, quia alibi Draconis insidias evadere nequeunt, seipsos desertum quietis faciunt, ut habeant quo salubriter fugere possint.

Gerson:

Solitarius autem liberius orat, quam occupatus. S. Bonav: Ostia sunt nostri sensus, visus, gustus, auditus, tactus, olfactus, et ostium tuum, ostium est: hę fores, nisi ab illicitis cogitationibus clausę fuerint, oleum gratię in domum mentis tuę in vasis non multiplicabitur.

S. Ambr:

Ibi sedes; et illecebra delectationis in oculis, auribus, naribus, et ore, ut sensus nostros adversus delectationes faceret fortiores, et eos sanctificaret, ne aliquid profanum, aut falsum in animam inferent. Gerson: ego sum illa vita solitaria, quę de terrenis hominibus, Coelestes; de carnalibus, spiritales constituo.

S. Anton:

Sicut pisces, si tardaverint in sicco, moriuntur; ita, et Monachi, tardantes extra Cellam, aut cum viris secularibus immorantes, a quietis proposito resolbuntur.

S. Bernard:

Inte lacrymę mutantur in risum, et gaudium pariunt sempiternum. S. Laur. Justin: est plane solitudo paccatissimus timentium Deum portus. S. P. Aug: introducis me Dne in solitudinem et dulcedinem, quę, si perficiatur in me, si illa non est vita ęterna, nescio, quid aliud sit vita beata.

S. Albert. mag:

Non dabatur manna in deserto; ubi aliud delectabile, et reficiens ad esum non erat; et nisi et sic=

Et sic non sentitur dulcedo gratię, nisi ab his, qui se in Desertum corde transferunt, ut mundanas non sentiat delectationes.

S. Petr. Damia:

Tu das, ut mens diuinę gratię sit pinguedine saginata.

S. Bern:

Et tu ergo, si vis habere ministerium Angeloru͂ fuge consolationes seculi: renuat consolari anima tua in illis, si vis in Dei memoria delectari. Josue 5: defecitq̃ manna postquam comederunt de frugibus terrę.

S. Bern:

Errat omnino, si quis Coelestem illam dulcedinem misceri posse huius modi illecebris arbitratur. S. Bern: delicata est divina consolatio, et conceditur amittentibus alienam.

S. Ambr:

Coelestis gratię impartitur alimentum, non in Civitate residentibus, sed inter deserta quęrentibus Christum. S. Petr. Dami: O Eremus sanctarum mentium delectatio, et intimi gustus inexhausta dulcedo! S. Basil. mag: tu scala illa Jacob, quę homines vehis ad Coelum, et Angelos ad humanum deponis auxilium.

S. Laur. Justin:

Disce, qui solitudinem habitas, quanta in eadem exuberent beneficia. disce etiam, quam facile ex eremo transitur ad Coelum. prorsus impossibile est, quempiam posse perire, qui eo, quo debet modo, solitudinis habitator existat.

S. Petr. Dami:

Tu das, ut homo, corde mundo Deum conspiciat. Theofilato:

Theofil: tu via aurea, quę homines ducis ad Patriam. tu hominem facis lapidem quadrum, construendis, videlicet Coelestis Jerusalem manibus aptum. S. Petr. Dami: O vita eremitica, vita benedicta, viridarium animarum, vita sancta, vita Angelica, exedra gemmarum coelestium, Curia spiritualium Senatorum!

S. Ambr:

Solus erat Dominus Jesus quando mundum redemit. S. Greg. Nacianc: Pulchra est solitudo, et quies, idq[ue] me docet Elię Carmelus, Joannis desertum, ac mons denique ille, in quem, Jesum sępe decessisse, secum animo quieto, versaturum esse, constat. S. Basil. mag: solitaria vita, Coelestis doctrinę schola est, ac divinarum artium disciplina. ilic Deus est totum, quod discitur; via qua tenditur; totum per quod ad summę veritatis notitiam pervenitur. Hug. Card: vita solitaria est, Deo, per indissolubilem cultum perpetuo assistere. S. Petr. Dami: O Cella, spiritualis exercitii mirabilis officina, in qua certe humana anima Creatoris sui in se restaurat imaginem, et ad suę reddit originis puritatem! Hug. de S.to victor: quid est, quod semper loquitur in secreto Deus, nisi quod nos ad secretum vocat.?

S. Bernar:

An nescis, te verecundum habere sponsum, et qui nequaquam suam vellit tibi indulgere presentiam, presentibus ceteris? secede ergo, sed mente, non corpore, sed intentione, sed devotione, sed spiritu.

Idem:

Seccretum consilium, seccretum querit auditum.

S. Hieron:

Sensus noster illud cogitat, quod videt, audit, odoratur, gustat, attrectat, et ad eius rei trahit appetitus, cuius capit voluptate.

Damasc:

Ad perfectionem adipiscendam, ingens in secessu subsidium positum est. S. Petr. Dami: tu es speculum animarum, ubi se mens humana perspicaciter intuens, quod minus est, impleat; quod superfluum, reprimat; quod obliquum est, dirigat; quod deforme, componat. si vis animam tuam in suæ virginitatis integritate persistere, secretum appete, recessum singulariter inquire.

Phil. Hebr:

In superioribus animæ suæ faciat sibi secretum cubiculum, in quo cum cogitationibus suis clausus moret.

Nubes excedit Olimpus.

Montis huius constitutio

Talis est: in vertice eius summa est serenitas, et imperturabile gaudet quiete; solum in latera eius serviunt, et impetum faciunt venti, tempestates, turvines, et nubes grandine, tonitru, et fulmine gravidæ. ecce nunc: mundus anexos habet strepitus, adherent ei curæ, solicitudines, inquietudines: ast, anima electa, quæ tendit ad perfectionem nihil horum percipit, nihil sentit, nisi in portione inferiori: in superiori namque man et semper unita Deo, quiete gaudet, et conformitate imperturbata.

Ang. Doctor:

Perfectior est Religio solitariam vitam ducentium, si debite assumat. S. Petr. Dami: noverit Monachus vitio vagationis addictus, quia nisi a seculo pedem retrahat, et ad serviendum Deo in loco remotionis se perseveranter accingat; nec Ordinis nec perfectionis culmen attingere, nec Ordinis sui digne poterit munia custodire. S. Greg: cubicula ingredimur, cum secreta mentis nostræ intramus: Ostia autem claudimus, cum desideria illicita coercemus.

Discurs. 15.
De Lectione Spirituali.

§. Bonab:

Est enim Liber Scripturę reparatibus totius mundi ad Deum cognoscendum, laudandum, amandum. Justinian: Sanctę paginę potissime bonitatem Conditoris conmendant. nostram voluit per has Deus erudire ignorantiam, informare fidem, spem solidare, ablactare a vissibilibus, et invissibilibus pascere. prorsus cunctus cęcatus esset mundus absque adminiculo Scripturarum, quę confundunt errores, iniquis supplicia minant ęterna; Justisq premia pollicent perpetua.

§. Th. a Vill.a N.a

Ars artium est servire Deo: suprema sapientia, scire bene vivere; si hanc nosti, etiam si cetera nescias, sapientissimus es. qui hanc nescit, quidquid sciat, ignorantissimus est: hanc omnes Christiani profitentur; quid enim aliud est Christianismus, nisi ars docens homines pie vivere, placere, et servire Deo?

Div. Xpiom:

Magna adversus peccatum munitio est script=

Scripturarum lectio: magnum precipitium, profundum barathru
scripturarum
ignoratio. magna salutis perditio nihil scire ex divinis
Legibus.
ea res, et hereses perit, et vitam corruptam invexit.
non
mediocriter solet illustrare, et colligere mentem
lectio.
verba enim Spiritus Sancti sunt, et lectores
omnino dirigunt, et moderantur.
S. P. Aug:
omnes plane scripture sancte
ad nostram salutem scri-
pte sunt, ut proficia
mus in eis in verit
atis agnitione:
sepius
Cecus offendit, quam videns; sic ignorans Legem Dei, sepius
ignoranter peccat, quam ille, qui scit. sicut Cecus
sine ductore, sic homo sine doctore rectam
viam graditur. et ideo fratres Charissi-
mi, quicumque ex vobis lectiones
saccras legere, et intelligere pos-
sunt; in his studium impe-
ndant:
tolle, lege, tolle, Lege
ego inductus:
arripui,
Apperui, et legi. quasi luce serenita-
tis in fusa cordi meo, omnis du-
bitationis tenebre ceciderunt.
D. Xptom:
Perspicuum est, spirituali lectione animam sanctificari, et gra
tiam Spiritus Sancti affatim infundi.
S. Joan. 3:
Omnis, qui natus est ex Deo, peccat-
um non facit, quoniam semen
in eo manet;

et=

Et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. S. Greg: quid est nasci Deo, nisi cognitam in sanctis scripturis, eius voluntatem diligere? Et quid est, non peccare, nisi in luce iustitiæ semper consistere?

S. Laurent. Iust:

Saccra Pagina, tanquam Coelitus per Spiritum Sanctum inspirata, universarum scientiarum in se uberrime complectitur veritatem, atq de Deo, et de his, quæ ad salutem necessaria sunt notitiam prebet.

D. Xptom:

Sanctifica animam, sanctifica corpus. hoc continget, si Evangelium semper, et animo habueris, et lingua.

S. Hieron:

Nihil in illis est, quod non luceat, et splendore suo mundum illuminet; ut etiam, quæ parva putantur, Sptus Sancti fulgeant maiestate.

S. Isidor:

Quantum quisq magis in saccris alloquiis assiduus fuerit, tanto ex eis uberiorem intelligentiam capit; sicut terra, quæ quanto amplius excollitur, tanto uberius fructificat. Damasc: nihil animarum saluti conducibilius, quam diuinas scrutari scripturas. quemadmodum lignum plantatum secus Deccursus aquarum; ita etiam anima divinæ scripturæ fluentis irrigata, saginatur. Iustinian: Est saccra pagina sapientis Verbi speculum, et Diuinitatis armarium. quis non Dei miretur sapientiam, cum tot misteriorum saccramenta, tot veritates sub literæ cortice, esse, videt

conten=

Contenta? Cassiodor: ubiq in eis veritas regnat, ubiq divina vi-
rtus irradiat.
S. Hiero:
Quę enim potest esse vita sine scientia scripturarum, per
quam ipse Christus cognoscitur? S. P. Aug: in his,
quasi in quodam speculo homo, se ipsum con-
siderare potest, qualis sit, vel quo tendat. lec-
tio assidua purificat omnia.
S. Bern:
Per lectionem vitia destruuntur,
et virtutes in animo nutriuntur. S. Hier:
habet Infans, quid lactet; puer, quid laudet,
Adolescens, quid corrigat; Iuvenis, quid sequatur.
Senior, quid precetur: hinc discant foeminę pudicitiā,
Populi pietatem; viduę
Iudicem; pauperes
protectionē.
hę tristem consolantur; lętum temperant; iratum
mittigant; omnibus se suspicientibus apta
medicamenta tribuunt. S. Greg: tanto
debemus magis legere, quanto
nos conspicimus sub tri-
bulationum fasce
lassari.
S. P. August:
Lectio assidua timorem incutit gehennę. Teofilat: correctio,
et emmendatio fit ex scripturis. Theodor: sceleratam vi-
tam nostram arguit, hortatur; ut qui aberrarunt,
in rectam redeant viam.
D. Xptomus:
Statim cohibemur, manus labamus, cum librū
accipimus.
S. Greg:
Stude, queso, et quotidie verba Creatoris
tui meditare, ut mens tua ad coeles-
tia gaudia, maioribus deside-
riis accendatur. Joan: 5: scru-
tamini scripturas, quia

Vos putatis in ipsis vitam æternam habere. D. Xpiom: scripturarū lectio, Cœlorum est reseratio. Kempis: ego ab adolescentia mea, et usq in senectam, hoc oppusculum sepissime volui, et revolui; et semper mihi novum apparuit; et nunc etiam mirifice cordi meo sapit.

S. Ephren: quotiescunq per eas Deum interpellas, toties tibi corpus sanctificatur, et anima, et spiritus.

S. Bonab:

Primo ad gratiam commendandam. 2° ad introducendam fidem. 3°. ad reserandam sapientiam, quæ solum est ista. 4°. ad restaurandam salutem, quæ in illa solumodo est, et in nulla alia scientia est salus. S. Isidor: lectio docet, quid caveas; lectio ostendit, quo tendas. S. Aug: labor honestus est lectionis, et multis ad emundationem animi proficit. de illa Civitate unde peregrinamur litteræ nobis venerunt; ipsæ sunt scripturæ, quæ nos hortantur, ut bene vivamus.

Smarag. Abb:

Æterna promittit premia, spirituales divitias auget, et dessiderium Xpti, patriæ q cœlestis accendit.

S. Bernar:

Lectio, et oratio sunt instrumenta, quibus æterna beatitudo acquiritur. S. Ephren: sobrium te prebe, ac vigilanter solerter, operamque da semper, ut lectioni divinarum Scripturarum adhereas, quæ te doceant, quomodo effugere oporteat laqueos inimici, et vitam æternam assequi. vide, ne donum Dei, quod in te est, negligas, quod gratis tibi a Xpto. est collatum.

Sed stude, et inquire, quomodo placere possis Deo, ut beatitudinem Sanctorum perfruaris.

Glosa:

Lectio lux est, et vita. unde verba, quæ ego loquor vobis, spiritus, et vita sunt.

S. Ambrosii:

Quod autem saccrarum literarum lectio, vita sit, Dñs testatur, dicens: verba, quæ ego loquor vobis, spūs, et vita sunt.

S. P. Aug:

Nutri animam tuam lectionibus divinis: paravi enim tibi mensam spiritalem.

S. Basil:

Sicut in carnalibus escis alitur Caro, ita ex divinis lectionibus, interior homo nutritur, et pascitur.

Aphorism: omnis navigatio mala; panis autem pessima.

D. Xptomus:

Quando te a lectione rerum spiritualium abhorrere videris, admonitiones q. spiritales fastidire, tunc animam tuam in gravem incidisse morbum, noveris. S. Hieron: crebrius lege, et disce quam plurima: tenenti Codicem, somnus obrepat, et cadentem faciem, Pagina sancta suscipiat.

Origenes:

Illæ virtutes, quæ animæ nostræ in adiutorium datæ sunt, reficiuntur ex auditu sanctæ scripturæ, velut divinis, et rationabilibus Cibis.

S. Bernar:

Lectio, quasi solidum Cibum ori apponit; meditatio masticat, et frangit; Oratio saporem acquirit. meditatio, sine lectione erronea, est. Smarag. Abb: quæ semper orationi socia, semperq. debet esse-

Esse conexa; orationibus enim mundamur, lectionibus autem instruimur.

S. Bern:

Per orationem mundamur a peccatis; per lectionem docemur, quid faciamus. S. Isidor: omnis profectus ex lectione, et meditatione procedit; quæ enim nescimus, lectione discimus; quæ autem didicimus, meditatione conservamus. S. Bern: meditatio sine lectione, erronea. nunc manent tria: verbum, exemplum, Oratio. maior autem oratio; eanamque operi, et voci gratiam, et efficaciam promeretur.

Ad Rom. 15:

Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, et consolationem scripturarum spem habeamus. S. Bern: nemo nostrum parvipendat, fratres, orationem suam; dico enim vobis, quoniam ipse, ad quem oramus, non parvipendit eam: priusquam eggressa sit ab ore vestro, ipse scribi iubet eam in libro suo. S. Bern: necessaria sunt poenitentiæ tria hæc: abstinentia, per quam carnis superbia edomatur:

Lectio, cuius fructu reformandus in vigorem animus saginatur: oratio cuius munimine, et tutela, virtutum examina proteguntur.

Alcuin:

Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, et legere; nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur; cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur.

Job. Cap. 8:

Ipsi docebunt te, loquentur tibi, et de corde suo proferent eloquia. S. Prosp. sup. illa verba: audiens ex ore meo sermonem, annunciabis eis ex me: sic ait sacerdotibus: ut hoc dicat sacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus inspiraverit, non quod præsumptione humani sensus invenerit. annunciabis eis, inquit, ex me. ex me, non ex te, verba mea loqueris.

S. Ephren:

Lectioni sedulo incumbe, ut mens tua illuminetur, fiasq perfectus, et integer, in nullo defficiens. gloriantur alii de Magnatum Principum, ac Regum familiaritate, et colloquio; at tu coram Angelis Dei gloriare colloquens, et cum Sptu Sancto per saccras litteras conferens; nam Sptus Sanct. est, qui loquitur per eas.

Quintilian:

Lectio libera est, nec actionis impetu transcurrit; sed repetere sepius licet, sive dubites, sive memoriæ penitus affigere velis.

Doct. quid: summa sapientia, loqui cum sapientioribus sine voce.

S. P. August:

Quod scriptum habetur, semper vacat ad legendum, cum vacat legenti; nec onerosum sit præsens, quod cum voles, sumit, Cum voles, ponitur.

In actib. Apost. 8: putas ne, intelligis, quæ legis? Proverbium: legere, et non intelligere, negligere est. S. Isidor: Lectio docet, quid caveas; lectio ostendit, quo tendas; multum proficis,

Cum legis, si tamen facias, quæ legis. S. Hieron: ita scripturas lege, ut semper memineris, Dei illa verba esse.

S. Isidor: lector strenuus potius adimplendum, quæ legit, quam ad sciendum erit promptissimus; minor enim pena est nescire, quid appetas, quam ea, quæ noveris, non implere; sicut enim legendo, scire concupiscimus; sic sciendo recta, quæ didicimus, implere debemus.

Ad Rom. 2:

Non auditores legis, iusti sunt apud Deum; sed factores legis iustificabunt.

S. Greg:

Multum cordi suo seminat, sed parum infert, qui de mandatis cælestibus vel legendo, vel etiam multa audiendo, cognoscit, sed negligenter operando, pauca fructificat. D. Xptom: quando in manus spiritualem librum capimus om- ni seculari cura repulsa, cogitationem nostram compescamus, et mentem, ne distrahetur, cohibentes, lectioni vacemus, magna pietate, et attentione, ut possimus a Sto. Spiritu ad Scriptorum in- telligentiam duci, et multu inde fructu percipere.

S. Bernar:

Quid enim prodest, lectione continua tempus occupare, Sanctor- um gesta, et scripta legendo, transcurrere, nisi ea etiam mas- ticando, et ruminando succum eliciamus, et transglutiendo usque ad cordis intima transmittamus. S. Thom. à Kr.: peritia enim scripturæ potest te facere bonum theologu, sed non bonu Christianu.

Math. 24:

Qui legit, intelligat. S. Bern: Certis horis, certe, lectioni vacandum est; fortuita enim, et va- ria lectio, et quasi casu reperta, non edi- ficat, sed reddit animam instabi- lem; et leviter admissa, levius recedit a memoria.

Belovacens:

Nihil enim sanitatem impedit, ut remediorum crebra mutatio. ita q distrahit librorum multitudo; et cum legere non possis, quantum habueris; sat est ha- bere, quantum legas: fastidientis stomachi, est mul- ta degustare. Seneca: lectio certa prodest, varia delectat; sic multi, libros degustant, ut convivæ delicias, sed cito trans- cursa, citius labuntur. Math. 11: abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parbulis.

Kempis:

Si vis profectum haurire, lege humiliter. S. Ephren: cum autem te ad sedendum, vel legendum, vel etiam ad alium legentem, audiendum paras, Deum imprimis; Ora, dicens: Domine Iesuchriste, apperi aures, et oculos cordis mei ad audiendu, et intelligendum sermonem tuu, faciendamq voluntatem tuam Domine. si lectioni incumbas, cave, ne ea, quę ad fastum, et elegantiam tantum pertinent sermonis, prosequaris, et eo, usq' dumtaxat tuum extendatur studium. S. Bernardus: si ad lectionem accedat, non tan querat scientia, quam saporem.

S. Ephren:

Sobrius esto ac Vigilans, ut tibi ipsi prosis per lectionem tua, et iis, qui te auscultant. Ludovic. à Ponte: eamus nunc ad ruminandum: ovis enim, nisi ruminaret, non pinguesceret.

S.t Ambr:

Non enim perfunctorie transeamus, quę legimus, ut tunc tantum, cum legimus ea in memoriam eorum redire mereamur, sed etiam cum ab est codex manibus; tanquam animantia, quę pr obantur, et mundo habentur in lege, etiam cum non pascuntur, ruminare consueverunt, ex semet ipsis alimenta sibi recondita proferentes. ita et nos, de nostrę memorię thesauro, de interioribus nostris ruminandum nobis pabulum spiritale promamus.

Hug. victor:

Lectio duobus modis animo fastidium ingerere solet, et affligere spiritum: qualitate, videlicet, si obscurior fuerit, et quantitate, si prolixior extiterit: in quo utroq; magno uti moderamine oportet; ne quod ad refectionem quæsitum est, sumatur ad suffocationem.

Kempis:

Non queras, quis hoc dixerit, sed quid dicatur, attende.

Belobacen:

ubi vera didicerit, falsa, et simulata dedicinet.

S. Ambr: legimus aliqua, ne ignoremus; legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus.

2. ad thim. 2.

Profana autem, et vaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem. S. Carl. Borrom: ne Clerici apud se libros habeant, aut legant, quorum lectione bene agendi studium, morum disciplina, et timor, Charitasq; Dei languescere possit: quales libri sunt, qui res vel inanes, vel jocosas, vel scurriles, ridiculasve, vel impuras continent.

S. Bonab:

vana lectio, vanas generat cogitationes, et extinguit mentis devotionem.

S. Hier:

Demonum cibus est carmina Poetarum, secularis sapientia, Rhetoricorum verborum pompa.

Discurs.s 16.s

De Fide.

Ad Chorin. 3:

Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens Architectus fundamentum posui. Interlin: fidem Xpti. S. Isidor: inter fidem, spem, et Charitatem, hoc distat: fides est Divinitatis confessio, et Religionis solidum fundamentum. est fides sperandarum substantia rerum. Hug. Card: est fundamentum, et origo omnium virtutum.

S. Bonab:

Sicut fundamentum ratione suæ fortitudinis sustentat fabricam materialem; sic in fidei substantia, et soliditate collocatur, et sustentatur ædificium spirituale. S[illegible]: primum principium, quo Deus est in anima hominis, est fides. sine fide impossibile est placere Deo. argumentum est non apparentium. S. Leo: sciens (Demon) Deum, non solum verbis, sed etiam factis negari; multis, quibus auferre non potuit fidem, sustulit Charitatem, et agro cordis ipsorum, avaritiæ sordibus occupato, spoliavit fructu operum, quos non privavit Confessione labiorum.

S. Tho. a V.a n.a: fides, prava dessideria frenat, effrenes appetitus cohibet, feroces cordis motus sedat, vitia pellit, virtutes inserit, mollia calcat, aspera tolerat, in prosperis non erigitur, in adversis non deijcitur, nihil est tan arduum,

et tan=

Et tandurum, quod non aggrediatur propter Deum, qui viva fide credit in eum.

S. Aug:

Quia sunt invissibiles inimici, invissibiliter sunt expugnandi; quippe hostem vissibilem vincis feriendo, invissibilem vincis credendo.

S. Bern:

Purgatur anima ab omnibus inquinamentis, et culpis cum in ea fides sit viva.

Ad Ephes. 6:

In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Estius

Nihil efficacius ad superandas Diaboli carnis, et mundi tentationes, quam si quis fidem suam diligenter exerceat, ac frequenter ante mentis oculos ponat bona nobis in futuro promissa.

D. Xptom:

sicut se habet esca ad corpus, ita recta via ad finem; et sicut carnis nostre natura sine alimento durare non potest; ita, neque fides sine operibus; fides enim sine operibus mortua est. 1. thim. 1. commendo tibi fili timothee, ut milites bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam.

S. Hieron:

Quod non dixit, nota; homo, aut vir ex fide vivit, ne occasionem tribueret, ad virtutum opera contemnenda. sed iustus ex fide vivit; ita ut Christianus, qui vivam querit possidere fidem, homo iustus, et puræ, limpidæque conscientiæ esse debeat; ut quicumque fidelis esset, et per fidem victurus non aliter

possit:

Possit in ea vivere, nisi prius justus fuisset, et puritatem vitæ 49
quasi quibusdam ad fidem gradibus ascend=
isset.

D. Xprom:

Quid quæso, fides conferret emolume-
nti, si vita sincera, et pura non
fuerit.

S. P. Aug:

Non continuo, qui credit ei
credit in eum; nam et Dem-
ones credebant ei, et no-
n credebant in eum.
de Apostolis ipsi-
us possumus
dicere:
Credimus Paulo, sed non in Paulum. quid est credere in eum?
credendo, amare; credendo diligere; credendo in eum, ire.
ita ergo est fides, quam a nobis exigit Deus; et non in-
venit quod exigat, nisi donaverit, quod inveniat.
difficile est, ut male vivat, qui bene credit. un-
de mors in anima? quia non est fides. un-
de mors in corpore? quia non est ibi
anima: ergo animæ tuæ anima fi-
des est.

Santhi: quid proderit, fratres mei,
si fidem, quis dicat se habere,
opera autem non habeat?
nunquid poterit fides
salvare eum?

S. Bern:

Refrigescente Charitate, fides moritur, sicut anima recedente,
moritur Corpus. S. P. Aug: fides quidem po-
test sola esse, sed non prodesse.

S. Greg:

Magna est fides; sed nihil valet sine Charitate. operatur
magna, si amor est; si autem operari renuit, amor non
est. vera fides est, quæ in hoc, quod verbis dicit, mori-

Moribus non contradicit. S. Ambr: non nobis sufficit, quod Christianum nomen accepimus, si opera nostra Xptiana non fecerimus.

Nacianc:

Christianus vocaris? voceris sane, et maneas in nomine, atq; adeo in re. nomen Christiani, magnum omnino est, magnamq; a nobis sanctitatem requirit; ne nobis a Xpto dicatur; quod Alexander magnus Militi cuidam, qui pariter Alexander vocabatur, dixisse legitur; d. aut muta nomen, aut gere te, ut Alexandrum. Christiani a Xpto nomen acceperunt, et opere pretium est ut sicut sunt heredes nominis, ita sint imitatores sanctitatis. S. P. Aug: qui sunt inimici Ecclesiæ? Pagani, Iudei. vis videre quam omnibus peius vivunt mali Christiani? de talibus ait

Ecechiel, quia comparantur sarmentis innutilibus. et in persona Ecclesiæ prosequitur Sanctus Doctor; peius vivunt mali in saccramentis meis, quam, qui ad illam nunquam accesserunt; de quibus S. Petrus dicit:

Melius erat illis, non agnoscere viam Iustitiæ. cum ait: melius erat; nonne iudicavit meliores esse inimicos foris possitos, quam intus male viventes quibus premit, et grabat Ecclesia? S. tho. a V. na: quid tunc dicturus es o Christiane? quid respo-

nsurus

Responsurus es, o Contemptor? dicet forsitan Gentilis: nescivi.
dicet Indus:
Non audiui. dicet Paganus: non intellexi. tu vero
miser, quid dicturus es?
Quid dicturus es in Juditio? solo nomine, et pr-
ofessione Christianus, vita, et moribus,
plusquam Paganus; si Christum
non sequeris,
qua ratione Christianus num-
cuparis?
Cur Christi doctrinam am-
plecteris, et vitam in con-
trarium agis?
nomine
Christianus, vita mundanus. Ô nimiam Coeci-
tatem! Ô maximam mundanorum stolidi-
ditatem!
Christo applaudunt vocabulo, et ope-
re contradicunt; quasi non ipse,
cum venerit, veros a falsis no-
verit discipulos separare.
S. Bonab:
Ô quantum tenentur
Deum laudare De
um amare, De-
um predica
re,
Qui ad hoc vocati sunt, ut Deum agn-
oscant, et Christiani fiant, et cum
saracenis, et aliis multis in
errore non permaneant;
sed Ve talibus, si De
um cognoscent
sed non ut Deum ho
norant. non servientes
Deo xptiani, plusquam sa-
raceni, et Pagani puniendi
sunt. S. Ambrosius: videte fra- tres

Fratres, ne per opera, vel cogitationes malas, lapidetis Jesum, lapidetis Salvatorem cum Judæis incredulis de quibus hodie dicitur:

Tulerunt ergo Judæi lapides, ut iacerent in eum.

forte dicitis;

Malum fecerunt Judæi, qui eum lapidare voluerunt;

Et qui eum crucifixerunt: scitote, et firmiter credite, quia hoc faciunt Christiani hodie male viventes; eo, quod nunc vitiis persequuntur Jesum.

Scriptum est: A quo quis superatur, huic, et servus adijcitur.

Discursus 17.
de Vocatione

Hug. Card:
Deus facit de mundo transire ad Coelum diversis modis.
D. Xptom:
Non una salutis via, nec unus modus est, verum
permulti, et differentes.
Quod quidem Christus indefinite ait: cum
multas esse apud Patrem mansiones,
asserit. Paulus vero sub distincti-
one quadam, id enim loquit,
sic scribens:
alia claritas Solis, alia Lu-
næ, alia Stellarum: Stel-
laq item differt a Stel-
la in claritate.
S. Thom. a V.a N.a in persona Xpti ait: tollat crucem suam; nam
meam non poterit, gravissima est enim, quam nulli-
us puri hominis humerus portari sustineat.
age poenitentiam pro peccatis tuis, et
sufficit mihi: ieiuna, plora, vigila,
afflige modicum carnem tu-
am, et sufficit mihi.
D. Xptom:
Omnes cuiuscumq sortis
sint varias Crucis causas habe-
nt; hic quidem ab Uxore; hic a filio,
alter a Servo, alter ab amico, alter ab inimi-
co, ex vicino quidam, ex fortunarum iactura.
Math. 17: assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Io-
annem. Hug. Card: per hos tres, omnes electi significan-
tur. per Petrum, Coniugati. Glosa: Prepositi. per Jacobū. Glosa:
Poenitentes. per Joannem. Glos:
virgines. Hug: Claustrales.
Albert. mag:

Contemplativos. Cum igitur per hos tres, varii denotentur sta tus personarum, hunc in finem, eos, et non alios elegit, ut exitarentur fideles ad ducendam vitam divinę observandęque legis, conformem iuxta propriam vocationem, scientes, quod in domo Patris mei mansiones multę sunt.

Ad Corint. 1:

Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

S. P. Aug:

Magnę virtutis est, cum fœlicitate luctari: Magnę fœlicitatis est, a fœlicitate non vinci. S. Bern: ipse, (idest, amor Dei) per se suficit, ipse per se placet, ipse meritum ipse premium sibi est amor. Idiota: nullus habet, aut habere potest causam, aut excusationem aliquam, te non diligendi. S. Greg: mala, quę nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. S. P. Augustinus super Malach. 2: nunquid non Pater vnus omnium nostrum? nunquid non Deus vnus creavit nos? sic ait: sic curat vnumquemque nostrum, tanquam solum curet; sic omnes, tanquam singulos. qui plus diligit, maiorem locum habebit. Sanct. Thom:

S. Gregor: duplex est solitudo, mentis, et corporis: secunda non valet sine prima; sed prima bene sine secunda.

Idem:

Solitudines edificare, est a secreto cordis, desideriorum tumultus expellere. Incognit: duabus alis, scilicet,

spe

Spe, et amore, homo a tumultu temporalium rerum volat ad Solitudinem contemplationis, in qua manens, nec adversa sentit, quibus turbetur, nec prosperiora, quibus elevetur inflatus; quia amor æternorum expellit amorem temporalium; et Spes Cœlestium, Spes temporalium non patitur secum. S. Greg: Spe mutare locum conamur, et secretum vitæ remotioris eligere; nescientes, quia si desit Spiritus, non adiubat locus.

Poeta:

Cœlum, non animum

Mutat, qui trans mare currit.

S. P. Aug:

Omnibus Xpti fidelibus dictum est: nescitis, quoniam corpora vestra templum in nobis est Spiritus Sancti, quem habetis a Deo? Sancta sunt ergo, etiam corpora Coniugatorum, fidem sibi, et Domino servantium. S. Petr. Apost: in veritate comperi, quia non est personarum acceptator Deus; sed in omni gente, qui timet eum, et operatur Iustitiam, acceptus est illi. S. Ambr: cave, ne propter peculiaris orationis studium, cui insistere forte contendis, disciplinam populi, qui tibi commissus est, negligas; et propter proprium commodum, communem salutem Plebis, quæ iustitiam a te praestolatur omittas.

Discurs. 18.
De Patientia

Ad Hebr. 10:
Patientia vobis necessaria est.

S. Bern:
In campum certaminis sumus; ubi, qui plagam, vel livorem non sustinuerit, miles inglorius apparebit. in hoc mundo, tot emergunt casus, imminent adversitates, imfirmitates, et molestiæ, quot homo velit, nolit habet sustinere; sicut Navis in medio mari, undiq procellosis fluctibus agitatur, et concutitur.

Belobacensis: sumus in terra tribulationis, in agro laboris, in Campo certaminis, et tyrocinio probationis, ubi tyrones probantur. Cuivis dolori remedium est patientia.

S. Aug:
Patientia est, qua mala æquo animo toleramus, idest, sine perturbatione tristitiæ, ne animo iniquo bona deseramus, per quæ ad meliora perveniamus. S. Ambr: patientia est, quæ salvat homines.

Tertul: non licet nobis una die, sine patientia manere; etenim cum omnem speciem salutaris disciplinæ gubernet; quid mirum, quod etiam poenitentiæ ministret solitæ lapsis subenire. S. Cyprian: patientia est, quæ nos Deo, et Commendat, et servat; ipsa est, quæ iram temperat, quæ linguam frenat, quæ mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam com-

Comprimit, incendium simultatis extinguit; coercet potentiam divitum; inopiam pauperum refovet; tuetur in virginibus beatam integritatem; in Viduis laboriosam castitatem; in Coniunctis, et maritatis individuam Charitatem. docet delinquentibus cito ignoscere: si ipse delinquas, diu, et multum rogare; tentationes expugnat, persequutiones tolerat; passiones, et martyria consumat.

S. Joan. Clim:

Non tantopere cibo suo, quam patientia indiget Religiosus.

Blosius:

Mecthildi ait Dns: qui aliquod grabamen, vel dolorem, etiam per modicum, tali intentione perfert, ut proponat pro amore, et laude nominis mei, libenter maiorem dolorem sustinere, vel laborem, si id mihi placeret; is quantumcumq aridum, et peccatorum rubigine obductum cor habeat, in ipsa hora revirescit, et gratię meę capax efficitur.

Mutius:

Agere, et pati fortia, Romanorum est.

S. Hieronim:

Christianorum propria virtus est, etiam in his, quę adversa putantur, gratias agere Creatori.

iuxta Apost,

hec virtus est maxima, ut in ipsis periculis, atq miseriis gratię Deo referant, et semper dicamus: benedictus Deus, minora me scio sustinere, quam merear. hic animus Christiani est.

S. Cypri:

Ipsa est, quę fidei nostrę fundamenta firmiter munit; ipsa est, quę incrementa spei sublimiter provehit; ipsa actum

dirigit, ut tenere possimus viam Christi, dum per eius tolerantiam gradimur. S. Greg: dum mansuetudo amittitur, superne imaginis similitudo vitiatur.

Vivificatur Christi sanguine, etiam qui sanguinem fudit: talis est Christi, ac tanta patientia, quæ nisi talis, ac tanta exisseret, Paulum quoq; Apostolum Ecclesia non haberet.

S. Ægidius:

Qui patienter sustinet tribulationes propter Deum, tenet iam pedem in alio mundo.

S. Basil:

Patientia grandis est medela animæ; impatientia autem est pernities cordis: per patientiam enim expectatur futurorum bonorum spes, et quod non videtur, quasi quod videtur, amplectitur. ipsa est, quæ fæcem totius voluptatis abstergit: ipsa est, quæ limpidissimas animas, Deo reddit, et efficax ad promerendum Cœlum.

Prover. 11:

Qui despicit amicum suum, indigens corde est; vir autem prudens tacebit ad opprobria. Tertul: totum seculum pereat, dum patientiam lucrifaciam. Lud. Blo:

Nihil unquam quantumvis parvum pro Dei honore patimur, quam longe sit utilius, quasi totius mundi dominio potiremur. quamlibet enim exiguum sit, quod ad Dei perpetimur gloriam, pro illo tamen non minus Deus retribuet nobis, restituetq; quam seipsum. quam seipsum, seipsum

Historia:

In Vitis Patrum,

Quidam requisivit Senem, dic mihi Pater unam rem, quam faciam, ut salver per eam: respondit: si potueris ferre iniurias,

et contumelias, et tacere; magna est res, et super omnia mandata.

Quidam autem;

Cum aliquis contume-
liam illi diceret, vel iniuria
inferebat; gaudebat, dicens: isti
sunt, qui nos iuvant ad profectum;
qui autem nos glorificant, isti nos decipi-
unt.

Item alius, cum audisset aliquem sibi detraxi-
sse; si prope erat, eum remunerabat per se; si erat lon-
ge, munera ei mittebat.

S. Joan. Xptom:

Et si miracula facias, et mortuos excites, et quidvis agas; numquam
te adeo admirabuntur gentes, ut quando te viderint moribus
mitibus, placidis, iucundisq; propter illa etiam te emu-
labuntur, propter signa, inquam, et miracula;
propter hoc autem, et admirabuntur, et am-
abunt; amantes autem apprehendent
veritatem.

Belobaci

Quanto liventius, et cum maiori vo-
luntate, quis patitur, tanto plus
de pena remittitur, et anima
plus purgatur. debet co-
nsiderare patiens, qu
at, et quanta conm
isit peccata pro
quibus patit;
quantas penas me
ruit in purgatorio, vel
inferno, et videbit, quam in
comparabiliter graviores, acet-
iam longiores, vel etiam ęternas per
exiguas tribulationes diluat. = Idem: ordi
nata est Dei providentia, quę prius per flagella ho
mines hic emmendat, et post; eos ab eterno supplicio
liberat. S. P. Aug: octaba beatitudo consumatum, perfectum
que hominem ostendit. Septem sunt,

quę

Septem sunt, quæ perficiunt, Octaba clarificat, et quod perfectum est demonstrat

S. Petr. Dami:

Hec virtus plane ad perfectionis culmen Monachum provehit, et terribilem in hostibus dimicantem animam facit. hec omnium vitiorum victoriam tribuit

S. Greg:

Nullus perfectus est, qui inter proximorum mala, equanimiter non tolerat, ipse sibi per impatientiam testis est, quia a boni plenitudine longe distat.

S. Bernardin:

signum est adversorum tolerantia, seu sopportatio: ad tactum pulsus novit Medicus, si homo habet spiritum vite. Cum igitur Dominus dat adversa, tamquam Medicus summus tangit nobis pulsum, probans, si bene dicimus eum patienter, et hilariter, sustinendo adversitates. S. Bonaben: sine ferro, et flammis, martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter conserbemus. S. Hieron: duplex martyrium est, unum succumbere gladiis impiorum; alterum in imfirmitatibus, et adversitatibus in animo patientiam custodire. S. Greg: patientia sola est omnium virtutum probatiba; quia qualis unusquisq' apud se lateat, illata contumelia probant. tanto quisq' ostenditur minus doctus, quanto convincitur minus patiens. Salomon: doctrina viri per patientiam noscit.

Caiet:

Non sufficere cor honestum, et utile, nisi adsit patientia in sustinendo adversa, et iniurias quascumque edocet Dns, a similitudine terre, quæ quamtumvis optima non affert fructum, nisi patiendo aratrum, et similia.

Beloh:

Nemo quippe, quantum proficit, nisi inter adversa cognoscit.

S. P. Aug:

Si vis probare, qui sunt in Ecclessia Dei, granum, vel palea, adhibe oris indicem; idest, persla aliqua convitia: si steterit, granum est; si palea, recedit in altum; et quanto minor, et levior; tanto magis in altum ascendit; idest, magis mobetur, et superbe respondet.

Quidam Eremita ait:

Propterea non promobemur, quia patientiam non habemus.

Historia.

Frater quidam erat in Congregatione inquietus, et frequenter mobebatur ad iram. ait ergo in semetipso: vado, et solus alicubi habitabo; et cum non habeam, in quo dicam, vel audiam, ero quietus, et quiescet a me passio iræ. egrediens ergo manebat in spelunca solus: una autem die, implens sibi Suriscula m aquæ posuit illam in terra: contigit autem, ut subito versaretur; ille vero implevit secundo, et iterum versata est.

Deinde 3°. implens, posuit eam, et 3°. versata est. qui commotus furore, tenuit Vasculum, et fregit. in se autem reversus, cognovit, quia ab eodem Demone, iracundiæ sit illusus, et ait: ecce ego, et solus sum, et vicit me. revertar ergo in Congregationem, quia ubique labore, et patientia opus est.

S. Bern:

Porta Cœli humilis patientia, quæ est porta ferrea ducens ad Civitatem.

Blosius:

Exigua molestia propter Deum, equanimiter tollerata, imcomparabiliter præstantior est, quam sint multa, et grandia bonorum operum exercitia.

S. Joan. Clim:

Patiens Religiosus cadere non potest, quin etiam per ipsos casus vincendi occassionem sumit. Beda: tantum enim quisq portat proximum, quantum amat: si enim amas, portas: si desistis amare, desistis et tolerare.

S. Greg. m:

Patientia vera est, aliena mala unanimiter perpeti, et contra eum, qui mala irrogat, nullo dolore morderi. morderi.

S. Bonab:

Rectificat rationalem; temperat irascibilem, modificat concupiscibilem, et exteriorem consumat operationem. rationalem illuminat, et rectificat; unde in Proverviis dicitur: qui patiens est, multa gubernatur sapientia; et doctrina viri per patientiam dignoscitur.

S. P. Aug:

A quo nobis est Charitas, ab illo est patientia.

S. Joan Clim:

Patientia est labor, qui numquam frangit animam, nec tumultibus, quamvis rationabilibus excitatis, perturbatur. Justinian: ad pacem, per patientiam pervenitur; tantoq magis pace homo fruetur, quanto erit patientior. finis patientiæ, pax est. prius enim collocandum est fundamentum patientiæ, ut securius postea fabricetur altitudo pacis. in hoc namq funda=

fundamento edificando, fortitudine opus est, non corporis sed animę.

S. Bonab: patientia est magna mentis refectio, quia sicut corpus pascitur convivio, ita mens virtutum dapibus saginatur. Isaac Presbiter: patientia mater est consolationis. Seneca: qui melius scit pati, maiorem tenebit pacem. S. Thom: possessio importat quietum dominium; et ideo per patientiam dicitur, homo suam animam possidere, in quantum radicitus evellit passiones adversitatum, quibus anima inquietatur. Histor: refert Blosius Sanctę Mechthildi, a Coelesti Sponso suo, dictum fuisse: cum quis iniuria aliqua afficitur, non impatienter conqueratur, hominibus multa inde loquendo; sed statim mihi presentet suum grabamen, ut ego dulcedinem consolationis meę illi infundam, eumque ad patientiam animem. S. Cassian: firma definitione teneamus; a tentationum procellis, Impugnationibusque Diaboli, tutos nos esse non posse, si omne presidium patientię nostrę omnemque fiduciam non in interioris hominis nostri viribus, sed in Cellulę Claustris, aut in solitudinis recessu, Sanctorumque consortio collocemus.

D. Xprom:

In bellis ostensio belli est, si miles occiderit. illa fulgentissima victoria, qua inferentem iniurias, patiendo superasti. Deus eas tibi vires concessit, non ot consertione manuum, sed ut patientia vincas.

Belobac: per patientiam vincit homo seipsum, idest, animi sui impetum. im:=

Belobac. de Beato Antonio refert, quod cum Demones verberarent B. Ant. usque ad mortem, et ipse immobilis perseveraret in bono proposito suo; Deum invocans; lux emissa a Deo, demones fugavit, Antonium sanavit, Jesumchristum sibi asistentem ei demonstravit: Cui Antonius: ubi eras bone Jesu, cum demones, ita male me tractarent? ego, ait Deus eram iuxta te cernens, et gaudens de victoria patientiæ tuæ. iuxta est enim Deus, qui tribulato sunt corde.

Septuaginta:

Melior est vir longanimis, forti: et qui continet iracundiam, melior est, quam qui urbem capit. rebus omnibus, ait Xptomus, validior, et fortior est lenitas, et patientia.

Belob:

per patientiam vincit homo seipsum, id est, animi sui impetum.

Justinian: vincit seipsum, quod genus vincendi rarissimum, et novilissimum est. S. Bonab: patientia vincit adversa, non colluctando, sed sufferendo; non murmurando, sed gratias agendo. ego Victrix gloriosa, quæ sine ictu, ac repercusione, hostes deiicio, et prosterno. Glosa: qui se vincit, contra omnia fortius est. S. Valer: plena Victoria est, ad clamantem tacere, et provocanti non respondere. Hist: In Vit. PP. refert: quod quidam frater quesivit ab Abbate Isaac; quare Demones eum tantum timerent? respondit; ex quo factus sum Monachus statui apud me, ne impatientiæ, vel iracundiæ verbum, extra guttur meum exire. sic vinco, sic vinco.

S. Ambr:

Si prevenerit, et preocupaverit mentem tuam iracundia, et ascenderit in te; non relinquas locum tuum. locus tuus, patientia est; locus tuus sedatio indignationis est.

S. Greg:

Nihil est, quod persequutoris vim perinde frangat, ut patientis alacritas. Kempis: multi querunt tentationes fugere, et in gravius incidunt: per solam fugam non possumus vincere, sed per patientiam, et veram humilitatem omnibus hostibus efficimur fortiores.

Judith. Cap. 8:

Illi, qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, et impatientiam suam, et improperium murmurationis, sua contra Deum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, et a Serpente perierunt. Qui patientiam non servaverit, perdet iustitiam, hoc est, vitam perdet. S. Bonab: plures videmus Castos, abstinentes, pauperes, semetipsos humiliantes, eleemosinas facientes, orationibus instantes, bona dicentes, fide Constantes;

sed paucos admodum in contumeliis, et detractionibus, et despectionibus humiliter patientes.

S. P. Aug:

Sustinere Dominum, est tunc accipere quando dabit; non tunc exigere quando vis: ut cum sustinuerit te, ut vitares vitam tuam malam; sustineas illum, ut coronet vitam tuam bonam.

Hug. Card:

Super: sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram. ita exponit: idest, patientes Dominum flagellantem; vel sustinentes, idest, sperantes in Dominum premia differentem; hereditabunt, idest, in eternum possidebunt terram viventium.

S. Greg:

non solum virtus est coram hominibus adversarios tolerare, sed, et virtus coram Deo, diligere. S. Francisc: non potest cognosci servus Dei, quantam habeat patientiam, et humilitatem, dum satisfactum est ei secundum voluntatem, et necessitatem suam. cum autem venerit tempus, in quo illi, qui deberent satisfacere ei, faciunt sibi contrarium: quantam habet patientiam ibi, et humilitatem, tanta est, et non plus. non plus.

Tertulian:

Omnibus patiens ero; alioquin cruciabor impatientia mea.

S. Aug:

Inde est patientia vera Iustorum, unde est eis Charitas Dei; et inde est eis Charitas falsa iniquorum, unde est in eis cupiditas mundi. patientia piorum desursum est descendens a Patre luminum. S. Ambr: patientia, humilitatis est indicium.

Bilobac:

Quando patiens libenter, vel sine murmure sustinet, levior est sibi dolor, et minus affligitur, et citius curatur, et Deus est cum eo confortans eum.

S. Bern:

hoc modo te accusa: peccavi; et eram digna, non recepi; equalem vindictam peccati mei non sentio: minus me sentio percussam, quam mereor; non sunt tanta supplicia quanta extiterunt peccata.

S. Isidor:

Consideratione iniustitie, dolorem tempera; levius portabis, si pro quibus infertur, intenderis. que enim gratia est, ait S. Petrus; si peccantes, et colaphizantes sustinetis?

S. Laurent. Justin:

Patienter unusquisq adversa portat, cum pie meminit, quod in se habeat fortasse, in quo ipse debeat tolerari, et quasi aqua, ignis extinguitur, cum surgente furore animi, cuiq ad mentem culpa revocatur; quia erubescit, peccatis alienis non parcere, qui proximo, sepe se recolit parcenda perpetrasse.

S. August:

Super: non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam sic ait: ipsum, qui patiebatur, audite. quasi dicat: seviat mundus, fremat mundus, concrepet linguis, corucet ardus, quicquid potest, faciat: quid faciet ad id, quod accepturi sumus? appendo id, quod patior, contra id, quod spero. hoc sentio, illud credo; et tamen plus est, quod credo, quam quod sentio.

S. Francisc:

Adeo ingens est bonum, quod expecto, ut omnis dolor respectu illius mihi sit delectatio.

Belovac:

Devotus miles bene armatus, vulnera non sentit, dum benigni ducis vulnera inspicit. S. Bonab: utrumq est mihi Dne Jesu, et speculum patiendi, et premium patientis. tu doces manus meas; in Cruce, scilicet, expansus ad prelium et vehementer accendis ad patiendum propter patientis premium.

S. Leo:

Certa, et secura est expectatio promissę beatitudinis, ubi est participatio dominicę passionis.

Ludov. Blos:

Dixit Dns ad Sanctam Catharinam Senensem: volo te nosse, quod omnes penę, quibus homines in mundo affliguntur, in voluntate consistunt; quia si voluntas esset ordinata, et concors cum voluntate mea, careret quodammodo pena. quamvis enim qui hac sancta, ordinataq voluntate preditus est, sentiat laborem, et dolorem, quicquid tamen amore mei sponte patitur, quasi sine pena portat. libentissime enim illud sustinet considerans, et sciens, meam esse voluntatem, atque permissionem, ut, ut, ut patiat.

Tertulian:

Nihil Crux sentit in nervo, dum animus est in Cœlo. Axioma SS. PP: qui amat non laborat. Adag: Solatium est miseris, socios habere penarum. S. Paul: omnia possum in eo, qui qui me confortat.

Blosius:

Deus dixit ad S. Getrud: quando ego alicui do gratiam; hec in illo operatur, sicut saluti eius magis congruit. quibusdam eniz utilius est diversis grabaminibus in presenti vita exerceri, quam magnam dulcedinem, et consolationem percipere. ideo gratia ipsis convertitur in amaritudinem tribulationum, et afflictionum, quibus magis, ac magis promobetur, illorum salus, et exornantur animę eorum, secundum optimum beneplacitum Cordis mei quod, quamvis eos in hoc exilio lateat, tanto tamen dulcius, id experientur in vita ęterna, quanto hic fidelius laboraverint; adversitates, et tribulationes quasque pro honore, vel amore nominis mei patienter perferendo.

Plutarc:

Pueri apud Lacedemonios in Ara Dianę, flagellis quotannis, statuto die festo, cędebantur ex amore, totum diem. itaque frequenter durabant ad mortem; atque hilares, ac lęti (lęti) concertantes inter se de victoria, quis eorum diutissime, fortissimeq toleraret verbera. unde nec gemitum, nec vocem dabant, nec scapulas, aut corpus contrahebant, tantum ad hoc, ut victorię huius, nomen, et decus obtinerent.

S. Bonab:

Legitur; quod Alexandro Macedoni Regi, immolanti puer nobilis cum incense astabat, super

cuius-

Cuius brachium ardens carbo delapsus est. licet ergo ignis carbones adureret, ita ut odor exustionis ad nares omnium astantium perveniret; puer tamen adeo patiens fuit propter reverentiam Domini sui Regis, quod non solum dolorem silentio pressit, sed brachium omnino immobile tenuit, tanquam vilipenderet penam ignis. ergo si tanta fuit patien- ob reverentiam Regis, demonibus immolantis; quante deberet esse in hominibus Christianis ad suum Regem, qui ad hoc propter nos pati voluit, ut nos patientes esse doceret.

Oleast:

Expende, queso, quomodo Dominus, eodem malo, quo Israëlitas propter peccatum punivit, eodem eos sanare curavit.? serpente momordit, et serpente amorsibus sanavit. bona sunt, et salutaria mala, quibus nos Dominus sepius visitat, si sciamus ea celebrare, et Domino nostro presentare. nihil utilius, nihil salubrius ista potione amara, si modo, ea equo animo lata, Deo tuo noveris offerre.

Apostol:

Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis vestris, deficientes.

Ludov. Blos:

cur, queso, turbaris, quod iste, vel ille multa, que nec cogitasti quidem, tibi obiicit, et malum de te loquitur? recordare Domini tui Jesu Christi, qui maledicta sine causa, in se congesta patientissime tulit. vide, ne pax cordis tui dependeat ex lingua, vel arbitrio hominum. §. Bonab: scutum patientie debet esse timor supplicii: in dextro amor proximi:

In sinistro passio Christi, iuxta illud: Dabis ei scutum cordis laborem tuum. et iuxta illud: Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini: et hoc scutum sustinet omnia tela, et specialiter tria, scilicet, damnum reru(m), molestias corporu(m), et contumelias verborum.

Idem:

Singularis est retributrix passionis Christi: talia enim studuit rependere, qualia ab eo recepit, qui dolores nostros ipse portavit: et hec est singularis letitia sanctorum in tribulatione patientium, et gaudentium, quod sic occassionem habent, et opportunitatem aliquomodo retribuendi Dño pro illa magna Charitate, qua pro nobis animam suam posuit, saltem aliqua sustinendo. S. Aug: ad salutem nram, et vite huius transigende utilitatem, in his, que passus est ab inimicis Dñs nost. exemplum patientie prebere dignatus est. quod duo cum illo ab utro que latere crucifixi sunt, ostendit; alios sibi dextros, alios sinistros esse passuros. dextros, de quibus dicit, beati, qui persequtionem &c. sinistros, de quibus Apost. ait; et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Idiot: o misericordissime Dñe Deus meus, si tu patiens es erga nos miserabiles peccatores super iniquitatibus nris, q. magis patientes esse debemus in tribulationib., et adversitatib. nris, quas propter scelera, et peccata nra quotidie sustinemus. S. Bern: Si ante oculos habueritis, quem portatis, pro certo videntes angustias Domini, levius vestras adversitates, et angus. portabitis.

Discursus 19us de Purgatorio.

§. 1. Aug:

Opus, quale fuerit, ignis probabit. S. Hieron: non eggredieris ex carcere, donec etiam minima peccata persolvas. Lyra: ignis habet virtutem purgativam: unde usq hodie, Tartari transire faciunt extraneos per ignem, hic, inde positum, ut ante Imperatorem suum purificati appareant.

Quid mirum, si Deus (in cuius femore scriptum legitur; Rex Regum, quem adorant Dominationes, tremunt Potestates) in electis suis, priusquam eosdem per eternam suam visionem beatificet, requirat, ut ab omni etiam minima labe mundi sint, et puri.

Historia:

Refert Blosius: olim in Monasterio S. Getrudis, Sanctimonialem quamdam in flore juventutis suę, quam in sanctis exerciciis totaliter transegerat, fuisse mortuam. quam S. Getrudis splendidissime vestitam, in conspectu xpti stare, conspexit: at vero tanquam honesta sponsa vultum demittens, se occultare, quęrebat.

Sancta igitur Getrudis Christum in hec verba affata fuit: cur hanc filiam tuam ad tuos amplexus non admittis, quin potius, velut alienigenam coram te stare sinis? ad quę verba Dominus videbatur, blandissima serenitate extendere dexteram suam tanquam amplexaturus animam: at=

At illa, cum delicata quadam reverentia subtrahebat se. quod
multum admirans Getrudis ait animę: quare subducis
te ab amplexibus sponsi tan amabilis? cui illa:
quia non dum plene purgata sum, sed adhuc
maculę aliquę me imcompossitam reddu-
nt. etiam si omnino liver ad Cœlum
accessus mihi pateret; ego tamen,
dictante Justitia, memetipsa
sponte subtraherem, cum
sciam, me tan glorioso
sponso non dum co-
nvenire.
Tunc Getrudis: et tamen vi-
deris iam, quasi glorificata: adqu-
od anima: illam beatitudinis gloriã,
quam Sancti ex vissione, et fruitione Divi-
nitatis cum plena remuneratione obtinent,
nulla anima meretur accipere, donec ab omni
macula, perfecte purgata intret in gaudium Domini
sui.

S. Bernardinus:
Illi vadunt in Purgatori-
um, qui sunt in aliquo
peccato veniali: vel
qui non fecerunt
debitam poenitentiã
in hoc mundo pro suis
peccatis.

Si datur maior poenitentia, quam sit condigna, et expediens
tuis peccatis; tunc anima illa salit in Paradyssum
cum maiori gloria; ideo gaudeatis, quando de-
tur vobis magna poenitentia. unde in Pro-
ver. 25, de animabus isto modo purga-
tis dicitur; leva rubiginem de ar
gento, et eris vas purissimũ:
ita accidit in anima
purgata, quę relucet absq ulla macula.

S. Bonab:

In Purgatorio duplex pena: una est damni, de carentia divinę Vissionis; alia sensus, de afflictione ignis: et quantum ad utrunq' minima pena purgatorii, maior est, maxima pena mundi. istud patet de pena damni; quia affectus, quo dessideratur summum bonum post hanc vitam ab omnibus sanctis, intensior est, quam aliquis affectus rei temporalis in vita maxime, cum iam tempus habendi advenerit; ideo carentia eius molestius toleratur. istud etiam patet de pena sensus; quia cum dolor non sit essentialiter lessio, sed lessionis sensus; tanto magis dolet anima, quanto magis sentit sensitibum aliquod; ideo ab igne ipsum agente maxime affligitur: ratio acerbitatis penę purgatorii hec est; quia cum Deus magis querat emendam, quam penam, plus ponderat in poenitentia virtutem bonę voluntatis, quam penam afflictionis. unde plus ponderat Deus modicam penam voluntariam in pressenti, quam multo maiorem, non ita voluntariam in futuro: sicut plus valet modicum auri, quam multum plumbi. unde opportet, ut quod ibi deficit in voluntate, hic suppleatur in acerbitate.

Malach. 3:

Quis stabit ad videndum eum: ipse enim, quasi ignis conflans.

S. Bona:

Plus satisfacit hic homo Deo valde modica pena voluntarie pro

pro peccatis assumpta, quam ibi per maxima, sive quia ibi est
involuntaria; sive quia, si ibi est voluntaria, est tamen
ratione status immeritoria, nulla laude, vel prem-
io digna. timeant igitur peccatores hunc ignem,
qui nihil relinquit intactum, vel nihil peni-
tus impunitum; sive verbum fuerit per-
modicum, sive opus inutile factum,
sive quid modicum in Corde
peccatum.
quis est, qui igno-
ret, quod horrendum sit in-
incidere in manus Dei viventis!

Historia:

Belovacensis refert; Angelum quendam viro cuidam appar-
uisse, eique dixisse: quod si tunc mori vellet, unico tantum
die in purgatorio commoraturus esset; secus autem
longam, et dolorossissimam toleraturus esset in-
firmitatem.
Elegit igitur statim ex hac vita migrare. sed au-
dite, quid tandem contigerit.
cum idem Angelus pau-
lo post mortem ad ani-
mam inter flamm-
as herentem
eamdem consolatur-
us accessisset; anima, se ab
ipso graviter deceptam fuisset, con-
questa fuit, eo, quod iam, no una die,
sicut Angelus promiserat, sed multis annis
in iisdem
Derelictus fuisset. cui Angelus respondit: ita quidem tibi videtur
ob tormentorum acerbitatem; ceterum vero, ex viginti quatu-
or horis, quibus in hisce penis commorari debes, non
nisi una hora preteriit. tunc anima Angelum ins-
tanter rogavit,
ut se apud Deum, precibus suis interponeret,
ut denuo in hanc vitam redire posset,
promptam se offerens ad omnium

Atrocissimorum tormentorum carnificinam, toto futurę vitę tem
pore pro diuinę voluntatis arbitrio tolerandam. Prov.
Prov. cap. 12:
Spes, quę differtur,
affligit animam. San
ct. Antonin: anima a cor
poris grabamine separata tu
nc intelligit Deum summum bon
um, et quod ad illum adipiscendum
est creata; et quia immediate ip
sum summum bonum pos
sideret, si non esset in ea
impedimentum. O
mnes quidem alię
pene tolerabi
les sunt; at vero pena damni, omnes alias penas excedit.
Duplex igitur tormentum animam crutiat, scilicet, hec dila
tio impatientissima se cum Deo uniendi, innumeris
aliis, purgantis ignis, penis, coniuncta; et remorsus
vermis voracissimi, quo cor illius continuo ro
detur, eo quod Deum adeo erga se beneficum
offenderit: id, quod tunc per lumen sibi
infusum, perq vivacem apprehensi
onem evidentius cognoscet.
S. Bern:
Dubium est, a quibus an
imę tormententur in
purgatorio. aliqui
dicunt;
Quod sint demones met, qui fecerunt, illas peccare; quia boni An
geli non torquent. aliqui dicunt, quod demones non
possunt tormentare animas purgatorii, nisi per
visum, quia animę videndo terribilitatem dę
monum terrentur, et demones ipsi incuti
unt terrorem.
S. Cyril:
Tanta pena est demones intueri, qu
od unusquisq mortalium potius

se-

se preberet ardentibus flammis arsurum, quam in ictu oculi formas illorum vellet inspicere: quorum formę nihil penosius, nihil horribilius potest excogitari.

Abb. Cluniac:

Pervenimus in regionem spatiosam, visu valde horrendam, in qua fuit multitudo innumerabilis inenarrabilibus suppliciorum immanitatibus exposita. innumerabiles penarum species vidi ibi. hi enim torquebantur; hi in sartagine frigebantur; hi omnibus sulcabantur usq ad dissolutionem compagum. alii puniebantur in balneis confectis ex pice, et sulphure, aliisq liquaminibus ex ęre, plumbo, aliisq metallis cum foetore horrendo. quosdam vermes monstruosi, dentibus venenatis rodebant.

Idem:

Secundus purgatorius. vidimus profundissimam Vallem, in qua erat flumen altissimum, quod nebulam indicibilis exalabat foetoris. erat quoq in ea ignis, qui videbatur ad Coelum usq pertingere. atq ex alia parte, fuit tanta immanitas frigoris, ut nihil penalius, eam e conspexisse, putaverim. ibi erant innumerabiles animę, quę nunc in flumen illud foetidissimum mergebantur; nunc, inde erumpentes ignibus involvebantur; ac inde exeuntes, asperrimis frigoribus tradebantur.

Post hec venimus ad tertium purgato-
rii locum,
qui ultra quam mente concipi
potest, horribilis extitit pena-
lis; imo nulla lingua ex-
primere potest mini-
ma illius loci
supplicia.

Venimus ergo ad maximum Campum, quem opperiebat Chaos horrendum, cui admixtus fuit fluvius sulphureus immensi foetoris.

nebula quoq', et flamma instar picis nigerrima spargebantur confuse per Campum, planities Campi scatebat multitudine vermium. vermes illi super omnem estimationem eran horribiles, monstruosi, deformes, rictu pavendi, et naribus ignem execrabilem spirantes, qui turmas miserorum voracitate insatiabili lacerabant, et super ipsos, Demones cursitabant, ac more insanientium sevìebant in eos, atq' per ferramenta ignita eos frustratim per singula membra truncabant; nunc omnem carnem usq' ad ossa funditus abradebant: nunc igni iniectos, lique fecerunt velut metalla. parum est hoc, testor Deum.

Imo tanquam nihil, quidquid dicere nitimur de penis loci illius. in brebissimo enim temporis spatio intuebar eos, centum, vel amplius penarum diversitatibus, quasi anihilatos, et mox restauratos, et iterum fere in nihilum redactos.

Eccl. Cap. 7:

Mortuo non prohibeas gratiam: non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula.

S. Paulus:

Id ipsum pro invicem solicita sunt membra; et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. vos estis corpus Christi; et membra de membro.

S. P. Aug:

Nunquid, quia in corpore pes, quia longe videtur ab oculis, deserunt illum oculi? et non sicut videmus, totum corpus contrahitur, et sedet homo curbatus spinae dorsi, ut queratur spina quae haesit in planta? omnia membra quid quid possunt, faciunt, ut de infimo, et exiguo loco, spina, quae inhaeserat, educatur. neq enim piorum animae defunctorum ab Ecclessia separantur, quae est regnum Xpti.

Igitur, possunt, et debent iubare defunctos, ut membra eiusdem corporis. S. Bonab:

attendendum;

quod sedentes in tenebris purgatorii non possunt mereri; possunt tamen per merita iubari. o negligentia nostra! videmus nos incarcerari, et negligimus operari, ut possimus per opera liberari? licet suffragia omnibus iustis indigentibus prosint, maxime tamen his, pro quibus specialiter fiunt. si enim charitas gradus habens, opus imformat, et intentio ordinat; certum est, quod non frustratur intentio, et devotio satagentis.

2 Machab. 12:

Sancta, et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccat- is solbantur.

S. P. Aug:

Curatio funeris, conditio sepulturę, pompę exequiarum, magis sunt vivorum solatia, quam defunctorum subsidia. quoties tu facis aliquod bonum pro anima existente in purgatorio, tibi magis prodes, et plus mereris, quam si faceres decem tantundem pro uno existente in hoc mundo, etiam si esset incarnatus, infirmus, nudus, et famelicus; nam quanto magis egenti hoc facis, tanto magis est bonum.

Joann. Maub:

Quisquis cupis, ut tui misereatur Deus, fac per hec proximo miserearis. Suarez: illę animę sunt sanctę, et charę Deo, nosq; ex charitate diligunt, et nri recordant̃ noruntq;

Saltem generaliter ea pericula, in quibus versamur, et quantum indigemus divina ope, et auxilio. cur ergo non orabunt etiam si alias, suis penis solvant, quod debent? nam etiam nos in hac vita, qui debitores sumus, pro aliis oramus; et Patres, qui erant in sinu Abrahę pro viventibus orabant, ut de Onia, et Jeremia refertur.

Carden. Belarm:

Non est incredibile, animas purgatorii pro nobis orare, et impetrare.

Historia:

In Scriptore fidedigno, me melegisse memini:

quod

Quod cum Vir quidam, qui in vita sua erga animas purgatorii valde devotus fuerat; in ultima sua imfirmitate, pro Viatico communicatus fuisset; Sacerdos cum redeundo ad Ecclesiæ Cemeterium, pervenisset; adeo fortiter, se retineri, sensit, ut ne gressum quidem ulterius facere posset, nectamen ullum, aquo detineretur, videre poterat: videt quoque apperram Ecclesiam, quam abiens clausam relinquerat.

auditq vocem dicentem hec verba:

Heu! mortuus est devotus noster amicus, qui quoties hunc locū transibat, pro animabus illorum, quorum hic sepulta Ossa quiescunt, Deum precari solitus erat: surgite, quoquot in hoc loco requiescitis: oremus vicissim ex gratitudine erga preces, quas pro nobis totties ad Deum effudit.

Hisq dictis, Presbyter ille strepitum, et rumorem percepit, velut Ossium e sepulchris eggredientium, simul q Ecclessiam introeuntium, quæ plena facibus ardentibus erat, unde officium deffunctorum celebrarunt: quo terminato, singuli ad sua se denuo sepulchra receperunt; tuncq Presbyter, sine ullo impedimento Ecclessiam ingredi potuit. ex hac autem vissione attonitus, statum suum mutare, et Monachum induere decrevit; atque in progressu temporis factus est Prior Monasterii, Turonibus a Sancto Martino fundati, semperq erga illas animas devotissimus permansit.

S. P. Aug:

Opus suffragii potest considerari, inquantum est meritorium

vitæ-

Vitę ęternę, quod habet, in quantum procedit ex radice Charitatis, et per hoc, non solum prodest ei, pro quo fit, sed etiam facienti magis.

S. Ambros:

Omne, quod deffunctis, causa pietatis impenditur, in nostrum tandem meritum commutatur; et illud post mortem in centuplum inveniemus duplicatum.

S. Thom:

Quoties tu facis aliquod bonum pro anima existente in purgatorio, tibi magis prodest. Damasc: divinę revelationes liquido comprobant, mortuis prodesse oblatas pro iis preces, sacrificia, et eleëmossinas. nihil enim deperiit eorum quę Deo mutuo dantur.

Gerson:

Nos pariter pro vobis preces offerimus, et intercessionem; pro illis, scilicet, qui nos iuverunt orationibus, et operibus bonis factis pro nobis. bonitas una alteram expostulat, et qui dat, dabitur ei.

Luc. Tudens:

Studeamus deffunctis exhibere studia Charitatis, et sacrificiis, orationibus, eleëmossinis, eorum temporalem miseriam relevemus, ut cum defecerimus morte corporis, dum illi a malis liberi, inter filios Dei fuerint computati, recipiant nos in ęterna tabernacula.

Dionys. Carthus:

Quicumque pro deffunctis oraverit, fit particeps bonorum eorum quę fiunt per Ecclessiam pro ipso deffuncto. et talis homo non amittit, quod offert, sed

Sed pro Charitate duplicatum illud suscipit cum benedictione.

Auth. quid:

Sic Deus disponit sæpe, quod tantum quis recipiat in alia vita, quantum facit libenter in hac vita; nam iuxta Bedam; indignus erit omnis suffragio, qui deffunctorum immemor fuit in hoc seculo.

Roa:

Qui benefacit animabus purgantibus, bonam sibi procurat usuram, quia opera nostra melius collocare, et assecurare non possumus, quam si illa defunctorum animabus applicemus. imo non solum fruimur censu intercessionis ipsorum pro eo tempore, quo in Coelis existunt; verum etiam pro eo tempore, quo detinentur in purgatorio, ubi intercedere, et precari pro nobis possunt, non vero pro se ipsis. ipsis.

Historia:

In historiis Sancti Dominici, quidam narratur eventus hic: Magnus ille serbus S. Ludovicus Belthrand; Religiosus Dominicus, vir eminentissime perfectionis specialem habebat curam, missam celebrare pro peccatoribus, ut Deus ipsorum compassione commotus, ad veram illos perduceret poenitentiam; raro vero pro animabus purgatorii idem sacrificium offerebat.

Interrogatur autem a quodam Religioso Ordinis, cur hoc faceret?

Respondit:

Respondit: animæ, quæ sunt in purgatorio, de æterna sua salute de facto sunt securæ; at vero peccatores, in continuo sunt illam non consequendi periculo: at vero, bonus ille Pater, congruam illi opposuit similitudinem, dicens: quid si videres duos pauperes, quorum unus, quoad membra omnia sua sanus esset; alter vero totaliter claudus, et usus membrorum suorum inops; ideo quod semetipsum iuvare non posset; utri horum manum præberes auxiliatricem?

Respondit Beltrand: succurrem illi, qui sese iuvare nequiret. at vero ait Religiosus ille; tales sunt animæ purgatorii. hæ enim linguam non habent, ut postulare possint, nec manus, ut operari queant: vivi autem os habent, ut sua possint confiteri peccata; habent, et manus, ut illa expiare, et penitentiam agere valeant.

Cum vero S. Ludovicus, his [...]cerationibus non acquiesceret, nec a suo proposito dimovere posset: apparuit illi nocte sequenti deffunctus quidam horribili aspectu, qui virgarum facem in manu habens S. virum male tractavit; adeo ut quietem nocturnam capere non potuerit, sed plusquam decies fuerit expergefactus. Mane sequenti predicto Religioso omnia, quæ ei acciderant per ordinem recensuit; atque deinceps, cum lacrymis, et extraordinaria devotione Missam, et omnia opera bona pro ipsis animabus offerre, continuavit.

Histor:

S.ta Getrudis omnia opera sua bona, illis applicabat animabus, quæ acerbiora patiebantur tormenta; idq Cœlesti Sponso suo, ut placeret per hoc. Deus autem opera eius animabus illorum magis assignabat. cumq ad ultimam usq vitæ etatem pervenisset; inimicus aliquam ei sugessit de Deo diffidentiaz dicendo, quod nunc sibi nulla reliqua esse nt pro anima propria merita et satisfactiones, utpote quæ se illis omnibus in aliorum exuisset. unde illi, Ob vehementiam penarum, quas in purgatorio toleratura esset, anxiæ apparuit Christus, eiq dixit: ut videas quam mihi grata, et accepta fuerit ingens illa tua erga animas exhibita Charitas, in illius remunerationem, tibi omnes condono penas, quarum devictrix esse potueris: cumq centum pro uno promiserim, dilatabo manum, teq ampliori premio remunerabo, tibiq gradus gloriæ in mea beatitudine adaugebo, et multiplicabo; atq insuper efficiam, ut omnes animæ suffragiis tuis mediantibus, Liberatæ in hora mortis tuæ te recipiant, et ad coelum usq tecum mitantes perducant.

S. Hieron:

Quantam consolationem defunctis impendimus, tantam vice versa recipimus.

S. Laurent. Justinia:

Cuius pectus tam ferreum; cuius cor lapideum, ut gemitus non exprimat, lacrymas non effundat, cum proximi, vel amici morbum, vel interitum intuetur, ut patientibus non compatiatur, et dolentibus; non condoleat? ipse Jesus, cum vidisset Mariam, et Judeos plorantes, infremuit spiritu, turbabit semetipsum et lacrymatus est.

Poeta:

Tempore fælici, multi numerantur amici:
Cum fortuna perit, nullus amicus erit.

Histor:

Thomas Cantipratensis de quodam refert, quod multis annis sub Carolo Magno militaverat; qui cum aliud preter unicum dumtaxat equum non haberet: hunc moriens, nepoti suo reliquit, cum hac ab eodem nepote, stipulata promissione, quod equum venderet, et comparatam ex illius venditione pecuniam, in Missas, et alia opera satisfactoria pro anima ipsius impenderet. cumque hic, mortuo predicto milite, suis non staret promissis; defunctus ille miles sex mensibus in purgatorio herere coactus est: quo tempore expleto apparuit nepoti dolens, et dicens ei: ecce nunc iuditium dedit operum ponderator omnipotens, et omnes eius assessores Angeli; iustum esse decreverunt, ut anima mea ad requiem transeat, et anima tua penas excipiat,

Quas exacturus adhuc fueram in tormentis. his dictis repente
disparuit.
et mox satelles gravissimam imfirmitatem
incurrens, quę gesta erant confessus
est Sacerdoti, et non multo post mo-
rtuus, penas, quas mereba-
tur, exolvit.
vide ergo Lector,
quantum peccatum sit, et delict-
um, Amicorum, aut Paren-
tum retardare, vel negli-
gere testamenta, qui-
bus, si effectum hab
erent, acceleraren
tur ad gloria; at
si non habeant,
a gloria diffe
rentur.

S. Bernardus:

Quamvis sis in peccato, non cesses orare pro defunctis, et facere eleëmossinas, et alia bona pro eorum animabus; quia etiam orabunt pro te, quod Deus det tibi gratiam poenitendi.

S. Bonab:

Sufragia mortuorum, si fiant in communi pro-
sunt magis ei, qui magis meruit: quod si in
speciali, magis prosunt ei, pro quo fiunt.

S. Bernard:

Consideremus, quę sufragia, seu bona sint ei grata, Gregorius ad Bonifacium ait: animę defunctorum, quatuor modis solbuntur; aut oratione Sacerdotum; aut precibus Sanctorum; aut Charorum eleëmossinis; aut ieiunio Cognatorum. idem ait Augustinus. ad hec quatuor, cuncta alia bona, quę pro mortuis fiunt, vel fieri possunt, generaliter reducuntur; sicut sunt sufragia communis Eclesię, bona facta

Pro eis, pœnitentia, peregrinatio, restitutio alienorum. alienor.

Histor:

In vita S. Gelasii Abb. Cistertiensis scribitur: aliquando nobilis quidam dives, summa argenti S. Abbati, per modum eleëmosynę tradi, curavit, orans, ut vellet, animas parentum suorum Domino commendare. Abbas recepta hac oblatione, subito genuflexus, Psalmum De profundis recitavit. quod, cum servus, qui argentum hoc attulerat, et Abbati oranti pręsens adstabat, modicum nimis esse, existimaret, ac proinde subridendo diceret: non semel certe, sed millies, pro tanta argenti summa Psalmum repeterem. Sed vir Dei respondit: credis ne, frater mi, argentum huic Psalmo preponderare? ne igitur a me scandalizatus recedas, curabo, ut, quia lumine interno cares, saltim ad minus oculo corporis tui, veritatem illius, quod dixi, clare conspicias. hunc igitur Psalmum De profundis modicę chartę inscriptum, uni parti bilancis imposuit; ex alia vero parte ponderosam argenti collocavit. moxq. Charta illa instar ferri ponderosa, cum impetu ad terram descendens, argentum, quod mole, et numero multum terreum erat, quasi levissimam paleam, elebavit; et sic omnibus videntibus, et admirantibus remansit.

§ Bonab:

Nota, quod suffragia prosunt defunctis, sed magis, et minus: pro diversitate meritorum in mortuis, vel Charitate vivorum, qui magis solicitantur pro aliquibus, quam pro aliis.

illa enim suffragia, quæ specialiter fiunt pro aliquibus, plus valent illis, quam aliis; licet etiam aliis aliquomodo communicentur.

suffragia vero, quæ communiter pro defunctis fiunt, quamvis pro modulo suo omnibus prosint; illis tamen amplius, qui dum essent in via, magis meruerunt, ut sibi prodessent.

Nota:

Quod valent illis, qui sunt in purgatorio per modum purgationis; valent Salvatis qui Coelo sunt per modum coniunctionis; quia multiplicatio salvandorum, augmentat gloriam accidentalem: valent, et damnatis in inferno per modum diminutionis: quanto enim salbantur per meritum Ecclesiæ, tanto pauciores damnabuntur; et ita minor erit pena per subtractionem Consortii illorum.

Histor:

Trithemius in Chronico suo scribit; quod aut procul a Vuormatia, per multas noctes, ingens apparuerit militum armatorum, tam equitum, quam peditum multitudo, quæ incertas pha-

langes

Phalanges distributæ circa nonam noctis horam procedebant versus montem quendam, e quo egredi solebant. cumq non procul inde quoddam situatum esset Religiosorum monasterium, unus ex hisce religiosis, animosior factus, signo crucis, se communiens Phalangibus illis obiam processit, illasq in nomine SS. Trinitatis adiuravit, ut faterentur, quidnam essent? quæ dixerunt, nos non sumus phantasmata, nec militum vivorum Cohortes, sed animæ militum defunctorum, qui in prelio, in servitium Principis nostri havito hoc in loco occubuimus: arma autem, et equi, qui nobis videntibus, culpæ instrumenta fuerunt, nunc nobis instrumenta facta sunt penarum. siquidem quicquid hic videris, merus est ignis, quamvis vobis tale quid non appareat. Interrogavit igitur Religiosus iste, an aliquod illis adferre posset subsidium? imo vero responderunt illi, si nimirum tu, et alii Monachi in beneficium nostrum, eleëmosynas, ieiunia, orationes, aliasq poenitentias, specialiter vero Missas applicaveritis. quo dicto, trina voce repetentes: orate pro nobis. orate pro nobis. orate pro nobis.

Discurs. 20. de Lacrymis

Psalm. 41:

Fuerunt mihi lacrymę meę, panes die, ac nocte. S. Hiero: quomodo potest de lacrymis panes fieri? potest: quia sicut Corpus satiatur de pane, ita anima de lacrymis.

S. Ephren:

Nutri, ac foue illam in verbis diuinis, in Psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, in lectionibus saccrarum scripturaru, in ieiuniis, in vigiliis, in lacrymis, in spe, ac meditatione futurorum bonorum ęternorum, et incorruptibilium.

Hęc, et his similia sunt nutrimenta, ac vita animę.

D. Xptom:

vidisti animam in continua compunctione? alimonia mea, inquit, panis meus, cibus meus, conuiuium meum: non erant alia, quam lacrymę, tan die, quam nocte. S. Anton: ubi sanguis lacrymarum, ibi sanitas animarum.

S. Aug:

O lacryma! tu contra ruinas hominum suave solatium, quę passionis Xpti es vicaria: contra peccatum ponis remedium; ut per te toties cogatur Xptus mori, quoties labitur homo in abyssum peccatorum.

Virgin:

Hospicium capiunt fletus in limine Vitę,
Solis traiicitur fletus hocce vadum.

S. Ambr:

Bonę lacrymę, in quibus non solum redemptio peccatorum, sed etiam refectio est iustorum. Iusti enim vox est: fuerunt mihi lacrymę meę, panes die, ac nocte.

In Vitis PP. refert hist: Senior quidam Eremita discipulos suos in hęc verba affatus fuisse legitur: quemadmodum umbram corporum nostrorum ubiq; circumferimus nobiscum; sic debemus, fletum, et compunctionem habere nobiscum, ubicumq; sumus.

S. Isidor. Pelusiot:

Preclara quidem, et laude digna est pœnitentis animi resipiscentia; sed pauci ea consequi possunt. Deus igitur, qui nos vitam per resipiscentiam obtinere vult, de pectore tuo aquam educet, quę tibi pro altero quodam lavacro sit, ac voluntaria piscina, conscientiam tuam ab inquinamentis expurgans, ut Angelis, quos peccando in moerorem coniecisti, letitię causam prebeat.

S. Laurent. Episc: foris numquam deficit, aqua intus est; ablutio in arbitrio est, remissio in voce est lacrymarum. lacr.

S. Vinc. ferr:

Est optimum flere pro peccatis, quia tanta est virtus talium lacrymarum, quod minima gutta lacrymarum vere contritionis lavat omnia peccata, quantum ad culpas.

S. Tho. a V. N:

O fontem aquæ vivæ, et aquarum viventium puteum; fontem lacrymarum, quo crimen abluitur, macula peccati tollitur, concupiscentiæ ignis extinguitur, facies animæ lavatur.

Imperf:

Facies animæ conscientia intelligitur. proiice ergo abs te avaritiæ sordes, et lava sibi faciem, id est conscientiam tuam.

Justinia:

Vt spiritualiter purificeris, et a delictorum vale as emundare contagiis; intemplum cordis tui ingredere, devotionis gemitus emite. D. Xptom: nihil ita purgat peccata, vt lacrymæ, et pulchram ostendit faciem. in persona Christi ait Nacianc: recipio poenitentes, si lacrymis rigatos videro. San. Eucherius:

Gutta lacrymarum cadit in terram, et venia delictorum descendit de Coelo. lacrymantes veniam non postulant, et merentur; causam non dicunt, et misericordiam consequuntur.

Hist:

In vitis Patrum, refertur; quod S. Antonius magnus fuit

fuit a Monacho quodam interrogatus: quid faciam pro peccatis meis? responderit: qui vult liberari a peccatis, fletu, et planctu liberabitur ab eis.

S. Ephr:

O lacrymarum virtutem, quæ medicinalis officina est peccatorum!

S. Aug:

Habebat lacrymas Petrus, quas pio fundebat affectu: non habebat proditor fletus, quibus culpam ablueret. o felix lacryma! tu peccatorum morbum expellis, virus culpæ evomis! o aqua salutaris, per quam omne peccatum destruitur!

S. Hieron:

Lacryma extinguit infernalem ignem, quem tota aqua non extingueret Occeani.

S. Bernardin:

Humilis lacryma ante conspectum Iudicis non vereris accedere!

Chrisolog:

O quanta vis in lacrymis peccatorum! rigant Cœlum, terram diluunt, extinguunt gehennam; delent in omne facinus, latam divina promulgatione sententiam. hæc est lacryma, quæ paradysum aperit, infernum claudit!

S. Ephren:

Lacrymarum donum, his a Deo, legitur petiisse suspiriis:

Largire mihi indigno famulo tuo, Dne, lacrymas, ut fontes lacrymarum iugiter cum dulcedine, fundam; ut magnum illud delictorum meorum Chirographum, modicis lacrymis deleatur, ignis q ardens ibi, exiguo fletu extinguatur: nam hic, Si peccata mea deflevero, illic inextinguibilem ignem evadam.

S. Greg:

Sunt quidam, qui seculo relinquentes, totum quidem, quod habent, offerunt; sed quia flere non sciunt, seq ex amore ad lacrymas non accendunt, perfectum eorum holocaustum non est; holocaustum quippe (siccum) siccum est bonum opus, quod orationis lacrymę non infundunt; holocaustum vero pingue est, quando hoc, quod bene agitur, corde humili, etiam per lacrymas irrigatur.

S. Cypria;

Cum intueor flentem, sentio innocentem. S. P. Aug: o felix tabula! ô vitalis navicula, per quam naufragus redire potest ad portum salutis! ô aqua salutaris, per quam omne peccatum destruitur! ô via, per quam ad paradysu[m] gradimur!

S. Bonabent:

Spiritum malignum lacrymę necant; quod figuratur per mare rubrum, ut legitur in exodo; ubi sumersus esse farao, et exercitus eius, idest Diabolus, et omnis malignus spiritus.

S. Anton:

Sicut fumus expellit apes; sic amara et lacrymosa compunctio expellit demones, qui circundant animam, sicut apes favum. Abulensis: flebat (Achitophel) ut inclinaret Deu[m] ad misericordia[m]: sciebat enim, se peccasse, et quod propter hoc eveniebant ei mala hec; ideo non pro malis, quę patiebatur, vel sperabat, dolebat: sed ut per lacrymas, Dei furorem leniret, et misereretur eius.

Gilibert: felix, qui satis lavit lectulum cordis; qui sufficienter ploravit;

Cuius completa est tristitia, cuius ad cor consolationes, inspiratio loquitur divina, et convalle plorationis evocat, cuius a furore Judicis non turbatur oculus, ut videre valeat Regem Salomonem tranquillo aspectu.

Oleaster:

Expende virtutem gemituum, qui cogere videntur Deum, ne puniat; ut scilicet, non cesset misericordia eius, quamdiu non cessaverit gemitus tuus.

S. Basil. Seleuc:

Poenitentia poenitentem genuit; homines mutantur; et Deus consilia retractat. O divinam Clementiam! in quantam dignitatem evexit poenitentia; homines lacrymantur, Deus immutatur; lugent mortales, et decretum solvit immortalis.

S. Damian:

Lacrimis impetravit Esther, ut Israeliticum populum Deus de communi periculo perditionis eriperet.

Justinian:

Orandum quoque est cum lacrymis, et gemitu. cum esset, ait Scriptura, Ana amaro animo, oravit ad Dominum, flens largiter, et obtinuit, quod petivit. nemo ad Deum aliquando fliens accessit, qui non, quod postulavit, acceperit. nullus abeo beneficia dolenter optavit, qui non impetraverit. ipse est enim, qui consolatur flentes, dolentes curat, poenitentes informat.

O

O lacryma! tua est potentia, tuum regnum; tribunal Iudicis
non vereris, non est, qui te ad Deum accedere, vetet. si sola
intres, vacua non redibis. quid plura? vincis in-
vincibilem; ligas omnipotentem, inclinas
filium Virginis!
S. Bern:
Non dixit Apostol=
us: non ploret quis, sed; non
oret; quia si ploras obtinebis; effica
tior enim coram Deo est lacryma, quam
lingua; et plus fletibus, quam orationibus, flecti=
tur. S. Ambr: Petrus prorrupit ad lacrymas, nihil voce pre
catus: invenio enim, quod fleverit, non invenio, quid
dixerit. lacrymas eius lego; satisfactionem non
lego.
recte plane. Petrus flevit, et tacuit; quia quod
defleri solet, non solet excusari; et quod defe-
ndi non potest, ablui potest. lavat en=
im lacryma delictum, quod vo=
ce, pudor est confiteri. lacry=
mę ergo verecundię consu=
lunt pariter, et saluti;
nec erubescunt in
petendo, et intra
nt in rogando.
Lacrymę, inquam,
tacite quodam modo pre-
ces sunt; veniam non postulant,
et merentur; causam non dicunt, et mi=
sericordiam consequuntur. S. Eligius: cur
hoc? nisi, quod utiliores sunt preces lacryma=
rum, quam imploratio Sermonum. Hug. Card: Super
posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. exponens, ait: acce-
ptas habuisti, quia libenter respicit Deus lacrymas. de virtute,
quam habent lacrymę apud Deum, S. Ambrosius ait sic: oratio lenit
Lacryma cogit.
Hec est Cisterna Bethlehen, cuius aquas desiderat
verus David.

S. P. August:

Deum ita precatur: succende mentem meam igne illo tuo, quem missisti in terram, et voluisti vehementer accendi, ut sacrificium mentis contribulati, et cordis contriti, obortis lacrymis quotidie offeram tibi.

S. Ant:

Veni Auster, idest, Spiritus Sancte, perfla hortum meum, idest, conscientiam meam, et fluent aromata, idest, lacrymę, quę in conspectu Domini redolent super omnia aromata.

S. Petr. Dami:

Compunctio lacrymarum non solum nos a contagione peccatorum purificat, sed etiam, ut placeant ipsa Deo, bona nostra commendat; omne namq bonorum operum sacrificium in conspectu superni Judicis suavius redditur, si contritę mentis lacrymis aspergatur.

S. Greg:

Sunt quidam, qui seculum relinquentes, totum quidem, quod habent, offerunt, sed quia flere non sciunt, seq ex amore ad lacrimas non accendunt, perfectum eorum holocaustum non est: holocaustum quippe siccum, bonum est opus, quod orationis lacrymę non infundunt; holocaustum vero pingue est, quando hoc, quod bene agitur, corde humili, etiam per lacrymas irrigatur.

S. P. Aug:

Accipite compunctionem, quia sanitas animarum est; remissio peccatorum est, sacrificium spirituale est, quod Deo summe placet. holocaustum medu-

Medullatum est cor peccatoris quotidianis lacrymis rigatum.
Hug. Card:
Hec est probatica Piscina in
qua lavatur hostia, ante
quam Domino offe-
ratur.
S. Gregor:
Quisquis bonum opus agit, sed Omnipotentis Dei amore, atq de
desiderio flere, nescit, holocaustum habet, sed medullam
in holocausto non habet. qui vero bona operatur, et
visioni iam Creatoris sui inhiat, atq ad eterna
contemplationis gaudia pervenire festinat,
seq ipsum ex amore, quo accenditur, in
fletibus mactat,
holocausta Domino medul-
lata dedit.
S. P. Aug:
Compungitur, et tanquam sanguis cordis, fletus
exoritur. sanguis; lacryme sunt, hoc est, san-
guis anime.
S. Maxim:
Videte, quantum
fletus profuerit Petro:
ante quam fleret, lapsus est. po
quam flevit; electus est: et qui antea
prevaricator extitit, post lacrymas Pastor
assumptus est. S. Thom. a V. N: Si ego noctes, di-
esq in exaltanda Magdalena impenderem, nunqu-
am laudem adinvenirem illi similem. dilexit multum.
exquo magis dilecta, eo magis ceteris excelsior, et gloriosior
effecta. Xpiom: imitemur hanc mulierem, quam conspicimus, non
solum caruisse peccatis, sed totum sanc
titatis verticem, pervenisse. Damasc:
Carnalis homo, mentem in
carnis affectu, tamquam in
Coeno defosam gerens, spiri-
tuale veritatis lumen
prospicere nequit.

S. Bern:

Ubi fuerint lacrymæ, ibi accenditur spiritualis ignis, qui illuminat secreta mentis. compunctio mentis, illuminatio est animæ; quia tunc anima illuminatur, quando ad lacrymas compungitur.

Laurent. Episc. Nov:

Et quid est, quod offero? indigens sum; inops sum; nihil habeo in substantia præter lacrymas. ad hoc satis tibi est. scio ego, quod grata sit tibi ista oblatio: non quæris pecuniam, sed exigis pœnitentiam; nec libamina tantum quæris, quantum lacrymis delectaris.

S. Cyprian:

Quoties te in conspectu Domini video suspirantem, Spiritum Sanctum non dubito aspirantem.

S. P. Aug:

Ō Lacryma! mentem purgans, intentionem fœcundans, confessionem irrigans, animam sanctificans! hæc est lacryma, quæ motus illicitos extinguit.

S. Bern:

Nota: Humanum cor, lacrymas nesciens, non modo durum, sed, et impurum esse, necessum sit.

S. Petr. Celest:

Numquam virtutes aut veniunt, aut diu vivunt sine cordis irrigatione; omnis plantatio nostra sine aquâ deficit, omnis sterilitas crescit.

S. Bern:

Lacrymæ ex timore Dei profectæ, in se ipsæ metum, et custodiam cordis habent. quamvis bene, et religiose vivas; quamvis iuste, et debote Deo servias, te tamen moneo, ut numquam desseras lacrymas.

S. Iacli

S. Joan. Clim:

Nihil adeo adiubat humilitatem, quam luctus animę. S.

P. Augustin:

Da mihi evidens signum amoris tui, irriguum lacrymarum fontem iugiter manantem, ut ipsę quoq; lacrymę tuum in me testentur amorem.

Iob. 3.

Post lacrymationem, et fletum, exultationem infundis.

Paul. de Palat.

Profecto mihi res est admiranda: vir Christianus lugens, et in luctu suo, lętus adeo, ut lacrymas suas pro nulla seculari lętitia commutet. fuerunt, inquit, lacrymę meę, panes; lacrymę erant, sed panis etiam erant; luctus erat, sed suavis.

S. Joan. Xpstom:

Bonum est semper flere, maxime autem tempore noctis, quando nullus est, qui hanc mirabilem voluptatem exaudiat.

S. P. Aug:

Dulciores sunt lacrymę orantium, quam gaudia theatrorum.

Historia:

Cesar Monachus Cister. refert sic: Vuilelmus conversus noster moriens, Abbati suo confessus est; se tribus vicibus in die lacrymas fudisse. 1°. ex me=

1° ex memoria peccatorum suorum. 2° ex consideratione Dominicæ passionis. 3° ex desiderio Patriæ coelestis: quicquid enim cogitare poterat, vel noverat de Christi tormentis, mente percurrebat, de quo tantam sensit dulcedinem, ac si favum mellis in ore serbaret.

S. P. Aug:

Fletus refrigerant pectus, et moestum solantur affectum. S. Hieron: quoties egi poenitentiam, toties me consolatus est: unam fudi lacrymam, unam merui consolationem. decem fudi lacrymas, decem merui consolationes. S. P. Aug: sup: lababo per singulas noctes lectum meum, sicait:

Lectus est

hoc loco appellatus, ubi requiescit animus æger, et infirmus, idest, in voluptate corporis, et in omni delectatione seculari constitutus: quam delectationem, lacrymis labat, qui sese ab illa conatur extrahere.

S. Bonab:

Potius flere debet peccator vulnera animæ suæ pro quibus Xptus patit, quam vulnera, quæ Corpus Xpti patitur.

S. P. Aug:

Vulnus iteratum, sanatur tardius; sic lugens, et peccans veniam non meretur. inanis est poenitentia, quam sequens culpa coinquinat. S. Greg: post lavacrum, mundus esse negligit, quisquis post lacrymas, vitæ innocentiam non custodit.

S. Antonin:

Qui plangunt peccata, et tamen non desserunt, sunt similes ei, qui lavat latterem crudum; qui quanto plus lavat, plus luti facit. D. Xptom: secundum peccatoru proportionem sit tibi lacryma. Cessari. Arel: Carnem, quam non possumus suscitare, plangimus; et animam mortuam non plangimus, quam possumus ad statum pristinum rebocare. S. Ludov. Berthr: cur non amarissime fleam, cum non certo sciam, an eterne salutis compos sim futurus?

S. Petr. Pasch:

Qui lugent pro suis, vel aliorum peccatis, quod est ab irriguo inferiori; sed quod fit ab irriguo superiori, est ex dessiderio Coelestis Patrie; ille labat pressentes sordes; hic accendit acrius eternorum amatores.

S. Bern:

Religiosa enim tristitia, aut alienum luget peccatum, aut proprium. beati, quorum luctus in hac intentione versatur, quia consolatoriam in hoc possunt expectare dulcedine. S. Bern: que sunt causa nostri doloris, pro quibus in hac vita mortali ploramus?

Respondeo; propter peccata nostra, et propter miseriam huius mundi, et propter compassionem proximi, et propter dilectionem cælestis premii.

Petr. Blesens: quatuor sunt panes isti, secundum quatuor causas fletus: pro quibus dictum est: beati, qui nunc fletis; flere enim debemus pro peccatis nostris, quomodo flebat David, dicens: lababo per singulas noctes lectum meum. Debemus etiam flere pro peccatis aliorum, sicut Dominus flevit Lazarum, et super Jerusalen. flendum etiam pro exilio, in quo sumus, sicut David: heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! flendum pro dessiderio cælestis Patriæ. sic et ille flebat, qui dixit: super flumina Babilonis ilic sedimus, et flevimus, dum recordaremur tui Sion.

S. P. Aug:

Sunt ne Christiane inte viscera pietatis, qui plangis corpus, a quo recessit anima, et non plangis animam, a qua recessit Deus?

Sim. de Cassia:

Nihil fletus causa, quam spiritualis mors; nihil plangendum ab hominibus, quam peccatum. quid Civitatum excidia? quid exitia Corporum? quid vero mundi huius mala universa crebrescunt, si non incurritur in peccatum? ac si destruerentur ea, quæ virtutibus sunt ini- mica

Inimica? solum peccatum; iustam habet materiam deplorandi.

S. P. Aug:

Deflendi sunt defectus animę, peccatorum mors. S. Hiero:

Nos quoq eos, qui ad seculi mala, et bona, vel contristantur, vel exultant; mulieres appellemus, molli, et effeminato animo.

S. P. Aug:

Nullum habebit accessum cordis compunctio, ubi fuerint immoderata vitia, et concupiscentię malę.

S. Antonin:

Sup. perrexit (idest Sara, Raguel. tob. 3) in superius cubiculum domus suę, et tribus diebus, et tribus noctibus non manducavit, neq bibit; sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam: sic affatur; nota ordinem verborum: in Cenaculu superius primo porrexit, non comedit, neq bibit, in oratione perstitit, lacrymas fudit. qui vult plorare, hoc ordine debet procedere: prius enim a terrenis debet animum elevare, deinde corpus affligere, et in oratione persistere, et lacrymas fundere.

Glosa:

Sup. neque taceat pupilla oculi tui. sic ait: est enim oculus interior qui ad Deum stillat, unde exterior collacrymatur: et tunc fluminis impetus letificat Civitatem Dei; alioquin sterilis est lacryma, quia tacet pupilla. S. Bernardus:

Cum humana mens gratia visitatur, ad Coelum oculos levat, considerans bonitatem, benignitatem, largitatem, longanimitatem, et patientiam Dei: miratur, et compungitur, dulzoratur, et lacrymabiliter lamentatur cum David dicens:

Fuerunt mihi lacrymę męę panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? S. Joan. Climac:

Sepe luctui vero miscentur invise Deo, vanę glorię lacrymę, quod solerter, et pie observa: quemadmodum thesaurus reconditus, minus furto patet, quam is, qui in publico foro extat; ita perinde de luctu, et lacrymis occultis, et appertis cogitandum est.

D. Xptom: illas ergo requiro lacrymas, quę non ostentationi proficiunt, sed compunctioni; quę funduntur occulte, quęque ex illo dolore profluunt, quę intra conscientię thesaurum, et pectoris arcano celantur, quę ex intimo cordis ebulliunt, quę solius Dei oculis offeruntur.

Discurs 21.

De malitia Dæmonis.

S. Bonab:

In Dracone astutia. Dæmones sunt spiritus impuri; humani generis inimici; mente rationales; in nequitia subtiles; cupidi nocendi; per superbiam tumidi; semper in fraude novi; inmutant sensus; inquinant affectus; vigilantes turbant; dormientes per somnia inquietant; morbos inferunt; tempestates concitant; in lucis Angelum se transformant; semper infernum secum portant; In Idolis sibi, cultum divinum usurpant; super bonos dominari appetunt; bonis ad exercitium dantur; semper fini hominis insidiantur.

D. Xpiom:

Putredine saciantur, deliciantur foetore, quibus tota voluntas est, homines interire: attendite, quę sevitia, quis furor, quę rabies Dæmonum erga hominum genus: contenti non sunt, mori homines, sed vivos homines gestiunt sepelire: se sepulchris mandant, ut homines redigant in sepulchrum.

Dionys. Carth:

Tanta enim est invidia, impietas q Diaboli, ut perdi se reputet, si ab hominibus expelatur.

S. Chrisolog:

Diabolus non querit hominem, sed hominis interitum querit. ille malis nostris gaudet; surgit ruinis nostris; nostris vulneribus convalescit; nostrum sanguinem sitit; nostra saturatur ex carne. Glosa: torquentur Demones dum de corporibus eiciuntur, in quorum tortura delectabantur.

S. Petr. Damian:

Adsunt invisibiles inimici, qui adversum te nunquam desistunt fortiter dimicare.

Justinian:

Ad tentationum pugnas, animas preparemus; et intelligamus, quia quanto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tanto vehementius ab adversariis impetemur.

Poeta:

Corpore magnanimo satis est postrasse Leoni.
Pluribus intentus, minor est ad singula sensus.

S. Petr. Crysolog:

Tentatio est species fallens; que prospera in adversis, adversa occultat in prosperis, humanamq ignorantiam dolosos inducit in lapsus. Auth. Imperf: Diabolus dessiderium uniuscuiusq considerat, et secundum quod viderit hominem dessiderantem aliquid, exeo accipit occasionem tentandi.

S. Bern: non intrat sagitta Diaboli ad interiora mentis, nisi per sensus Corporis. S. Pat. August

S. P. Aug:

Internas animi cogitationes, Diabolum non videre, certi sumus, sed motibus adeas corporis ab illo, et affectionum indiciis, colligi, experimento didicimus: secreta autem cordis solus ille novit, ad quem dicitur: tu solus nosti corda filiorum hominum. non omnes male cogitationes nostre semper ab illo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrii motu tm erguint. multi dicunt, quomodo possumus vincere Diabolum, quem non videmus? ibi ergo vincuntur inimice nobis invisibiles potestates, ubi vincuntur visibiles cupiditates; et si Deo, qui in nobis ipsis vincimus temporalium rerum cupiditates; necesse est, ut in nobis ipsis vincamus et illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. tantum permittitur illi tentare, quantum tibi prodest, ut exercearis; ut proberis.

S. Joan. Climac:

Quales nos Demones deprehendunt, tales, et ipsi erga nos se gerunt; et quales in nobis cogitationes reperiunt, tales ipsi imagines, et formas in nobis subiiciunt.

Didac. Stel:

Maxima omnium tentationum est, nullam pati tentationem.

Idem:

Navis maius periculum patitur, eo tempore, quo mare

Est tranquillum, quam tempore tempestatis; nam tempestatis tempore multa sunt remedia, nullum autem tempore tranquillitatis.

S. Hieron:

Tunc maxime impugnaris, si te impugnari nescis: adversarius noster tanquam Leo rugiens aliquem devorare quærens, circuit; et tu pacem putas?

S. Cypri:

Plus cavendus est inimicus cum latenter obrrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit.

S. P. Aug:

Facit hostis securos, quos cupit esse captivos.

Didac. Stel:

quando viceris; tunc timidior debes esse, et expergefactus; nam iterum redit Demon preliaturus tecum; multoties contingit (ut pote sagacissimus, ut se sinat vinci, ut postea, melius vincat.

Justinian;

Nulla cum inimicis spiritualibus pax firmanda est; semper mentiuntur, et absq. rubore laqueos tendunt. sui enim confussiones parvipendunt, dummodo ad peccati consensum animas trahere valeant.

Cassiodor:

Graviores insidias adversarii tunc subimus, quando Dei dona suscipimus.

S. Hiero:

Quid prodest tenuare abstinentia corpus, si animus intumescat

superbia? quam laudem merebitur de pallore ieiunii, si invidia lividi sumus? quid virtutis habet, vinum non bibere, et ira, atq odio inebriari?

Iustinian:

Ad tentationum pugnas, animas preparemus, et intelligamus, quia quanto studiosi ubres pro nostra salute fuerimus tanto vehementius ab adversariis impetemur.

S. Isidor:

Novi ego a quo sit permissus; Diabolo tribuatur nocendi voluntas, Dño meo probandi potestas.

Div. Petr. Crisolog: Cavendos esse Demones, non timendos.

S. Hieron:

De consensu nostro vires sumit, nostroq nos iugulat gladio. S. Isidor: qui sugestiones Diaboli non recipit, in eius insidias minime transit. S. Bern: Demonum est, malas cogitationes sugerere, nostrum est, illico eas repelere; nam in animo nostro eas iacere, nostre attinet voluntati; et proprie deputatur culpe.

S. Aug.

Beati qui nascentes cupiditates ante quam robur accipiant, allidunt; sic enim facilius vincunt.

S. Greg: si tentationi in corde nascenti, festine non resistitur, hec eadem, quia nutritur mora, roboratur. S. Bern: dic mihi, si aliquid timet Diabolus? fratres amabilis, nihil est, quod tantum timeat, quantum concordiam, et Charitatem: nam si totum, quod habemus, damus propter Deum; hoc Diabolus non timet, quia ipse nihil habet: si ieiunamus, hoc non timet, quia ipse numquam comedit: si vigilamus, hoc Diabolus non timet, quia ipse numquam dormit: sed si charitatem, et concordiam tenemus, hoc Diabolus vehementer timet: quare? quia hoc tenemus in terra, quod ipse in Coelo tenere noluit.

Hug. Card:

Suppone, quod Diabolus habet duas vias ad intrandum ad homines: una via est ad Jerusalen, idest ad Clericos, et Religiosos: alia tendit ad Rabbat; idest, ad Laicos: utrosque enim Diabolus nititur subvertere.

S. Bernar:

Resistat ergo, ne moriatur; pugnet, ut coronetur; molesta est lucta, sed fructuosa; quia si habet poenam, habebit, et coronam. Ric. a S. Vict: Dns sacrum eloquium condidit, in quo argumenta Demonum detegit, et remedia, quibus ei ovietur, opponit. quot enim tentationum eius possunt esse argumenta, tot in Scriptura hec reperiuntur documenta. Scripture documenta, et testimonia, propugnacula sunt, quibus se munit, et tuetur. Caietan: discamus hic omnes, arma nostra esse Sacras Scripturas. S. Bern: Oratio superat tela Diaboli. oratio est virtus contra tentationum incursus.

Discurs 22.

De Missæ Sacrificio.

S. Bonau.

Missa tam plena est misteriis, sicut mare guttis, sicut Sol atomis, sicut firmamentum Stellis, sicut Coelum Impireum Ange-lis. S. Franc: videte dignitatem vestram fratres Sacer-dotes, et estote sancti, quia ipse sanctus est, et sicut super omnes propter hoc misterium honora-vit nos Dns Deus, ita et vos propter hoc mi-sterium diligite eum, revereamini, et hono-rate. Magna miseria, et mise-randa infirmitas, quando ipsum sic præsentem habentis, vos aliquid aliud in toto mundo curatis.

Totus homo paveat, totus mundus contremiscat, et Coelum exultet, quando super altare in ma-nibus Sacerdotis est Christus filius Dei. O admiranda altitudo! O stupenda dignatio! O sublimitas humilis, quod Dns universitatis, Deus, et Dei filius sic se humi-liat, ut pro nostra salu-te sub modica pa-nis formula se abscondat!

S. Greg.

Hæc victima singulariter ab interitu æterno animam serbat.

Historia:

Dæmon deprehensus a Beata Juliana, inter alia, quæ sibi confessus est, dixit: quia tunc a Christianis maxime elongabatur, quando misterium Dominici corporis agebatur.

Alia histor:

Superat omnem admirationem, quod, de Guidone de Lachia memorat Bernardus Lucemburgicus in Catalogo hæreticorum.

Hunc in Episcopatu Brixiensi, ita simulasse sanctitatem, ut pro altero Joanne Baptista a Populo haberetur, sepultus itaq; fuit honorifice. post mortem, certis testimoniis Inquisitores deprehenderunt, hæreticum esse. quare de consilio Episcopi, et aliorum prudentium Assessorum, sententiam tulerunt, Cadaver exhumandum, comburendumq; exhumatur, astante populo, ossa pro[illegible] iiciuntur in ignem; sed ecce sibi statim Dæm[illegible] [illegible]ones (qui nullicer[illegible] nebantur) ex ro[illegible] [illegible]go[illegible] [illegible]
Et in aëre suspensa tenent. inde nata in Populo indignatione, exclamat: occidatur Episcopus, et Monachi, qui stimulati livore ossa Sancti viri comburere, conati sunt. quid cessamus? Deus id sibi non placere, demonstrat. eximiat Episcopus; sed Inquisitores eum adortati sunt, ut ad Missam celebrandam se accingeret. Deum potius miraculum facturum;

Quam fidei causam sin diu in periculo versari, ubi ventum est ad corpo-
ris Dominici elevationem, Demones in aere clamare cepe-
runt: O Guido de Lachia nos defendimus te, quantum
potuimus; sed modo non plus possumus; quia adest
maior nobis. Confestim, Ossa in
rogum recidere, et incendio
in cinere redacta fuere.

Math: 6:

Primum querite Regnum
Dei, et iustitiam eius, et
hec omnia adiici-
entur vobis.

Discip:

Qui Missam audivit, prosperabitur in illa die in laboribus, in arti-
ficio, in emptionibus, in peregrinationibus; et Dominus
confortat eum in corpore, et anima: si contingeret te
in illo die, quo Missam audisti, mori, tunc Xpus
presens erit tibi in extremis; et vult tibi ast-
are, sicut tu presens fuisti, et sibi astitisti,
Missam audiendo.

Angeli delectabiliter morantur
cum illo homine, et solicite
eum custodiunt, qui ipse
se fecit socium ipsor-
um in assistendo,
et laudando Regem
Regem Angelorum.

Non erit pauperior anno
elapso etiam si quotidie
diu audiverit Missam.

[illegible]

Si ditissimus non es, in negligentia tua factum est.

S. Bernardini.

Primus fructus est, peccatorum remissio. secundus ab eterna morte sa-
lvatio. tertius, salutis eterne participatio. S. Ambr. digni-
tas est, servum esse potentis.

S. Athanas.

Sup. sursum corda, iam habemus ad Dominum. sic ait:
quid vero adhuc respondemus ipsi? habemus ad
Dnm. quid ais? quid agis? alius mens corrup-
tibilia, temporaliaq. errans cogitat? de
pecunia augenda, de voluptatibus,
de prosequendis litibus cogitas,
et audes dicere, habemus ad
Dominum?
Vide, queso, nunc, an ani-
mum sursum ad Deum
habeas, an ad Diabo-
lum potius vel?
magna omnino miser-
ia, magna socordia nostra
est; nam cum in omni orationis,
ac deprecationis genere, intentos nos,
ardentesq. esse oportet, tunc vero, vel maxi
me in illa divinorum appetatione misteriorum
et in huiusmodi synaxi, cum timore, ac tremore as-
sistamus Domino.

Nunc autem, neq. pura oratione, neq. contritis mentibus, sen-
sibusq. offerentes ultimum, lites, causas, resq. vanissi-
mas, his in conventibus agitamus.

Div. Xptom.

Nescis, quod cum Angelis stas, cum illis can-
tas, cum illis hymnos dicis, et stas ridens?
O audaciam! Colasqui-

Oleast:

Qui Deo summo est litaturus, opportet eum mundari intus, et extra. adumbrat locus iste examem, quod quisq. facere tenetur, cum ingreditur Domum Dei, et non nisi lotus ingrediatur; sed timendum valde est, ut Augustinus notavit, ne maculas a corpore extergas, et laves, non autem amente.

Origenes:

Certum est, quia ubi mors Xpti animo circunfertur, nequit regnare peccatum; est enim tanta vis Crucis Christi, ut si illa ante oculos ponat Nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, sed continuo adeius presentiam totus ille peccati carnis fugatur exercitus. Ludov. Blos: non sum dignus qui oculos obertam huic sacre, et spirituali mensæ, in qua unigenitus filius tuus, et Dns noster Jesus christus, mihi, qui peccator sum, et omnibus maculis labefactatus, mystice proponitur in saccrificium.

Proinde hanc orationem, et gratiarum actionem tibi offero, ut mihi Spiritus Paracletus mittatur, fortificans, et instaurans me ad hanc Missam.

Damascen:

Ad nostram conserbationem tendit, atq omne incommodum propulsat, eamq vim habet, ut spurtitiem omnem abstergat.

S. Anast:

Qua ergo conscientia, quo animo, quid denique cogitans ad illa venis mysteria?

Seneca:

Numquam nos verecundiores esse debere, quam cum de Diis agitur. si intramus templa, compossiti sumus; si ad Saccrificium accessuri, vultum submittimus, togam adducimus; si in omne argumentum modestia fungimur, quanto hoc facere debemus, cum de Sideribus, de Stellis, de Deorum natura disputamus.

Apostoli:

Stemus erecti, cum metu, et tremore ad offerendum.

Diu Xptom:

Quomodo veniam postulabis tuorum delictorum? quomodo ad misericordiam Dominum inflectes, qui usq adeo contemptim offers precationem? centum, et sexaginta horas habenti in hebdomada; unam, et solam horã sibi segregavit Deus, et hanc in opera secularia, et ridicula, et conveniticula insumis.

Discurs. 23.

De operibus misericordiæ.

S. Luc. Cap. 6:

Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est. Div. Xprom: Nihil nos usq. ad similitudinem Dei sic effert, atq. extollit, quem admodum libera, benefica, et copiosa collatio. S. Leo: ubi curam misericordiæ invenit, ibi imaginem suæ pietatis agnoscit.

Damascen:

Misericordiam, definitur, esse alienæ miseriæ in corde nostro compassionem, qua utiq. si possumus illi subenire compellimur.

S. Thom:

Tanto aliqua virtus est melior, quanto facit hominem Deo similiorem; quia per hoc melior est homo, quod Deo est similior; at hoc maxime facit misericordia, quia de Deo dicitur in Psalmo; quia miserationes eius super omnia opera eius.

Eccles. 7:

Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim dilectione firmaveris.

S. Ambros:

Omnis summa disciplinæ in misericordia, et pietate est. S. P. Aug: demus usuram, sed Deo, non homini. ei demus, qui abundat. ei demus, qui dedit, quod

Quod demus. et pro modicis rebus, pro fribolis, pro mortalibus, pro putribilibus, pro terrenis, æterna sine fine manentia. quid multa dicturus sum? se promittit, qui promittit. Siam-as illum, eme illum, ab illo; et ut noveris te ipsi dare, audi illum dicentem: esurivi, et ded-istis mihi manducare.

S. Cypria:

Quid potuit maius nobis Christus edicere, quomodo potuit magis justitiæ, ac misericordiæ nos-træ operam probocare, quam, quod præstari id sibi dixit, quicquid egenti præstatur.

Salmeron:

Cogita apud te, quid faceres, si res in manu tua deficerent, ac perirent, in manu vero aliena conservarentur: profecto si saperes, omnia in manu illius reponeres. in hunc vere modum, cum omnia temporalia bona in manibus nostris marcescant, ac corrumpantur; solæ manus pauperum, quæ Christi sunt, illa incorrupta, atque intacta fideliter serbant, magnaque retributio remunerantur in Coelis. unde scitum est, et elegans mercatoris cuiusdam responsum: qui cum millia multa aureorum haberet in bonis, quæreretur q ex Rege de summa pecuniarum? respondit: se præter mille aureos non habere:

Cunq; Rex putaret sibi dari verba, admiraretur q; responsum, adie cit Mercator:

Mille aureos in pauperum usum propter Deum erogavi, et eos tantum meos esse existimo; qui extra omnem aleam fortunæ sunt positi. reliqua bona, et voluntati ruæ, et direptioni furum, et fortunæ casibus exposita pro meis non agnoscô.

Osee. 6:

Misericordiam volo, et non Saccrificium.

S. Antonin:

Misericordia etiam tua debet esse triplex circa proximum. si in te peccaverit, ei dimitte. si a via veritatis erraverit, instrue, si esurierit, refice. Glosa: omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia, et pietate est, sed

Disciplina christiana continet omnem virtutem: ergo summa totius virtutis in misericordia consistit. Salmeron: Dedisse Deo, accepisse est. S. P. Aug: eleëmosina cordis, multo maior, quam eleëmosina Corporis.

Belovac; sic refert historiam: in Vitis Patrum legitur; quod cum Abbas Murtius esset gentilis, et Princeps Latronum, et veller

spoliare domum Virginis sacrę, ad visionem Iudicis convertitur. hic multa cura sepeliebat Christianos, et vestibus aptabat, quos pr-imo consueverat occidere, et spoliare: qui ex hoc factus est Princeps Monachorum. cum autem mortuum sepeliret, ait ei discipulus suus: utrum Pater, cum tanta diligentia me sepelies? cui respondit: et hoc faciam. cum autem, eum mor-tuum sepeliret, diligenter clama-vit, quereris a mortuo, si suf-ficeret ei? qui respondit, sufficit, implesti pro-missum. hic summę perfectionis ex hoc factus est, et post mul-ta miracula, quievit in pace.

Div. Xptom: Petit Deus, sed tibi, non sibi; humanam petit misericordi-am, ut largiatur divinam. Isai. Cap. 58: cum effuderis esurienti an-imam tuam, et animam afflictam repleveris, orietur in tenebr-is lux tua, et tenebrę tuę erunt sicut meridies, et requiem tibi dabit Dominus semper, et impleverit splendor-ibus animam tuam. S. P. Aug: ostendam sane, quomodo Dns possit inveniri, aut cognosci, si tamen est animus videntis. si vis videre Dominum, require mendicum, respi-ce ad pauperem, suscipe peregri-num, vissita imfirmum, curre ad carcerem. si vis videre Deum, vincula captivi tatis absolve, nodos iniquitatis incide.

Historia.

Bellovac. narrat sic: In vitis Patrum legitur. quidam frater interrogavit Abbatem; cuius magis esset meritum, an fratris, qui ieiunat per sex dies in septimana, et multum laborat, an illius, qui servit infirmantibus? cui respondit Senex: quod si ille, qui ieiunat sex dies suspenderet se per nares; non ita placeret Deo, ut servitium servientis.

S. Anselm:

Benignitas est quidam serenitas animi, qua aliquis hilariter loquitur, et sua tribuit pro Deo.

Salom:

Alii dividunt propria, et ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt.

Cessarius:

De Abbate Monasterii cuiusdam refert, quod dum expensas ab antecessore suo propter hospitalitatem factas, reformare, et diminuere vellet; monasterii facultates, etiam hac eius tenacitate, et parsimonia non obstante, semper magis, magisque defecerint: imo in brebi ad tantam devenerunt paupertatem, ut vix haberent, quod manducarent. die quadam vir quidam venerandæ canitiei venit ad portarium, et quæsivit hospitium, quem ille clanculo, et cum timore collegit, atque hospitalitatem pro tempore, et posse exhibens adiecit:

Non te scandalizare debet bone Vir, quod tan negligenter te curo, quia necessitas in causa est. aliquando vidi tale monasterium, ut si venisset Episcopus, cum magna Charitate, et abundantia fuisset susceptus. respondit ille: duo fratres expulsi sunt de monasterio isto, et nisi illi duo fuerint reversi, numquam bonus erit status eius. unus eorum vocatur, date, et dabitur vobis, alter vocabitur. sic q ab oculis eius recessit. Portarius nomina eorum rettinuit, et Abbati, et fratribus audita recitavit. resumpta est hospitalitas, et cepit eis mox Dns benedicere, sicut prius.

Prov. Cap. 22: qui pronus est ad misericordiam, honorem acquirit.

Lyra:

Sup. tota die miseretur, et commodat. sicait: miseretur, quantum ad actum pietatis interiorem: et commodat, quantum ad affectum exteriorem; et hoc de bonis a Deo sibi collatis; et semen illius in benedictione erit, idest, in abundantia sufficienti bonorum spiritualium, et temporalium.

Prov. Cap. 15: per misericordiam purgantur peccata.

S. Bonab:

Misericordia liberat a peccato, resolvendo vincula culpæ. in 16 Prov: misericordia, et virtute redimitur iniquitas: ita timore Dei declinat omnis a malo. homo enim, qui vendidit animam suam Diabolo per iniquitatem, potest animam redimere per misericordiam.

Hugo Card:

Redimitur, id est, remittitur iniquitas, id est, peccatum, et quo ad culpam, et quo ad penam, misericordia, id est, operibus misericordiæ exhibitis proximo.

S. P. Aug:

Rogas me pro misericordia mea, noli esse piger in misericordia tua? attende, quod Scriptura dicit; misericordiam volo, magis, quam Saccrificium. noli offerre saccrificium sine misericordia, quia non remittuntur tibi peccata tua, nisi offeras cum misericordia. Idem ait: duo sunt opera misericordiæ, quæ nos liberant; quæ brebiter ipse Dñs posuit in Evãgelio, dicens: dimittite, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis. dimittite, et dimittetur vobis, ad ignoscendum pertinet: date, et dabitur vobis, ad prestandum beneficium pertinet. multa genera sunt miserationum, quæ cum facimus, adiuvamur, ut dimittantur nobis nostra peccata.

Sed nihil est maius, quae ex corde dimittimus, quod quisq; peccavit, non solum enim, qui dat esurienti Cibum, sitienti, potum, nudo, vestimentum, peregrinantibus, hospitium, et caetera huiusmodi: verum etiam, qui dat veniam peccanti, eleëmosinam dat.

S. Ambr:

Esto misericors, ut invulnerabilis maneas, vel curare te possis si fueris vulneratus. Hugo Card:

Qui pronus est ad misericordiam benedicetur, et victoriam acquiret, S. Bernardinus: in die mala liberabit hominem misericordem quia dabit ei tempus, et lumen ad veram contritionem.

S. P. Aug:

Parva putatis opera misericordię? attendite istam sententiam ex Saccra Scriptura depromtam: Juditium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: sine misericordia iudicabitur, qui misericordiam non fecit, ante quam iudicaretur. quid deinde sequitur? superexaltat misericordia Juditium; idest, superimponitur misericordia Juditio, in quo inventum fuerit opus misericordię; et si habuerit forte in Juditio aliquod, quod puniatur, tanquam unda misericordię peccati ignis extinguitur.

Div. Chrisost:

Misericordiam nescit, divinus ignis exurere; faciat ergo misericordiam qui vult gehennę incendium non timere. deniq. veniens Christus, ante de misericordia disputat, quam iudicet de reatu. cum sederit, ait, super thronum glorię suę dixit: occidistis, furtum fecistis: sed esurivi ego, & non dedistis mihi manducare. de crimine non prestabit causas, cui de misericordię causa constabit. quare? quia date eleëmosinam, et ecce omnia munda sunt vobis. Non iudicabitur de culpa, cui de largitate laus defertur a Judice; vindictam non exigit, humanitatis debitum, quia fatetur.

S. Hieron: non memini, me legisse, mala morte mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit. S. P. Aug: amate misericordiam, quia numquam vidi pium hominem mala morte finiri. Exercete misericordiam: non est aliud vinculum, non est aliud vehiculum, quo perducamur in hac vita ad illam patriam.

S. Bonab:

Aquila liberalissima est. Sic igitur anima misericors communicet substantiam suam indigentibus, sicut Aquila escam suam Avibus. adducitque textum Apocalypticum: datæ sunt mulieri duæ alæ Aquilæ magnæ: per quas alas, duplex misericordia designatur: quarum una ex septem operibus spiritualibus constat; quæ ala sex pennas habet, de quibus sequens versus ait, ait:

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

alia ex sex operibus misericordiæ corporalibus, quæ sex pennis constat, de quibus dicitur:

Esurivi, et dedistis mihi manducare. septima tamen additur in Tobia, scilicet, sepelire mortuos, unde versus ait:

Colligo, poto, cibo, visito, redimo, tego, condo.

S. P. Aug:

Misericordia, mater nostra sit; nam qui esurientem pane verbi reficit; qui sitientem potu sapientiæ refrigerat, qui errantem in domo Patris revocat; qui innocentem protegit; qui infirmum fide, et patientia instruit; qui in tribulatione, oppressis consolando, vel compatiendo subvenit, hic verus pius est, verus misericors est, et verus amicus Dei est, nec eum mala morte periturum, aliquis dicere audeat.

Idem:

Prebe tectum, et accipe Cœlum: prebe calicem aquæ frigidæ, et accipe torrentem voluptatis æternæ.

S. Bonab:

Ecce non gratis pauperi eleemosinam dedisti, sed hospicium æternum tibi conduxisti.

Ad Colos. 3:

Induite vos, sicut electi Dei sancti, et dilecti, viscera misericordiæ.

S. Leo:

Iubatur conserbus, et gratiam refert Dominus: largitor temporalium, heres efficitur æternorum. S. Maximus: talem te miseris presta, qualem in te Deum esse velles: ut enim audimus, sic a Domino audiemur.

Tob. 4:

Ex substantia tua fac eleemosinam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut neque avertatur a te facies Dni.

Glosa:

De nullo alio sic vincitur Diabolus, sicut de misericordia.

S. Bern:

Gravis nobis est inimici tentatio; sed longe gravior illi oratio nostra. lędit nos iniquitas eius, atque versutia; sed multo amplius eum, nostra misericordia torquet. Paul. de Palat. sup. non te pigeat visitare infirmum. sic ait: non facile a Demonio vincetur, qui imfirmos vissitare contendit.

Glosa:

Magis valet eleëmosina contra iacula inimici, quam arma terrena, quia hec dubiam, illa certissimam parat victoriam. Malach. 2: nunquid non Pater unus omnium nostrum? nunquid non Deus unus creavit nos? quare ergo despicit unusquisq; nostrum fratrem suum?

Belovac:

Multa, et magna acquirit homo misericors, qui pro omni misericordia proximorum, quibus pie subvenit, vel pio corde compatit meretur. attende, quanta sit sapientia Dño foenerari: ipse enim fideliter solvit usuras;

In manu sua reponitur, quod Dei cum foenore commodatur. solvit etiam abundanter, quia pro quolibet obulo, plusquam centies millies mille marcas. O terreni, et cupidi filii Adam, quare no advertitis? quare non negotiamini? quare non prestatis ad tantas usuras sine peccato, et pro infallibili lucro? iustus ait Psalmista; miseretur, et tribuet, idest, animo indigentibus tribuet.

Ad Rom. 12:

Qui tribuit in simplicitate, qui miseretur in hilaritate.

S. Anselm:

Qui tribuit de suo aliis in simplicitate, fit membrum eorum, idest,

Si nihil reppetat ab illis, quibus dedit, sed tantum a Deo, remunerator est omnium bonorum: qui tribuit indigentibus, in simplicitate cordis hoc faciat, id est, ne videatur manibus benefacere indigentibus, et laudem quærat ab hominibus. Math. 6: attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, et videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Coelis est: cum facis eleëmosinam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt, ut honorificentur ab hominibus.

S. Thom:

Tuba canere, est pompam vanæ laudis appetere.

Raban:

Ante se tuba canit, qui ante alios vult laudari. S. Anselm: faciat hoc in simplicitate supernæ intentionis, non in duplicitate præsentis, et futuræ gloriæ.

Charthusian:

In simplici intentione, videlicet ad gloriam Dei, non propter laudem humanam. S. P. Aug: misericordia qua homini subvenitur, si propter Deum non fit, non est saccrificium.

S. Bern:

Vera misericordia non respicit admiseri dignitatem, sed indigentiam relevandam: agit, quod sui iuris est; non quærens, quod mereatur; accipiens non in meritum,

sed

sed in miserum tendit; non quid possit accipere, et quid, et cui possit impendere, intuetur, solaris enim lux, cum infunditur, non considerat corporum mundas, et inmundas varias qualitates; sed differenter obiecta illuminat, eo plus, et minus, quæ sunt apta receptui. Carthus: sup. Iucundus homo, qui miseretur. sic ait: in hilaritate cordis hoc faciat, ne suo mœrore miserum magis affligat. unde de quibusdam scriptum est: consolatores onerosi omnes vos. Salmeron: hilaritas splendor quidam est misericordiæ tum mœrenti, tum misero necessaria est. dare enim, et abalienare a se, quod suum est, tristitiam suapte natura parit; at hæc misericordia, virtutis nomen non obtinebit nisi illa ægritudine expulsa hilaretur animus: miser vero cum egestas semper pauperem affligat, tunc maxime recreatur, quando collatum fuerit beneficium, cum alacritatis gratia; nam qui oculis adversis, aut fronte corrugata, et subductis superciliis aliquid dat gratiam virtutis amisit. Idem: sup. qui miseretur in hilaritate. ait. est etiam ornamentum misericordiæ, celeritas, nam qui cito dat, bis dat.

Prov. 28 =

Prov. Cap. 28:

Noli prohibere benefacere eum, qui potest; si vales, et ipse benefac. ne dicas amico tuo, vade, et revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare. S. P. Aug: supplicem nullum spernas, et cui dare non potes, quod poteris, non eum spernas. si potes dare, da; si non potes, affabilem te presta. coronat Deus intus vluntatem, ubi non invenit facultatem: nemo dicat, non habeo; Charitas non de sacculo erogatur.

S. Ant. de Pad:

Sup. Eleemosinam pauperis ne defraudes. sicait: ne defraudes, cum fraus sit inalienare, iuxta illud; aliena rapere convincitur, qui sibi ultra necessaria retinent. S. Vic. Ferr:

Misericordia Dei erga nos, est ita magna, et copiosa, quod quicquit facit, quicquid habet, quicquid est in Cœlo, et in terra, et etiam est In elementis, omnia dat nobis liberaliter, etiam seipsum. Grisolo:

in Cœlo prima est esurientis annona; prima stipendia pauperis tractantur in Cœlo. quod Abel passus sit, quod servavit mundum Noe; quod Abrahan fidem suscepit; quod Moyses legem tulit; quod Petrus

Petrus Crucem resupinus ascendit, Deus tacet; et hoc clamat solum, quod comedit pauper.

S. Hieron:

Plus dat pauper, quam accipit: nos damus panem, qui in ipsa die consumitur, ille pro pane reddet nobis regna Coelorum. S. Hieron: que nam Christianitas, que nam religio hec abundare deliciis, estuare divitiis, et videre Christum in paupere famescentem, et nolle cibare? S. Aug: super frange esurienti panem tuum. sic ait:

non dixerat, ut integrum daret; cum forte pauper ille alium non haberet; sed frange, ait, hoc est dicere, etiam si tanta paupertas tibi est, ut non habeas, nisi unum panem, ex ipso tamen frange, et pauperi tribue.

Abulens:

Inopia vestis est maior, quam aliarum rerum propter duo: 1º. propter intemperiem aëris arcendam, et est ad hoc directa. 2º. quia est necessaria ad tegenda verenda, quia inde cens iudicatur hominem nudum esse.

Ex hoc patet, quod est magnum opus misericordiæ, quia qui nudum vestit, non solum illi miseretur, sed et toto generi humano; Cum caro humana generaliter contemnatur, quando aliquis nudus est. et hoc patet, quod non ait, et carnem illius, ne despexeris, sed carnem tuam; quasi dicat: carnem tuam contemnis, cum

Cum nudum hominem dimittis; omnium ergo miseretur, qui nud-
um vestit.

S. Basili:

Quid miser Judici respondebis? parietes vestis, hominem
non vestis; Equos phaleris ornas, fratrem tuum laceris
amictum pannis aspernas?

S. P. Aug:

Si in ignem mittetur, qui nudum non vestit, ubi
mittendus est, qui vestitum expoliat? S.

Basilius:

Si quis hominem vestem detrahit, fur
est, qui nudum non induit, cum pos-
sit, alio ne nomine apellari
debet?

Math. Cap. 25:

In carcere eram, et venistis ad me. Estius: Sensus est; eo affectu fra-
tribus, qui sunt in vinculis compatimini, et subvenite, ac
si vos pariter vincti estis, vos ipsos in illis cogitate; secun-
dum illud: si quid patitur unum membrum, co-
mpatiuntur omnia membra. S. Anselm: ita
iugiter de eis cogitare, et eis compatimini, et su-
benite, ac si essetis vincti cum eis: et sicut
vobis vinctis, velletis subveniri, ita il-
lis subvenire studere.

Historia:

In Annalibus Ecclesiast. de Leone Capad-
ociæ Monacho, legitur, quod sepius
suis hec Verba replicare solitus
fuerit: credi-te mihi, quia re-
gnare habeo. cui cum Sod-
ales eius, responderent,

Nullus ex Capadocia unquam regnavit, importunam habes istam cogitationem; ipse vero illorum verbis minime aquiescens, iterato repetit, dicens: veraciter filii, regnare habeo. hancautem eius predictionem, veracem fuisse, sequens probavit eventus.

Nam cum venisset Macizes, Barbarorum Dux, et universam Provinciam illam devastasset, Monachos plurimos occiderunt, plurimosque captivos duxerunt in Eremum. Leo vero exiit, ubi erant barbari, oravitque illos dicens: accipite me cum octo numismatibus, et tres illos dimittite, qui infirmi sunt, neque pergere in Eremum possunt, nam insufficiens eos, et detrimentum patiemini: ego vero sanus sum, et serviam vobis. acceperunt eum et dimisserunt alios tres. Abiit ergo Abbas Leo usque ad quendam locum; et cum pre debilitate pergere non posset ultra, decollaverunt eum, implevitque Scripturam dicentem: ut quis ponat animam suam pro amicis suis, maiorem hanc dilectionem nemo habet;

Cognovimus ergo, quid erat, quod dixerat: Regnare habeo.

S. Ambros:

Visitat Deus in carcere positum, qui seipsum cum suis in carcere inclusum memoravit. Sicut habes scriptum: in carcere eram, et non venistis ad me.

Math. Cap. 25: infirmus eram, et non visitastis me.

Abulens: visitare, de sua primaria significatione importat frequenter visitare; nam cum ægri plurimas molestias tolerent, opus est, ut alii colloquantur eis; quia per alloqutionem consolantur. et ideo ait Aristot. valde mali non possunt apud seipsos manere, quia cogitatio malorum preteritorum affligit eos, et cum sunt cum aliis consolantur.

2°: quia visus assistentium, et maxime amicorum consolabilis est, et diminuit aliquid de malo. 3°. quia illi ex colloquio dant bonam spem, ægro, et faciunt illum oblivisci aliqualiter malorum, quæ patitur, et minus iudicat, esse quod patitur, et oppinio tollit multum de afflictione ægri.

Ad thesal. 5:

Consolamini pusilanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Abulens: necesse est, quod omnia, quæ pertinent ad relevationem ægri, accipiantur nomine visitationis,

Est ergo ei necessaria vissio, et alloquutio propter consolationem. necessaria est etiam administratio, scilicet, quia imfirmus nequit sibi ipsi ministrari.

S. Greg:

Eos inter flagella roboramus, cum eorum doloris vim verbis mittibus lenimus.

Nacianc: eos, qui ęgrotantibus assistunt, et propter Deū serviunt, singulari Dei munere, ab imfirmitatibus, etiam contagiosis non infici. in vita S. Mag. Avilę legitur:

quod, cum pedes cuiusdam pauperis lavisset, volens se ad eosdem osculandos inclinare, viderit in pedibus vulnus quoddam luminosissimum, et dum se erigens pauperem in facie suspiceret, eundem sibi dicentem, audivit: mihi fit, ô Ioannes, quod ex amore mei pauperibus ero gatur.

S. Pet. Dam:

Valde formidandum est, quod in Deuteron. Cap. 23. per Moisem Isrraelitico populo scriptum est: Ammonites, et Moabites, etiam post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiam Dni in ęternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane, et aqua in via, quando egressi estis de Egipto: nam si gentes illę, leges utiq non habentes, ideirco ab Ecclesia irrebocabiliter

Excluduntur, quoniam inimicis etiam suis per humanitatis officium occurrere neglexerunt; quam terribili sententia digni sunt, qui viscera sua ab indigentibus proximis claudunt, qui Charitatem fratribus non impendunt.

Alcuino:

Qui facit misericordiam, offert Salutis Sacrificium Deo placabile.

S. Greg:

Admonendi sunt, qui sua misericorditer largiuntur, ut solicite custodire, studeant, ne cum commissa peccata, eleëmosinis redimunt, adhuc redimenda committant, ne venalem Dei iustitiam estiment, si cum curant, pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur se posse inulte peccare. melior quippe est anima, quam esca, melius corpus, quam vestimentum. qui ergo escam, aut vestimentum pauperibus largitur, sed tamen animæ, vel corporis iniquitatem polluitur, quod minus est Justitiæ obtulit; et quod maius est, culpæ commisit: sua enim Deo dedit, et se Diabolo.

S. Thom: Funde, obsecro, illa tua sunt? fecisti tu illa? ideo tua, quia usurpasti ea tibi; nam omnibus communia creavit Altissimus, an tibi soli terra germinat herbas? arbores ferunt fructus? bruta generant foetus? propter pacem permittuntur legere meum, et tuum: hac conditione, ut qui abundaverit, indigentium penuriam supleat; si non supplet, raptor, et homicida est, quia quem non pavisti, occidisti.

Discurs. 24.
De Beatitudine.

Boetius:

Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.

1. ad Corinth. 2:

Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quę preparavit Deus iis, qui diligunt illum. S. Bonav: tan ampla, tan alta, tan innumera sunt illa bona, ut omnem excedant humanum intuitum, humanum auditum, et omnem animi cogitationem.

Hist:

Nota est, quę de S. P. N. Augustino scribitur: hic quidem die quadam, dum tractatum de Beatitudine scriberet, ad horam Completorii in extasim raptus, suavissimam quandam vocem audivit; cumq cuiusnam hec vox esset, inquisivisset? respondit loquens: ego sum Hieronymus amicus tuus, qui dum in hac vita etiamnum superstes esset, varia tecum circa hanc materiam dubia contulit. tunc S. P. Aug. letus ad eum dixit: utiq, ex quo in Coelis vivens omnia clare, et intuitive intueris, omnes hactenus inter nos agitatas difficultates resolvere tibi iam minime

Minime arduum erit, cui S. Hieron. ait: ut uno verbo edicam, quod desideras, opus erit, ut prius mihi ad sequentia interrogata respondeas: putas ne, totam terræ rotunditatem, in uno pugno claudere poteris? aut universam maris aquam in parvo vasculo coercere? si autem id impossibile esse iudices, longe impossibilius esse dico, quod intellectus aliquis creatus, illius gloriæ, quam Deus diligentibus se preparavit, minimam partem capere valeat. et his dictis protinus disparuit.

Histor:

S. Vincent. Ferr. refert; quod, cum quidam eximius Dei Servus, qui cum magna sanctitatis oppinione semper vixerat, ad alteram vitam moriendo transisset; vehemens quemdam amicorum suorum incesserit desiderium sciendi, an anima eius recta evolasset ad Coelum: cumq. super hoc, Dei responsum sibi revelari, ardenter petiisset; Anima dicti Servi Dei, igne ei circundata apparuit: et terrefacto ex hac apparitione amico suo, dixit: se in purgatorio ad aliquod tempus condemnatam herere, eo quod in vita sua, Cœli gloriam, eo quo par erat, ardenti desiderio non quesisset, aut desiderasset.

S. Bernardin: tanta est magnitudo Coelorum, quod si de novo crearet Deus, huiusmodi magnitudinis tot terrarum orbes, quot grana arenæ maris, adhuc non implerentur Empyreum Coelum.

S. Bonav.

Sup. incola ego sum in terra. ait: appetitus Coelestium parit contemptum terrestrium; quibus enim divina sapiunt, eis mundana desipiunt.

S. P. Aug:

Quid dabit iis, quos predestinavit ad vitam, qui hec dedit, quos predestinavit ad mortem?

si tanta facis nobis in Carcere, quid ages in Palatio? si tanta solatia in hac die lacrymarum, quanta conferes in die nuptiarum?

Histor:

Celebre est factum illud, quod de Troilo Episcopo, in vita S. Joannis Eleëmosinarii refertur; cum enim ad instantiam S. Joannis, quamdam triginta librarum erogasset eleëmosinam; deq illa iam erogata paulo post illum poenituisset; S. Joannes, de poenitudine hac Troili certior factus; quemdam ad eum obligavit, qui illi eleëmosinę erogatę quantitatem restitueret, dummodo scripto se eleemosinę iam factę premium ipsi cedere velle contestaretur. quod ut a Troilo prestitum fuit; mox in extasi quadam, sequentem habuit visionem. pulcherrimum namq, valdeq oppulentum in Coelo vidit Palatiu cuius

Cuius frontispicium, hanc referebat inscriptionem: hec est Domus in qua Troilus Episcopus requiescet. qua ex visione cum im-pense admodum letaretur; subito, quemdam gravem vi-dit virum i Senatorio ordine, magnaq luce conspicu-um cum variis ministris suis ad dictu palatiu accedentem, quibus ipse priorem domus ins-criptionem è frontispicio abradi, et de-leri, in eiusq locum, aliam sustitui precepit, cuius hic tenor erat:

hec est Domus, quam Joan-nes Alexandrinus Epis-copus sibi triginta librarum pretio Comparavit.

S. P. Aug:

Nihil in Regno Dei deside-ra-tur, quod non inveniatur: at in inferno, nihil inve-nitur, quod desider-atur.

In Regno Dei, nihil invenitur, nisi quod placet, et delectat, et satiat. ibi nihil, quod amabitur, deerit, nihil desiderabitur, quod non adsit.

Si singula bona delectabilia sunt, cogita mente, vi-de, quam delectabile sit illud bonum, quod conti net iucunditatem omnium bonorum, et non qualem in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quantum differt Creator a Creatura.

S. Bern:

Nihil nos latebit, et ecce sapientia, qua Curiositas hominis satiet

Satietur. O sapientia, qua tunc omnia, quę in Coelo, et in terra sunt perfectissime cognoscemus!

S. P. Aug:

Cur permulta vagaris, querendo bona Corporis, et animę nostrę? amemus unum bonum, in quo sunt omnia bona, et sufficit. quid enim amas, o Caro? quid desideras o anima? ibi enim est, quicquid amas, et quicquid desideras. est in eis desiderium visionis Dei cum satietate, et satietas cum desiderio, in quibus nec desiderium penam generat, nec satietas fastidium parit.

Aug. Victor:

Nullus inferior nulli maiori invidebit; nec maius gaudium superioris sibi desiderabit: unusquisque tantum habebit, quantum vollet, alioquin non esset beatus.

S. P. Aug:

Ibi dolor numquam sentitur; ibi gemitus numquam auditur; ibi triste nihil videtur; ibi malum nullum timetur. S. Thom. a V.a N.o: in ea tanta est delectatio, quod teste Augustino, si possent mali, mallent esse in penis, et Deum videre, quam esse extra penas, et Deum non videre. illa enim facies delectabiliter mirabilis est, et plena gratiarum: Appcal. 7: absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

S. Bonab: faelices lacrymę, quas manus Conditoris absterget.

§ Bonab:

Beatam vitam facilius est consequi, quàm enarrare. Cuius cursus sine termino, usus sine fastidio; refectio sine cibo, sub antiquis, perpetuis q. gaudiis semper nova iucunditas, et sine timore amittendi continuata felicitas.

Crisolog:

Omnis peccator terrena cogitans, Coelestia non requirens; sursum respicere non valet; quia dum desideria inferiora sequitur, a mentis suę rectitudine curvatur.

S. Th. a V.º Nov:

Filios Babylonis non delectant Cantica Sion: O quam rarus hodie qui optet dissolui, et esse cum Christo! qui dicat: heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! imo; qui vocatus ad Coelum, non exeat cum tristitia! unde tanta tepiditas in orando, tanta negligencia in operando, tan modica resistentia in ressistendo, nisi ex hac oblibione?

S. Ambro:

Allicit homines magis dulce peccati, quod ad presens influit, et impiguat videntis affectum; quam triste virtutis, quę fidei spem, velut quodam cortice amari laboris involuit. hug.

Carden:

Carnalium mentes bona pensare non valent, nisi quę carnaliter vident. Joan. 3: qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur. Senec: Nemo aratorum Coelum aspicit. hostis enim offert pomum, et surripit Paradysum.

Dionys: Carthus:

Thesaurizate vobis thesauros in Coelo, idest, cumulum operum meritorum in Coelo, idest, ad hunc finem, ut ad coelestem perducamini mansionem.

Impossibile est, ut anima post peccatum ad thronum gratiæ perveniat, nisi mare poenitentiæ navigando pervaserit.

S. Ambr. sup. vim facientes diripiunt illud. sic ait: vim facimus Dno, non compellendo, sed flendo. O beata violentia, qua non indignatione percutitur, sed misericordia condonatur! beata, inquam violentia, quæ vim patienti bonitate elicit, et utilitatem tribuit inferenti! quisquis violentior Christo fuerit, religiosior habebitur a Christo.

Hug. a S.to Vict: numquam affectus noster ad desiderium æternorum accenditur, nec intellectus ad coelestium contemplationem perfecte acuitur, nisi cura carnis, etiam in licitis, et necessariis frequenter, et fortiter repellatur.

S. Ambr: aggredimur Christum, non ferro, non fuste, non saxo, sed mansuetudine, bonis operibus, castitate; hæc sunt arma fidei nostræ, quibus in congressione

Certamus: ut autem his armis uti in vi inferenda possimus, ante corporibus nostris vim quodammodo faciamus. 2. ad, Corint. 4: 10, quod in presenti est momentaneum, et leve tribulationis nostre in sublimitate eternum gloriæ pondus operatur: non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed, quæ non videntur.

S. P. Aug: omne opus, leve fieri solet, cum eius premium cogitatur, et spes premii, solatium est laboris. S. Basil: semper cor tuum promissa Cœlestia meditet, ut ipsa te ad virtutis viam provocent.

S. P. Aug:

Si vis sustinere laborem, attende mercedem; cum attenderis, quid sis acceptures, omnia tibi erunt vilia, quæ pateris; nec digna estimabis, pro quibus illud suscipias. S. Greg: mala vitæ presentis, tanto durius animus sentit, quanto pensare bonum, quod sequitur, negligit; et quia non vult premia considerare, quæ restant, gravia estimat esse, quæ tolerat. S. Th. a V.a N.a: momentaneum tibi erit vita presens, si oculum dirigas ad eternum premium. transit cito, quod cruciat, permanet in eternum, quod coronat. Crisolog: pericula despicit, qui tendit ad regnum.

D.r Seraph:

Volve, et revolve vitam boni Jesu, non invenies eum, nisi in Cruce, ex qua enim Carnem assumpsit, semper in pena fuit.

Histor:

De S.to Hermanno Canonico Steinfeldensi Ordinis Premonstrat. in eius vita apud Surium legimus, quod multigena ei Dnus flagella adhibuit, ut omnigenis postea in Coelo gaudiis afficeretur.

Historia.

De S.ta Liduina in eius vita scribitur; quod cum per triginta octo annos gravi quadam infirmitate afflicta fuisset, iam que ardenter coronam desideraret martyrii, ei in eextasi, quedam inestimabilis valore corona exhibita fuerit; cuius sertum, seu Circulus nondum ex integro perfectus, et absolutus erat: cum que hanc sibi preparatam intelligeret, instanter a Deo acerbiora sibi im mitti petierit, ut hac ratione necessarius ad eamdem coronam perficiendam gemmarum numerus consummaretur: Qua in re, a divino eius Sponso exaudita fuit; siquidem Deus permissit, ut a nonnullis militibus, per improperia, verbera, contumelias, variasque alias iniurias dire tractaretur: quę omnia, cum ab illa constanti, et heroyco animo, summa cum patientia tolerata fuissent; Angelus quidam Sole splendidiore ei apparuit, dicens: salve Charissima Soror, ecce nunc absoluta est corona, quam nuper imperfectam vidisti; ludibria, et vulnera corpori tuo impossita fuere gemmę, quas in illa Corona, et adesse vidisti, et deesse. ecce.

Historia

S. Antoninus de S.to Dominico refert, quod S.tus hic Patriarcha die quadam, mulierem quandam ex virtute non minus, quam ex nomine Bonam, appellatam; in turri quadam visitans, eamdem pectus ulceratum, et vermibus scatens habentem, proque Christo duriora pati, magnopere dessiderantem, invenerit: quod admirans S.tus Dominicus, instanter unum de illis vermibus sibi dari ab ea petiit, qui ex ulceribus serpentes nonnumquam in sinum eius decidebant, quia ipsa alias recolligens, ulceribus suis denuo reimmissit; tandem vero, postquam variis modis S.ti huius petitioni restitisset, precibus eius victa, unum illorum ei donavit; cum hoc tamem pacto, ut eumdem mox ei restitueret: accidit autem, ut subito

Postquam S. vir Dei vermem istum in manibus suis habuit, in gemmam pretiossissimam transmutatus fuerit: cumque a circumstantibus rogaretur, ne vermem hunc transformatum mulieri restitueret, ipsa vero restitutionem amaris lacrymis urgeret; tandem lacrymis eius superatus, gemmam mulieri reddidit, et restituta in pristinam, denuo vermis speciem reversa fuit.

S. P. Aug:

Promisit nobis a labore requiem, a servitute libertatem, a timore securitatem, a mœrore consolationem, a morte resurrectionem, a resurrectione plenum gaudium, summum gaudium, et indeficiens.

Lex data est, ut gratia quæreretur; gratia data est, ut lex impleretur.

Discurs. 25.
de Humilitate.

S. Albert. mag:

Humilitas est oculus animæ, per quam homo conditionem suam, ac statum suum verissime recognoscit. S. Bern. sup. qui se humiliaverit exaltabitur; non ait, qui se humiliatur, sed, qui humiliaverit se. significat profecto, non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tantum, quæ de voluntate venit, non ex tristitia, vel ex necessitate.

Eccl. Cap. 19:

Est, qui nequiter humiliat se, et interiora eius plena sunt dolo: et est, qui se nimium summittit a vera humilitate; et est, qui inclinat faciem suam, et fingit.

Iustinia:

Amor propriæ vilitatis, humilitatis insigne est testimonium: verus humilis, vilis vult prædicari, non humilis reputari, gaudet contemptus sui.

Rich. de S.to Vict:

Humilis est, qui seipsum apud semetipsum veraciter contemnit: humilior autem, qui se contemni etiam ab aliis non refugit; humilimus vero, qui contemptum suum, non solum contemnit, sed ad modum concupiscit.

S. Basil:

sane humilitas quidem ea est, cum quis ceteros omnes, seipso superiores existimat.

S. Bern:

Ille humilis censendus est, qui pro nihilo se reputat, et ab aliis se reputari vult; qui propriæ conscientiæ testimonio contentus, ignorantis populi favores, non solum non querit, sed pro nihilo despicit; qui laude falsa non lenitur, sed pungitur; qui ita gaudet despectum, ut superbus in honore. S. Greg: sicut superbi honoribus, ita plerumque humiles sui despectione gaudent; quia iuditium, quod de se intus habent, ab aliis sentiunt approbari.

Historia. In Dialogis S.ti Greg. legitur; quod, cum Constantius Monachus, propter multa patrata miracula, magnam sibi apud omnes comparasset sanctitatis oppinionem, omnes ad illum videndum certatim accurrerint: acciderit vero, die quadam, quod Rusticus quidam ad Ecclesiam ingrediens, quando Sanctus vir ille scalam quamdam ascendens acommodabat lampadem, vidit, quod erat pusillus valde, exilis forma, atque despectus. cum is, quisnam esset, inquireret? hi, qui illum noverant, mons-

monstraverunt; sed ille eum despectum videns, non credidit, sed irrisit, dicens: ego grandem hominem credidi, iste de homine nihil habet. quod, ut vir Dei audivit, in eiusdem Rustici complexum ruit, gratias illi agens, quod de se talia iudicasset, dicens: tu solus es, qui in me oculos appertos habuisti. postquam hoc factum; S. Pontifex retulisset, subiungit; ut superbi honoribus, humiles sua despectione gloriantur.

S. P. Aug:

Dioscoro ita scribit: non aliam tibi ad capessendam, et obtinendam veritatis viam, invenies, quam, quæ inventa est ab illo, qui gressuum nostrorum, tanquam Deus vidit infirmitatem. ea autem est prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, et quoties interrogaret, hoc dicerem. S. Bern: si amittitur humilitas, virtutum aggregatio, non nisi ruina est. S. Greg: qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in Ventum, pulverem portat. humilitas ante districti Iudicis oculos, ceteris virtutibus preeminet.

S. Basil:

Vir humilis Deo est similis, et in templo Corporis sui gestat eum.

Hug. Vict:

Melius est agnum sola humilitate, quam sola virginitate sequi; quia humilitas sine virginitate salvare hominem potest; virginitas sine humilitate non potest. S. Greg: per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis; si enim pie spiritus sub Deo premitur, caro illicite super spiritum non levatur.

S. Bonab:

Nullus cadit, nisi qui in alto existit; et tanto gravius, quanto altius sedet: ergo cum humilitas in loco infimo sedem ponit, hominem inesse stavil itat, et omnibus operibus eius robur donat.

S. P. Aug: quicumque humilis, et quietus non fuerit, nequit in eo habitare gratia Sptus Sancti.

Ricar. de S.to Vict:

O quam libenter, o quam gratanter debemus nos ad omnem subiectionem deiicere; ad omnem humilitatem declinare, ut mereamur hunc Sptum accipere, et talem consolatorem habere!

S. Greg: non grande est, iis non esse humiles, a quibus honorantur, quia et hoc Seculares faciunt; sed illis maxime humiles esse debemus, a quibus aliqua patimur; nam Psalmist. dicit: vide humilitatem meam de inimicis.

Math. Cap. 11:

Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. axioma: omnis Christi accio, est nostra instructio. inspice igitur Christum, et fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est.

Justinian:

Omnem exercuit humilitatis formam, in vita, in peregrinatione, in Discipulorum electione, in necessitatibus, in angustiis, in persequutionibus, in opprobriis, in passione, et morte.

Jacob. 4:

Humiliamini in conspectu Dni, et exaltabit vos. S. Bonab: aqua quando in suo motu ab alto descendit, tanto ex parte opposita, sursum tendit; qui appetit exaltari, laboret humilitati, quia tanto exaltabitur amplius, quanto vixerit in terra humilius.

S. Isidor:

Qui sibi vilis est, ante Deum magnus est: qui sibi displicet, Deo placet: esto parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei; tanto eris apud Deum pretiosior, quanto fueris ante oculos tuos despectior.

S. Basili:

In omnibus tuis operibus humiliare coram Dno, quia non erit gratum coram Deo, quidquid efficitur cum superbia; quod autem fit humiliter, acceptum est ei. fili, pre omnibus humilitati stude, quod est omni virtute sublimius, ut ad perfectionis fastigium possis pervenire.

S. Bern:

Nunquid, tan magnum est, quod est

Quod est tan parvum? utique quia per hoc invenitur requies animabus: quae enim est causa omnis laboris, et certaminis nostri, nisi ut inveniamus requiem animabus nostris? brebis doctrina, brebis via demonstrata est.

Eccl. cap. 35.

Oratio humiliantis se coelos penetrabit.

Hug. Card.

Oratio, non omnium, sed humilium Coelos penetrabit.

Lyra.

Quanto humilior est oratio, tanto maiorem effectum habebit coram Deo. S. Basil. in tempore precum suarum, quod postulat, impetrabit. Iustinian: nulla potest esse in oratione repulsa, quando hec deprecantis fuerit socia, et orationis previa: eo nam q. mens in oratione erit alacrior, et in contemplatione sublimior, quo in se extiterit abiectior, atq. sublimior.

Ptolom. Philosop.

Inter sapientes, ille est sapientior, qui est humilior. Prov. 29: humilem spiritu suscipiet gloria.

Iustinian: pernecessaria est humilitatis virtus peregrinantibus et in hoc seculi stadio pugnaturis.

Hanc malignorum spirituum innumerabilis exercitus, tanquam flagellum perhorrescit, et fugit. S. Ephren: humilitatem diligito, et numquam Diaboli laqueis capieris; velocissimis enim humilitatis alis semper sublebatus, sublimior eris, quam ut inimici retibus capi possis.

Historia.

Cum in Thebaide celebris quidam è Senioribus Eremitis, oblatum sibi habuisset Demoniacum, ut illum adiuvaret; hic Demoni serio, ut e[x]-cederetur, precepit. recedam quidem; verumtamen prius a te scire volo, quenam sit differentia inter hœdum, et agnum? Cui Sanctus Vir:

Hœdi tales sunt, qualis ego: agni, qui sint, Deus scit: quod audiens Demon exclamavit, dicens: ecce propter humilitatem tuam exeo, et exivit eadem hora.

Idem quoq Demon, alia quadam vice Machario Abbati obiam occurrit, falcem in manu sua habens, qua messores uti solent, cumq eum hac falce Percutere niteretur, non potuit, sed dixit ei; multam a te patior violentiam, quia non possum prevalere tibi. quid quid tu facis, facio: ieiunas, et ego non comedo: vigilas, et ego non dormio: unum est solum, in quo me superas; Et ait Macharius; quod est illud? respondit, humilitas tua, per quam non possum prevalere adversum te.

S. Ephrem.

Quod si igitur ipsi quoq Demones, quamtumvis inviti confitentur, se nihil cum humilitate posse, sed eam timere, atque horrere: quare nos tantam illius dignitatem adeo parvi facimus?

S. Doroth:

Humilitate Cordis, omnia inimici, et adversarii nostri tela confringuntur.

Eccles. 3: quanto magnus es, humiliare in omnibus. S. Gregor:
Sancti omnes quanto in Dei visione proficiunt, tanto
se nihil esse, cognoscunt. Hug.

Card:

Describitur, qualis debet esse, qui eligitur in Prelatum; fortis in operibus; conspicuus in moribus; humilis in sermone, imo magis humilis corde. S. Bern:
non magnum est, esse humilitas honorata.

Histor:

Olim inter eruditos, hoc motum est dubium: quidnam illud esset, quod uno, eodemque tempore simul, et maximum, et minimum appelari potest? fuerunt, qui Solem esse, dicerent, qui oculis nostris parvus quidem esse videtur, cum tamen terra centies, et sexagies, maior esse, probetur. Alii Stellam esse, dixerunt, quae nobis, velut quedam ignis scintilla, apparet, cum tamen una illarum, centies maior sit mundo terrestri. Alii, pupillam oculi esse, asserebant, quae ad contemplandam altissimam Coeli Empirei partem extenditur, cum tamen instar atomi, minutissima sit.
Nec defuere, qui illud, intellectum humanum esse, affirmarent, qui non solum ad capiendum Coelum, terram,

Et totum universum dilatatur; ultrime etiam extra illum per imagina-
tionem plures mundos capit. Subiunxerunt alii non minus
ingeniose, illud esse animam; quae cum invisibilis sit,
et purus Spiritus, in se tamen tres potentias res-
tringit, et includit, et in quavis corporis
animati minima parte, est tota
in toto, et tota in qualibet parte.
Si vero apti-
us ad propositum nostrum, affirmare libe-
re possumus, id, quod simul maximum
et minimum est, esse humilitatem,
et nihilum Beatissimae Virginis
quae dicit:
Respexit humilitatem ancillae
suae: ecce enim ex hoc &c.
fecit in me magna, qui
potens est.
Nemo enim imaginari sibi potest, humilitatem magis infimam,
nec dignitatem magis sublimem.
Ipsamet humilima Virgo Maria, Sanctae Brigitae re-
velavit: ut quid enim, ego me tantum humiliab-
am, aut unde promerui tantam gratiam, ni-
si, quia cogitavi, et scivi, me nihil a me
esse, vel habere.
Damasc:
Opus humilitatis est, silentium quaerere,
sese cum tremine mentiri; non con-
contendere; subiectum esse;
oculos humi demissos ha-
bere; mortem sibi ob
oculos proponere;

A mendacio abhorrere; inanibus sermonibus operam non dari;
Maiori non reluctari; sermonem suum constabili-
te nolle; contumeliam ferre; requie-
tem odisse; ad labores se adigere.

§ Bonab:

Quinq. sunt signa inter alia, humilita-
tis demonstrativa. primum hu-
militatem amare: 2. hono-
res, et laudes fugere: 3. op-
probria, et contumelias
equanimit. tolerare;
5. libenter ob-
edire.

Iustinian: reddit hominem humilem, iniuriarum patientia;
quia humilis gloriam non querit, iniurias non
sentit, nec veretur confundi in presentia
hominum, qui solum gloriam querit
apud Deum: cum irridetur ga-
udet; cum despicitur, exal
tat; quando persequutio-
nem patitur, securus
est;
si maledicetur, econtrario benedi-
cit; quidquid applaudit, fugit;
omne, quod abiectum est,
gratanter suscipit, ac
veneratur.

§ P. Aug:

Vera humilitas est, iniuri-
am non posse facere, et fac-
tam posse tolerare.

D. Chrisost:

Humilitas est, si te excelsum per virtutum officia, humilem per opinionem reddas. S. Philipus Neri aiebat, ama nesciri, et pro nihilo reputari.

Chrisostom:

Si humilis esse velis, nec verbo, nec habitu solo;
sed et re, et voce hanc virtutem ostendito;
et ne sis erga istum humilis, adversus
illum insolens; sed erga omnes
humilis, sive amicus sit, sive
inimicus; sive magnus
sit, sive parvus: hec enim
enim est humilitas omn-
imi.

Justinianus:

Hec est humilitas sufficiens, et abundans; que tres habet gradus. 1.us est;
subdere se maiori, et non se equali preponere.
2.us est, subdere se equali, et non se preferri
minori (et hec est perfectio omnis hu-
militatis) 3.us subdere se minori,
et hec est perfectio omnis
humilitatis. Eccl. 7: hu-
milia valde spiritum tuum.

Poeta.

Qui velit ingenio cedere rarus erit.

S. Bernardin:

Tria sunt, que radicatam nutriunt
humilitatem: assiduitas subiec-
tionis; consideratio prop-
rie fragilitatis, et com-
paratio melioris.

De Humilitate.

Si primum Lucifer habuisset, non de Coelo ruisset. Si Adam secundum habuisset, non de Paradyso eiectus esset. Si Antichristus tertium haberet, non se Deo preferret.

Iustinian:

Recogita o homo, ut humilieris originem tuam. intellige unde venis, et erubesceras adverte, ex quo conciperis, et humiliare; nam in putredine conciperis, in sordibus generaris; in tenebris confoveris, in doloribus parturiris.

Formatus es nempe, ô homo de pulvere, de luto, de cinere, quodque vilius est, de spurcissimo, et foetidissimo sanguine, in pruritu carnis, in fervore libidinis, in foetore luxuriæ, et quod deterius est in labe peccati, in obligatione delicti.

D. Chrisost:

Idcirco, duabus ex substantiis Deus nos composuit, putrem superviaquidem, elatus fueris, reprimat te vilitas.

S. Petr. Damiani

Quod inter virtutis est, lancant si quid necessitas vitiosum, et correctionis dignum, ab aspectus tui iudicio non recedat. S. Bern: ista tria semper in mente habeas: quid fuisti? quid es? quid eris? quid fuisti? quia sperma foetidum: quid es? quia vas stercorum. quid eris? quia esca vermium.

[illegible]

Ne reputes te aliquid profecisse, nisi omnibus inferiorem te esse cognoveris.

Discurs. 26.

De Morte

Eccl. cap. 11.

Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus letatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis.

S. Joan. Climaci.

Mortis memoria quotidiana mors est.

S. Ambros.

Illud etiam magnopere peto, ut diem obitus, diem extremi Judicii, damnationem eterni supplicii, beatitudinemque Regni futuri semper meminerim, quod nemo indesinenter potest, nisi qui ad vitam preordinatus est æternam. indesinenter Dns recolenda est dies illa in qua lux cum tenebris pugnat, misericordia cum crudelitate desudat; in qua adversarius noster mala, que fecimus, Loquuti sumus, vel cogitamus, violentissimus accusator retexet, iustitia sua adhuc punienda De poscet.

S. Basil:

Beata anima illa est, quæ diu, noctuq nihil aliud curat, et animo versat, quam quonam pacto in magno illo die, quo Creatura omnis ad Judicis tribunal sistenda, rerum a se vita gestarum rationem reddat.

Idiota:

Est consideratio mortis nostræ utilis ad nostram premunitionem, quia iacula previsa minus feriunt; et ideo, si mortem cogitando, previderimus, minus, cum sua percussio venerit, nos grababit. Si mors continue prevideatur, securius expectatur.

qualem mors invenit hominem, talem homo invenit mortem.

S. Joa. Clima:

Laudandus quidem ille est, qui mortem, tamquam hodie venturam expectat; sed ille sanctus, qui eamdem semper desiderat.

S. Carl. Borro:

Nihil tam revocat a peccato, quam frequens mortis cogitatio.

S. Gregor:

Cum culpa animam tentat, necesse est, ut brebitatem suæ delectationis aspiciat, ne ad vivacem mortem iniquitas rapiat.

S. Ephr: nemo novit, an fortasse tempus resolutionis nræ

immineat=

Inmineat, et hanc ob causam, nostræ insolescunt, et abundant tentationes. S. Bonab: facit peccata fugere, nam sicut latrones timent, et fugiunt faciem Iudicis, sic vitia memoriam mortis.

Poeta:

Corpori magnanimo satis est postrasse Leoni.

Salom:

Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: affer, affer. quibus verbis Salomon, et Hug. Card. autumat, dicere voluit, duas esse Diaboli filias, scilicet, avaritiam, et concupiscentiam carnalem, quæ penitus insatiabiles sunt. Hug. Card: insatiabilis est, quia sicut ignis lignis appositis non extinguitur, sed augetur; ita luxuria voluptatibus nutrita augetur.

Histor:

Bellobacensis in Vitis SS. PP. narrat sic: cum quidam Eremita tentaretur de pulchritudine cuiusdam mulieris; audiens, eam mortuam, post paucos dies currit ad sepulchrum eius, ut videret, qualis esset amor eius: et apperto sepulchro, abstersit saniem de corpore cum palio suo, et deformitatem, et saniem apponebat tentationi suæ, dicens: vide, qualis est amor tuus.

S. Anton. sup. Job. 2: testa saniem radebat, sedens in sterquilinio, idest, memoria mortis, et consideratione fractionis Corporis; quia vas per ipsam frangitur; saniem carnalis delectationis ex concupiscentia exurgente amovebat.

S. Ephr:

Inclinemus nos ad sepulchra, et conditionis nostræ occulta prospiciamus. ex cadaveribus permixtos ossium acervos, craniaq carnibus exuta, cum reliquis ossibus cernemus; et hæc considerantes nos ipsos in illis, velut in speculo quodam contemplabimur. ubi iuventus flos, et pulchritudo? ubi venustus ille genarum decor? hæc nobiscum cogitantes Carnis dessideria fugiamus.

Non est libidini diversorium, in qua versatur mente sepulchrum.

Idiota:

Prodest ad deprimenda carnalia dessideria, et ad abigendas tentationes varias, et diversas, quæ separant animam a te; nihil enim tantum valet ad domanda dessideria, quantum cogitare, qualis sit ipsa futura mors.

S. Bonab:

Concupiscentia carnis deprimitur, q.do quis cogitat, quod corpus in deliciis nutritum erit cibus vermium.

Histor:

Severus Imperator, qui suam sibi preparari fecerat mortalem urnam, intra quam cineres suos

Includendos statuerat; frequenter iam attingens, dicebat: tu vir-
um capies, quem totus mundus capere non potuit.
Alexandrum Magnu,
eius Assentatores, tanquam Iovis, venerabantur filium, qua licet fictæ divinitatis ei attributa fama, dementatus fuit, ut se verum Iovis, filium esse, donec in gravi quodam prelio, periculoso quodam vulnere sauciatus, se mortale esse, fateri, coactus fuit.

Et sic de eodem, Bellovac. hec verba refert: cum Alexander navigaret per quemdam fluvium Paradysi, quidam Senex de rupe apparens, ei suasit regressum, et dedit ei lapidem pretiosum pulcherrimum, dicens ei: quod in eius pondere, agnosceret valore suum. lapis ergo ille possitus in staterarudus, omnia ponderabat, quecumq in alia lance ponebantur: coopertus autem pulvere, nihil ponderabat, sed ei preponderabat festuca una.

nunc Bellov:

Dabatur ei intelligi; quod vivus aliis omnibus preponderabat; mortuus autem et oppertus sepulchro, nihil, nihil.

Isai. 14: subter te sternetur tinea, et opperimentu tuu, erunt Vermes.

S. Bonab:

Facit mundum contemnere, Cineris consideratio; nam concupiscentia oculorum contemnitur, quando quis cogitat, se in terram reversurum: concupiscentia carnis deprimitur, quando quis cogitat, quod corpus in deliciis nutritum, erit cibus Vermium: supervia vitę contemnitur, q.do quis cogitat, quod ille, qui vult esse super alios, ponetur sub terra, quę est infimum elementorum.

S. Pet. Damia:

Perpende, quia caro, quę nunc accuratis dapibus enutritur, paulo post, vermibus scaturire, compellitur; ipsaq; tunc fit esca, rodentium, quę nunc delectabiliter saginatur iucunditate ciborum; ac tanto graviorem exalat putrefacta foetorem, q.to suaviorem sibi procuravit educata molliciem. facile enim contemnit omnia, qui se cogitat moriturum.

S. Antonin: quid foetidius humano cadavere? quid horribilius homine mortuo? cuius erat in vita gratissimus amplexus, fit in morte horribilis aspectus. quid ergo prossunt divitię? quid delicię? quid honores?

Divitiæ non liberant hominem a morte; deliciæ non liberant a verme; honores non liberant a fœtore. S. Bern: morientium, vocatio tua sit emendatio.

In Vitis PP.

interrogavit Eubulus Basilium: quæ est diffinitio Philosophiæ, Basili? qui ait: prima diffinitio Philosophiæ est meditatio mortis. S. Greg. Nis:

Animam per mortem, è morte resurgere; nam si non moriatur, semper manet mortua.

Justinian:

Considera frequenter, ô homo, te iam mortuum, quem scis de necessitate esse moriturum. dispice, qualiter oculi vertentur in capite, venæ rumpentur in corpore, et cor scindetur dolore. talis exercitatio cogitationis, fomitem magnum parit humilitatis. perfecta vita est mortis recordatio, quam dum justi sedula mente pertractant, culparum laqueos valenter evadunt. S. Thimoteus:

Patrum precedentium mortes aspicite, et remedia vitæ vestræ cogitate.

S. Joa. Clim:

Mortis consideratio illos, qui sub religiosa disciplina vivunt, reddit laborum patientes, efficit q, ut ignominiis magis delectentur.

Eccl. 28:

Memento novissimorum et dessine inimicari.

Macharius Abbas; ita Monachum motus animi refrenare debe-
re, et iniuriarum oblibisci; tristitias et respuere, dolor-
res quoq, ac detrimenta respuere, tanquam quoti-
die moriturum.

S. Anton:

Quidam Burgensis Parisius fecit fieri feretrum,
in quo portaretur mortuus, et in domo sua
voluit illud poni in loco, ubi frequent-
er videret, ut per considerationem
mortis provocaretur ad ope-
ra misericordiæ.

Imperf:

Facies animæ conscientia intelligitur, si abstuleris nequitiam
ab anima tua, lavasti conscientiam tuam.

S. Jacom:

Ante omnia præ oculis habeamus ulti-
mum diem. puritatem mentis obtinet,
humilitatem cordis acquirit, va-
nam gloriam respuit, omni
singulari prudentia ca-
vere contendit.

Quidam Episc.

dicebat int-
ra se:

Omni momento ad Ostium æterni-
tatis sto.

Bellovac:

Semper habeat homo ante oculos memoriam
mortis, sicut oculum, in quo se videat,
viam suam consideret, et
attendat.

S. Anton:

Remedium contra tales est, ponere lutum super oculos, id est,
considerare foeditatem conmunem in ortu, et in exitu
suo. post mortem vermis nascetur tibi de lingua,
pro peccato linguę; de stomacho, pro pecca-
to gulę; de spermate renum, scorpiones,
pro peccato luxurię; de cerebro, bu-
bones, pro peccato superbię.

Bellovac. refert hist:

Cum Ecclesia consecraretur,
in qua erat Comes sepul-
tus, et deberet inde
extrahi, propter
consecrationem,
patefacto
eius sepulchro, apparuit inmanissimus bufo
super faciem eius, eum corrodens, et alii ver-
mes, et serpentes; ad cuius aspectum, et
horrorem, omnes ressilierunt: filius
autem dicti Comitis Juvenis, hoc
audiens, accessit, et visa car-
nis paternę sanie, et ver-
mium deformitate,
et horrore,
Incepit mœstus cogitare de mor-
te, et quam vanę sunt mun-
di divitię, delicię, et ho-
nores. unde dereli
ctis omnibus fu-
git, cogitans, se beatum fore, si pauper fieret pro Christo.
unde venditis omnibus, quę habebat, et inter

Pauperes distributis, Romam accersit, ubi factus est Carbonarius: postquam prius conscienciæ suæ statum, Cardinali cuidam manifestasset, quo deinceps usus est Confessario. post multos vero annos, postquam in domum eiusdem Cardinalis Carbones attulisset, ibidem ad mortem usq́ infirmatus est; susceptis q́ Saccramentis, sanctissimo fine vitam suam clausit, omnibus Urbis Romanæ Campanis ultro, et sine ullius hominis adhibita ope, quaqua versum statim post eius obitum sonantibus: quod, cum Pontifex admiraretur, Cardinalis eidem insignia defuncti, merita manifestavit.

S. P. August:

Consideravit utiq; nobilis hic Juvenis, id, quod ait S. Doctor: memorare novissima tua, ô Juvenis, qui floride ambis, et pergis capite elevato, cuncta, quæ sunt Dei despiciendo. memorare novissima tua, quia terra es, et ad terram ibis.

Mundus iste periculosior est blandus, quam molestus.

Histor:

De Adolescente quodam in Urbe Bagnonis, studiis operam dante,

Sed deliciis dedito, atque humanos honores studiose consec-
tante, legitur; quod, dum Religiosus quidam eius com-
patriota aliquando eum visitaret; Adolescens ille
timens, ne de rebus ei spiritualibus loqueret;
eum prevenerit, rogando, ut ab eiusmodi col-
loquiis abstineret. post indiferentes quos-
dam cum eo habitus discursus, Ado-
lecens, priusquam Religiosum
dimitteret ad hospicii sui con-
clavia perlustranda de-
duxit;
In quibus, cum Religiosus lectum eius
notabiliter apparatum vidisset, ab eo
recedendo, rogavit illum, ut fir-
mam lecti illius haberet me-
moriam, quam Deus ei per
Isaiam promiserat.
Subter te sternetur tinea, et opperimentum tuum erunt Vermes.
que verba adeo tenaciter cordi eius impre-
ssa manserunt, ut sepenumero
ad ea se reflectens; tandem
mundo renuncians, Reli-
gionem austeram in-
gressus, vitam suaz
sancta morte
finivit.
Regum. Cap. 19: In agro Jezrrael co-
medent Carnes, carnes Jez-
rrael; et erunt carnes
Jezrrael sicus sterc-
us super faciem terre. etcetera

Hist:

Cuiusdam Ducis Venetiarum uxor delicata nimis; communibus aquis dedignabatur abluere; sed procurabat sibi fieri Balneum de collecto laboriosius (sibi) Coeli rore:
cibos concisos minutius a famulorum manibus, propriis non tangebat, sed ori suo fuscinulis aureis adhibebat. redolebat, vel foetebat eius corpus, et cubiculu, multo vapore aromatum diversorum.
Sed vibrato super eam mucrone Divini Judicii, Corpus eius omne computruit, nec foetorem eius quisq ferre potuit, nisi quod ex Ancillis una, non sine multarum specierum auxilio raptim Dnę ministrabat,
Et protinus fugiens, abscedebat; et sic miserabiliter cruciata diem clausit extremum relinquens posteris, meditationis exemplum, ut carnis delicias aborrentes, iugiter habeamus ante oculos finem nostrum.

Bellova:

Cuinam dictum est in somniis haec verba:
Divide quidquid habes, fies cito libida tabes.

Oratio.

Palida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumq turres.

Hildibert;

Mors non pluribus stadiis ab Aula, quam a tugurio, distat.

S. P. Aug: diem mortis salubriter incertum constituit Deus: ultimum suum, quisq salubriter cogitet. misericordia Dei est, quia nescit homo, quando moriatur. latet ultimus dies, ut observentur omnes dies.

S. Antonin:

Propterea incertam nobis voluit esse horam mortis, quia ut ait S. Cyprianus, qualem te invenit Dns, cum vocat, talem pariter te iudicat. stultum autem est vivere in illo statu, in quo quis non vellet mori; et cum de momento in momentum hoc possit accidere, ratio debet urgere ad pure vivendum propter huiusmodi incertitudinem.

Primo, ut homo operetur communius, et per consequens, utilius. si enim sciret homo in brevi se moriturum, a multis bonis dessisteret, quæ cedunt in utilitatem aliorum, ut soli sibi vacaret, quod tamen non congrueret.

Unde cuidam Sto viro, quando fuit ei revelata mors, inde ad certum tempus futura

Dictum est ei ab Angelo: age, quod agis, operare, quod operaris.

Secundo:

Ut conserbetur homo humanius; si enim quis sciret, se diu victurum, prosequeretur odia, vindictas, iniurias; et sic, si scirent homines, se scito morituros, multi nimis melancholice, viverent, et alios ex hoc amaricarent, et tedia rent.

S. Bonab:

De morte tua ita poteris formare meditationes, ut horam mortis semper suspectam habeas. cogita, quod improvise mors veniet, quia sicut fur, quando minime putabas, quando minime disposuisti, quando adhuc diutius vivere sperabas, et tamen adhuc agere cogitasti.

Amycla silentio periit.

Histor:

Erat autem hec Civitas inter Caietam, et Terracinam, iuxta mare situata, que falso Pyrataru; sepe sepius excita rumore, ad arma concurrebat. unde cum Cives, quietam nunquam possent transigere noctem, remedium adhibituri desordini, legem promulgarunt, nequis sub pena Vite ad arma provocare, aut conclamare multitudinem, auderet tempore nocturno

Ex improviso igitur, in quadam nocte, inimicus de mari interra; descendens, manu salva omnibus dor=

Dormientibus Vrbem invasit, flammis conbussit, spoliis exausit; ideoq; in Proverbium abiit: Amyla silentio periit.

Ita quoq; quam plurimi mortales, quandoq; patiuntur infirmitates, aut in diversa incidunt pericula, in quibus per previas confessiones generales, conscientię q mundiciem, ad mortem excipienda preparati forent: sed ubi vix discrimem evassere, mortis inmemores, laxam aggrediuntur vitam; quos tandem ex improviso, repentina mors irruens opprimit.

Senec:

Quoties auram attrahimur, toties mortalitatis nostrę admonemur. omnis dies, omnis hora quiam nihil sumus, ostendit.

Proverb:

Hodie in figura, cras in sepultura.

Bellov:

Consideremus mortis pressentiam, horis omnibus meditandam, locis omnibus expectandam, cunctis mentibus metuendam,

Quoniam autem horis omnibus a morte capimur; ideo mortem horis omnibus meditemur.

S. Anton:

Defectus modici aeris, hominem interimit. S. Bern: in terra orimur, ubi, ut vides, inter verbum, quod nativitatis est expressum, scilicet, orimur, et verbum, quod significativum est mortis, scilicet, morimur, unica dumtaxat littera, M, interiicitur.

Innoc 3:

Morimur, dum vivimus semper; et tunc tantum dessinimus mori, cum dessinimus vivere: melius est ergo mori vitę, quam vivere morti; quia nihil est vita mortalis, nisi mors vivens. vita velociter fugit, et retineri non potest; mors autem instanter occurrit, et impediri non valet. hoc est illud mirabile; quod quanto plus crescat, tanto magis decrescit, quia quanto plus vita procedit, tanto magis ad finem accedit.

Poeta:

Partem aliquam vitę semper furatur, et ipsam
Diminuit vitam quęlibet hora suā.

Quidam:

Ab utero ad tumulum, exile mediat vadum.

S. Bonab:

Vita mea naviganti similis est, sive dormiam, sive vigilem, semper vado festinus ad mortem. O vita presens! quam multos decipis, quę dum fugis, nihil es, dum videris, umbra es, dum exaltaris, et fumus es. S. Ant:

Umbra hominis sequitur eum, quocunq vadit; ubi ponit vestigium, statim, et umbra sequit; ita sequit mors vitā per omne instans.

§. Carl. Borrom:

Nihil tam revocat a peccato, quam frequens mortis cogitatio. o
fleres, si scires, unum, tua tempora mensem; rides, cum non
sit forsitam una dies?

§. Bern:

Sup. a fructibus eorum cognoscetis eos. sic ait: non ex fo-
liis, nec ex floribus, sed ex fructibus arbor bona, ma-
la ve dignoscitur. §. Anton: dificile est, ita
subito in infirmitate gravi, at boris fruct-
us mutari de malis in bonos, cum mo-
rs, quę supervenit, occupet totu
hominem

§. P. August:

Multos solet decipere serotì-
na poenitentia; nam ni-
mis dificile est, ab assue-
tis recedere,

Cum habitus, qui est qualitas, de dificili movibilis a subiecto
sit in peccatoribus vitiorum, quę ita subito eos, non di-
mittit, et faciet fructus virtutum.

Nacianc:

Frustra resipiscit aliquis, cum in extremo vitę spiritu
conflictatur. Imperf: sup. Dne, Dne apperi nobis.
sic ait: nihil prodest ex necessitate, repetita co-
nfessio eius, qui ex voluntate, nec semel co-
nfessus est: nam voluntaria confessio,
et modica sufficit Deo; ex necessitate,
neq magna.

Etenim detur casus, quod duo ad duellum inter se in eundem locum
se recipiant, quorum unus pugionem gutturi admodum vi-
dens, ne vitam perdat, coram inimico se humilians,

Veniam ab ipso deposcat, et vitam, simulq promittat, se sempiternu
illius futurum esse Servum: hę utiq humiliationes, et pro
missiones nequaquam ex corde procedunt, sed ex timo-
re mortis: quia si in duello superior evasisset, uti-
q inimici sui cor gladio transfixisset. S. P. Aug:
percutitur etiam hac animadverssione
peccator, ut moriens obliviscatur sui,
qui dum viveret oblitus est Dei.

S. Bernardus:

Ad hoc, ut peccatorum displisentia sit grata Deo,
necesse est, quod sit voluntaria propter Deum.
D. Aug. ait: neminem sine Charitate
salvum esse, non itaq in solo timo-
re vivit homo. qui ergo pœni-
tet, serio oportet, non solu,
Deum timere Judicem,
sed iustum diligere;
Non tantum pœnam timeat, sed anxi-
etur pro gloria. claret, quod du-
rum, et arduum est, quod talis
Deum super omnia amet,
qui ante, super omnia
odiebat.

S. Gregor:

Sup. ducunt in bonis dies suos, et in punto ad infernum descendunt.
sic ait: potest in puncto hoc intelligi, quod sepe hi, qui in ini-
quitate diu tolerati sunt, subita morte rapiuntur, ut neq
flere ante mortem liceat, quę peccaverunt. S.
P. Aug: quomodo pœnitentiam agere possit, qui nul-
la iam pro se opera satisfactionis operari potest?
Et ideo pœnit.a quę ab infirmo petitur, timeo, ne et ipsa moriatur.

Hug. Card:

Marchant. ita scribit hist: quidam æger sæpius monitus de penitentia, Cum semper responderet, sibi sat adhuc superesse temporis; necdum morbum adeo gravem esse; tamen ad extrema deductus, inclamabat: O poenitentia ubi es? et hec repetens, infelicem animam sine poenitentia, exalavit, æternę sine fructu poenitentię cruciandam.

S. Bern: attende, quam subito veniet dies ultima; subito veniet, et forsitam hodie erit. iam adest. iam presentaberis ante tremendum Judicem.

Accusaberis multis, et magnis offensis. non uno, non paucis, sed innumeris criminibus, non parvis, sed inmensis, non dubiis, sed certis, non brebi accusatione, sed tan longa, quam longa est tota vita; non uno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua. ipse Judex erit districtus accusator tuus.

S. Ambr:

Quid tantopere vitam istam dessideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto maiori oneratur sarcina peccatorum! nullus dies sine nostro peccato poterit. Idiota: inveniemus mortem finem esse peccati, ne quo esset vita diuturnior, eo fieret culpa numerosior.

Luc

Lucrum est mori homini, qui bona morte moritur; nam per bonam
mortem commutat homo timorem, in securitatem. et ideo scri-
bitur; melius est mihi mori, quam, ut gloriam meam quis
evacuet. gloria cuiuslibet hominis, Dne, est sanctitas
vitæ, quæ cito in hac vita fragili perdi potest, ut
pote per unum consensum peccati mortalis.
quandiu igitur homo vivit, quantum=
cumque sit sanctus, in periculo est, ut
evacuetur gloria sua, idest, ut pe=
rdat sanctitatem suam; sed pe=
r bonam mortem evadit om=
ne periculum amittendi
gratiam suam.

Justinia:

Malis tantis vita repleta est, ut comparatione eius,
mors putetur esse, non pena. hanc, humores
tumidant, dolores extenuant, ardores des=
siccant, insaniæ morbidant, escæ infla=
nt, ieiunia macerant, tristitia con=
sumit, solicitudo coarctat, secu=
ritas hebetat, diuitiæ iactant
paupertas deiicit, iuven=
tus extollit, senectus in=
curbat, infirmitas
frangit; et post hec
omnia mors
interimit.

S. Greg: quod multa cautela custoditur salus corporis; quod
etiam custodita amittitur, amissa, cum gravi
labore reparatur; et tamen reparata in dubio
semper est: quid hoc aliud, quam mortalis vitæ miseria est.

S. P. Aug:

Amas istam vitam, ubi tantum laboras, curris, satagis, anhelas? et vix enumerantur, quæ necessaria sunt in ista misera vita. Deus fœlicitatibus terrenis, amaritudines miscet, ut illa quæratur fœlicitas, cuius dulcedo non est fallax. S. Cypri: eius est mortem timere, qui ad Christum nollet ire. eius est ad Christum nolle ire, qui se non credat cum Christo incipere regnare.

S. Petr. Dami:

O quam beate moritur, qui moriendo, oritur! quam fœliciter vitam temporalem finit, qui vivere perpetualiter incipit! S. Amb: his, qui mortem malam putant, aptum responsum arbitror; quia per vitam ad mortem est transitus; per mortem autem ad vitam est redditus.

Histor:

In Vitis PP. de quodam Sene, qui moriebatur in Scythi, et circumdederunt fratres lectum eius, et vestierunt eum, et cœperunt flere; Ille autem apperuit oculos suos et risit, et adiecit iterum ridere. hoc autem factum est tertio. quod cum viderent fratres, rogaverunt eum dicentes: dic nobis Abbas, quare nobis flentibus, tu rides? et ait eis: primo risi, quia vos timetis mortem. secundo risi, quia non estis parati. tertio autem risi,

Quia ex labore ad requiem vado, et ploratis. hoc cum dixisset, statim ut pote moriens clausit oculos.

§. Ambr:

Deteriorem statum non efficit, sed qualem in singulis invenerit, talem iuditio futuro reserbat.

Iustinian:

Tanto quisq sit ferventior in operatione, quanto incertior est vocatione. propterea omnis dies, velut ultimus ordinandus est, quia qualem invenerit unumquemq suus novissimus dies, cum de hoc seculo egreditur, talis in die novissimo iudicatur. venientem, nemo hilaris, mortem suscipit, nisi, qui se ad illam diu composuerit.

§. P. Aug:

Disces bene mori, si didiceris bene vivere. merces enim bonæ vitæ æterna est.

Idem:

Dicebat quidam in Psalmo: et tu Dne usq quo? Convertere Dne, et erue animam meam. gemebat se differri. sunt enim homines, qui cum patientia moriuntur. sunt autem quidam perfecti, qui cum patientia vivunt. qui dessiderat sicut ait Apostolus, dissolvi, et esse cum Christo non patienter moritur, sed patienter vivit, et delectabiliter moritur.

Glosa:

Qui prosperitatem mundi, et divitias amat, amara est illi mors, et futurę glorię gaudia negligit.

Seneca:

Non vivere bonum est, sed bene vivere. itaq; sapiens vivit, quantum debet, non quantum potest. videbit, ubi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus: cogitat semper, qualis vita, non quanta sit.

Plutarch: Aggessilaum Lacedemoniorum Regem, cum quidam interrogasset: qua ratione, sibi gloriam parare posset, si mortem contempserit? et ait: nihil enim preclarę rei gereret eum, cuius animum mortis metus occupavit.

S. Ambr:

Quod si terribilis apud viventes estimatur, non mors ipsa terribilis est, sed oppinio de morte, quam unusquisque pro suo interpretatur affectu, aut pro sua conscientia horrescit. suę igitur unusquisq; conscientię vultus accuset, non mortis acerbitatem. liquet, Quia mortis metus non ad mortem referendus est, sed ad vitam; non enim habemus, quod in morte metuamus, si nihil, quod timendum sit vita nostra commissit.

S. Joan. 5:

Procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ. Seneca: si quid incommodi, aut metus in hoc negotio est, morientis vitium est non mortis.

S. Bernard: est vita secura, ubi conscientia pura; ubi mors sine formidine expectatur, cum dulcedine adesse optatur, et cum devotione acceptatur. intellige, quod venientem mortem, nullus letus, et hilaris suscipit, nisi qui sead ipsam dum viveret, bonis operibus preparavit. sic vivere debemus, ut cum corpus ceperit a vermibus devorari, anima letet in Coelo.

Bona mors, et nequaquam abhorrenda, quia vitam, et si adimit, non perimit. adimit quidem, sed ad tempus, restituendam in tempore duraturam, sine tempore.

S. Antonin: servire Deo, regnare est,

S. P. Aug: tantam Deus fidei prestitit gratiam, ut mors, quam vitæ constat esse contrariam, instrumentum fieret, per quod transiretur ad vitam.

S. Bernard: pretiosa, tanquam finis laborum, tanquam victoriæ consumatio tanquam vitæ ianua, et perfectæ securitatis ingressus.

Discurs. 27.

De Custodia Linguæ.

Ezech. Cap. 3:

Lingua eucharis in bono homine abundavit, qua, scilicet, per Dei gratiam sciat, et possit proximos à malo retrahere, et ad bonum attrahere.

Div. Chrisost: Lingua data est, ut celebres Creatorem.

Alapid:

Hic est finis linguæ, ob quem nobis à Deo est indita, ut illa Deum glorificemus, alios q; glorificare doceamus.

S. Bernardin: propterea dignum est, ut illi, qui nobis cetera dedit membra, saltem hec sola, scilicet, lingua innocua reservetur.

S. Bonab:

Data est ad tria homini loquela, scilicet, ad laudandum Deum, ad ædificandum proximum, et ad accusandum seipsum. S. Hieron: Nefas est, ut lingua illa, qua Dominum confiteris, rogas, benedicis, et laudas, alicuius polluatur sorde peccati. nescio, qua conscientia, et lingua, quis Dominum rogat, qua, aut mentitur, aut maledicit, aut detrahit.

Santhiag. in ipsa benedicimus Dominum. Areta: si per ipsam bene di-

Benedicimus Deo, an non pudor est, maledicere hominibus, quia ad Dei similitudinem conditi sunt? an iustum est, ut ex eodem ore egrediatur benedictio, et maledictio. Bellovac: attendat ergo unusquisq, quanta sit ingratitudo, quanta iniquitas, quantum flagitium, membrum tam nobile, tantis dotatum prerrogativis, et privilegiis adornatum, inquinare sordibus peccatorum; et quod est instrumentum Dei in tam dignis, et divinis officiis, facere Diaboli instrumentum.

Chrisost:

Nihil amarum, nihil durum lingua proferat, quę divinis rebus assueta est; nihil ex illa prodeat crudele, quod dominico corpore sepius saginatur.

S. Bern: est membrum potissimum omni malo: quod quidem natura ipsa ostendit, cum in lubrico, idest, in humido possita sit. lingua in loco humido collocatur,

Vt ex parte nostra ostendatur, lubricam esse linguam; propterea de facili labitur in peccatum.

Tertulia:

Accepisti dentes ad macellum corrodendum, cur non potius ad pulsus linguę temperandos, ad vocis arculos offensione signandos. Theodoret: duos parietes opifex linguę dedit, nimirum, dentium,

& labiorum, temerarios eius impetus cohibens. S. P. Aug: apperiatur ad confessionem peccati, et claudatur ad excusationem.
S. Bernardin: superius est libera, inferius ligata,
ad innuendum, videlicet, quod humanus sermo
debet liber esse ad loquendum de Deo, atque
proximo, necnon de Superioribus, et æternis; sed arctatus, atque ligatus esse
ad loquendum de transsitoriis,
et terrenis. Salmer: habet
etiam salivam, qua per
ungitur, ut prudenter,
et sapienter loquatur.
Dionys: Carth:
Per salivam, sine qua verba formari non possunt, perfecte sapientia figuratur, sine qua nemo rationabiliter
loquitur.
Eccles: 28: ori tuo facito ostia, et seras. S. Bernardin: lingua dicitur, quia lingit; lingit, adulando; mordet, detrahendo; occidit, mentiendo. ligat, et ligari non potest. labilis est, et teneri non potest, sed labitur, et fallitur; labitur, ut Anguilla; penetrat, ut sagitta. lingua est carnea tantum absque osse, ut apperte clarescat, quod homo loqui debet cum tractabilitate, et humilitate, sicut Prov. 25, dicitur; lingua mollis confringet duritiem.
Prov. 15: responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitat furorem; lingua sapientium ornat scientiam, et os fatuorum

Ebullit stultitiam. S. Anthias: qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir. S. Pet. Damian: si viri perfectio in verbi custodia ponitur, profecto patet, quia per effrenatę loquacitatis incuriam, omnis etiam perfectę vitę compositio dissipatur. Dion. Carthus: quia non excessisse in verbo, signum est, magnę custodię cordis, magnę sapientię mentis, magnę perfectionis interioris: siquidem ea, quę sunt in voce, sunt earum, quę sunt in anima, conceptionum, affectionumq notę; idcirco linguam perfecte reprimere, signum, ac opus est perfectionis, ac grandis illuminationis mentalis, et supra vires humanas:

S. Jacob. 1:

Si quis putat, se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est Religio. Jeremias: sedebit solitarius, et tacebit, quia levavit se, supra se. Damianus sic hic exponit, dicens: dum tacet, se elevat super se, quia mens humana, dum intra silentii claustra undiq circumcluditur, in superiora sublimis erigitur; ad Deum per cœleste desiderium rapitur, et in amorem eius per ardorem spiritus inflammatur.

Senec:

Quod diu tacueris, id puta rectissimum.

Pacian: nescit, quantum bonum divinitus sit consequtus, cui silere liceat.

S. Joan. Climac:

Homo verbosus nondum satis in sui cognitionem descendit; studiosus silentii est familiaris Deo, et arcano quodam modo, dum cum illo familiariter colloquitur, a Deo illustratur.

Iustinia:

Cum lingua prudenter exercitata sit decor animæ, conscientiæ speculum, index cogitationum, Charitatis vinculum, nutrimentum pacis, honor hominis, honestatis exemplar, morum decus, reconciliatrix hominum, amica sapientiæ, spiritualis vitæ magistra, fraternæ dilectionis custodia, nulli onerosa, omnibus semper amabilis, universisque proficua.

Nihil ita incongruum homini, Deo famulanti, et ad perfectionem tendenti reperitur, sicut effrenata lingua, nullo considerationis moderamine religata, quæ omnem mentis unitatem dissipat, et occidit. hæc, si moderetur, reddit hominem moribus ornatum, mente tranquillum, conscientia sincerum, et cunctis amabilem.

Eccl. Cap. 21:

Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderabuntur; in ore fatuorum cor illorum; et in corde sapientium os illorum.

Seneca: imago animi, sermo est; qualis vir, talis oratio. vro

S. Ambr:

Nec credibile potest videri, bene vivere eum, qui male loquitur.

S. Bern: Vanus sermo polluit mentem, et facile agitur, quod libenter auditur.

Iustinian:

Est ianua, per quam patet omnis hominis interioris status. Ubi enim composita est lingua, ibi nil potest esse occultum. re quippe vera, nullus scit fructuose loqui, qui ignorat prudenter tacere.

S. P. Aug:

Lingua nostra sensum nostrum sequatur, et rationem, non voluntatem. non debemus tantum oculos clausos servare, sed, et linguam intra dentes serbare ilesam. sermo enim vanus, vanę conscientię index est; Qualis enim os, quales sermones loqueris, talis, et mens comprobatur; et qualis fueris in factis, talis comprobaberis in Verbis.

S. Hieron. sup. Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. sic ait:

Non aliter scio vitę meę custodire vias, nisi ut non loquar fatua, ac diversa, sive otiosa. ex verbis, ait Dominus, tuis iustificaberis, et ex verbis tuis condemnaveris. qui custodit linguam suam, custodit animam suam, quia mors, et vita in manibus linguę sunt.

Histor:

Xenocrates Philosophus, ut in prato spirituali traditur; dum aliquando coram multis se, sequentibus, solus ipse taceret, caussam silentii edicere, rogatus, respondit: infinities me poenitet, loqutum fuisse, numquam tacuisse. et rarissimus in sermone Socrates, interrogatus, utrum silentium eius, aut ignorantiæ adscribendum foret? respondisse, fertur. nemo stultus tacere potest. quapropter S. Hieron; dicere consueverat; bene loqui nescio, quia tacere novi.

S. Jacob. Cap. 3:

Linguam, nullus hominum domare potest, inquietum, malum.

S. Bern:

Tenerum membrum lingua, attamen vix teneri potest. Salmer. sup. verba inquietum, malum, ait: quia ab una maledictione saltat in aliam; et ab uno, cui maledictionem intulit, iaculatur gladium maledictionis in alterum.

S. Thom:

Ideo linguam, inquietum malum dicit, quia cito transit de malo ad malum, ut a convitiis ad scurrilia; ab illis, ad detractiones. Eccl. 19: audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te, fidens, quoniam non te dirrumpet: a facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.

S. P. Aug: summa verecundia est, et depressa deiectio, non posse linguam refrenare, et vile non posse ligare verbum.

§. 1. Aug:

Homo domat feram, non domat linguam: domat leonem, et non refrenat sermonem; domat ipse, et non domat seipsum. linguam nullus hominum domare potest.

Glosa: nullus est, qui aliquando non delinquat in lingua. ast contra opponi posset, quod David dicat: dixi: custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. sed respondetur; potest servari a delicto gravi, sicut doli, detractionis, jactantiæ; sed non a levi semper; imo omnes offendunt, vel otiose, vel superflue loquendo.

Aug. Card: quid est, quod semper loquitur in seccreto Deus, nisi quod nos ad secretum vocat.

Eccl. 22: quis dabit ori meo custodiam, et super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me? D. Xprom, rationem dat, cur Psalmista Regius, linguæ custodiam tan reverenter, et efficaciter a Deo postularit, scilicet, quoniam novit, rem esse valde difficilem, addit, et preces, et Deum vocat ad ferendum auxilium. §. 3. Aug: dubitare debemus, quia mansuetos nos faciet Dns, si nos domandos ei prebeamus? domuisti leonem, quem non fecisti, non domat te, qui fecit te?

Si linguam nullus hominum domare potest, ad Deum fugiendum est, qui domet linguam nostram; si enim tu eam domare

Volueris; non potest, quia homo est. attende similitudinem in ipsis bestiis, quos domamus: Equus non se domat, Camelus non se domat, Elephas non se domat, Leo non se domat; sic, et homo non se domat; sed ut dometur Equus, bos, Camelus, Elephas, Leo, querit homo. ergo Deus querat, ut dometur homo.

Stultus valde est, qui non prius verbum ducit ad linguam rationis, quam educat ad linguam oris. qualis est homo in mente, talem verbositas depingit in ore.

Eccl. 20: est tacens, qui invenitur sapiens; et est odibilis, qui procrax est ad loquendum::: totum spiritum suum profert stultus; sapiens differt, et reserbat in posterum.

S. P. Aug: quanto illa citius, et facilius movetur, tanto tu, adversus illam fixus esto; domabis, si vigilabis; vigilabis, si timebis; timebis, si Christianum esse cogitaveris.

S. Bern:

Septem profecto discretiones obserbandæ sunt cuilibet, qui prudenter, et discrete dessiderat loqui. iuxta quod Ecclesiasticus Cap. 28, admonet, dicens: Verbis tuis facito stateram. 1.ª discretio est: quare homo loquatur. 2.ª quis loquatur. 3.ª quid loquatur. 4.ª quibus loquatur.

5.a quando loquatur. 6.a quomodo loquatur. 7.a quantum loquatur; nam teste D. Hieronimo; in pondere verborum, prolatio existit humanæ vitæ necessaria.

S. Bernardin:

Antequam homo incipiat loqui, examinare se debet, qua de causa, seu intentione ad loquendum moveatur; si movetur odio, vel amore, si per amorem Dei, vel amorem proximi, seu amorem sui; si pro utilitate temporali, seu spirituali, si pro delectabili, utili, vel honesto.

Div. Xprom: nisi mulier loquta esset ad serpentem, nisi verba dixisset quæ ei minime conveniebant, damnum non accepisset, viro non dedisset, ille non comedisset. Eccl. cap. 5: in multis sermonibus invenietur stultitia. ne temere quid loquaris, neq; cor tuum sit velox ad proferendum sermonem, coram Deo; sin pauci sermones tui. S. Bonabent. ait hic: quia loqueris coram Deo, qui exiget rationem de omnibus; vix potest esse, quod, qui loquitur multa Deo non displiceat.

S. Ambr:

Retine verbum, quod non edificat audientes, quia, qui otiosum verbum non reprimit, cito ad noxium trahitur. S. Bern: quod si de omni vel otioso verbo quocumq loqui fuerint homines, Deo sunt reddituri rationem in die Judicii; quanto districtius

de

De verbo mendacii, mordaci, et iniurioso, de elato, vel lascivo, de adulato, vel detractorio iudicabuntur.

S. Bonab: quoties ergo utilia, et edificatoria loquimur, Spiritus Patris coelestis est in nobis: in eis autem, qui scurrilia, ac carnalia verba loquuntur, Patris infernalis Spiritus loquit.

D. Xpiom:

Os habes spirituale, obsignatum Spiritu Sancto cogita, quæ sit oris tui dignitas: cogita, qua mensa signatum sit os tuum, quæ contingat, quæ deguster.

S. Bernardin: data est homini lingua, ut possit per confessionem purgare peccata sua, et assumere SS. Sacramentum. O quantum sacrilegium putaretur, et esset, cum quis in Calice, in quo sumitur Christi sanguis, et corpus; putridum lutum poneret, et immundum! quam graviter igitur peccat, qui linguam suam, in qua Xpti corpus assumit, tot mendaciis, detractionibus, murmurationibus, blasfemiis, et cum similibus coinquinat!

Habes linguam, non ut comicis dictis incessas, sed ut Deo agas gratias. S. Bernardin: nocet tripliciter

1°. respectu Dei. 2°. respectu sui. 3°. respectu proximi. respectu Dei, quia gratiam Dei ab anima tollit. S. Bern: levis est sermo, sed graviter vulnerat. respectu sui. quia bonam famam amittit. Eccl. 5: honor, et gloria in sermone sensati. lingua imprudentis, suversio est ipsius. respectu proximi. quia gratiam hominum tollit.

Eccl. 20: ascensus arenosus in pedibus veterani; sic mulier linguata homini gravissima, scilicet, ad sustinendum.

Histor:

Narratur de quodam; quod, cum haberet uxorem suam in mari; dum iminente tempestate, clamatum esset a Nautis, quod graviora de Navi proiicerentur; ille exhibuit uxorem, dicens: quod in tota Navi non erat aliquid gravius lingua eius.

S. Bern:

Lingua maledicta, vipera est ferocissima, quæ lethaliter inficit tres uno ictu; illum, qui loquitur; de quo loquitur; et quem verbis scandalizat. S. Jacob: nihil medium habet lingua; aut grande malum, aut grande bonum. S. Greg: ostendit idipsum exemplum de Moniali, quæ post mortem suam, cum esset sepulta in Ecclesia, visa est ardere a Capite, usq ad renes; sed a lumbis, et deorsum, remanebat intacta.

Cuius causam assignat S. Gregorius; quod cum esset casta, et Religiosa in aliis, in lingua attamen fuerat vitiosa. Div. Chisostom:

Magis, quam pupilam oculi, linguam tuam custodias. Iustinian: nihil sic dissolvit mentem, compunctionem dissipat, confussionem adducit, denigrat honestatem, et interioris gustus dulcedinem tepefacit, sicut inanis, et pre sumptuosa loquacitas.

Histor:

Bellov. in vitis SS. PP. ait: cum quidam Senex iret ad B. Antonium invenit alios fratres, qui ibant ad eum, qui in navi, et in via multa loquebantur, et de diversis scripturis, et de opere manum. et alius Senex tacebat. cum pervenissent ad Sanctum, ait Seni: bonos fratres habuisti socios itineris? qui ait: boni sunt, sed habitatio eorum non habet ianuam; qui vult, intrat in eorum stabulum, et solvit Assinum. loquacitas enim facit hominem, sicut domum sine Ostio; Arcam, sine sera; Civitatem, sine Rectore; Navem, sine gubernaculo; Equum, sine freno.

S. P. Aug:

Ō lingua, ad Infernum, qui tibi credunt, conducis! S. Bonab: magis expressio fit de lingua, quam de alio membro, quod cruciatur, et affligitur in Inferno, quia ipsa in culpis est,

Est, quasi fomes totius iniquitatis! D. Chrysost: cum pectus tuum anhelat flamma sui criminis, et reatus; magis lingua in uritur, ardet, et ęstuat. S. Bernardin: qui considera tus est ad loquendum, sentiet mala, scilicet, vel temporalia, vel corporalia, aut spiritualia, seu ęterna.

Math. 12: ex verbis tuis iustificaveris; et ex verbis tuis condemnaberis.

Hist:

In Vitis PP. de Abbate Sisoi scribitur; quod cuidam Monacho, dicenti: volo animam meam salvare, responderit: qua ratione possumus animam nostram salvare, si lingua nostra apperto ostio sępe prossiliat?

Bellov:

Nota, quod adversarii nostri, multum infestant nos de peccatis linguę, quia ubi castum debilius invenitur, ibi fortius impugnatur. unde frequentius tentamur de peccato linguę, quam de aliis; propterquod vitium linguę, vigilantius est cavendum; quia ubi magis insistit robur obsidentium, ibi vigilantius, et fortius est cavendum. Iustinia: est ianua, per quam sępe Diabolus ingreditur ad cor. Lyra: facilius capitur homo in verbis, quam in factis. S. P. Aug: faustum Manicheum sequenti afficit epitheto; Magnus erat laqueus, et multi implicabantur in eo. S. Bernardin: quodcumque peccatum ore fiet, oris inquinatio est. peccatum oris, nihil aliud est, quam quędam excitatio Diaboli, vel creatio, ac quoddam sputum eius, quod spuit in os male loquentis. Iacob. 3: lingua ignis est. S. P. Aug: quotidiana fornax nostra, est humana lingua. S. Doroth: considerate, quęso, ut ab unico verbo, tam ingens malorum, et vehemens incendium erupit.

Discurs. 28.

De Domo, et Ecclesia Dei

Levit. 19:

Pavete ad Sanctuarium meum. Sanctuarium meum metuite,
ego Dominus.

S. Bonab: dicitur Ecclesiam sanctificari, quia sanctis ope-
ribus mancipatur, scilicet, orationum frequentationi,
lectionum recitationi, divinę laudis dedicationi, et
veri saccrificii oblationi.

S. Bernard:

In loco isto vere Dns est, ubi in eius nomine
Angeli simul, et homines congregantur.

Abulens:

Nullus tamen est locus, in quo magis
eum, in reverentia magna habere
debeamus, quam Saccratissi-
mum corpus Redemptoris;
cum nihil sit, in quo ma-
nifestior Dei presentia
apparet.

Xpstomi:

Qui naturam nostram, excelencia sua longe superant, tanta revere-
ntia, et observantia sepulchro assistunt: nos non ad sepu-
lchrum inane, sed ad ipsam mensam, in qua agnus
possitus est adituri, cum tumultu, acturbatione ac-
cedimus? et quę nobis
dereliquo venia spe-
randa erit?

S. Nilus:

Ecclesiam, ut Cœlum adi: nihil in ea aut loquere, aut agere, quod terram sapiat.

S. Bernardin:

Ille cubiculum suum intrat, qui omnes humanos sensus ad interiora revocat: ille quoq; os suum claudit, qui cordis cogitationes, ne extra vagentur, frenat. Aug. Card: notandum, quod locus saccratus Deo, et benedictus aptior, et utilior est ad orandum, 1º quia ibi magis excitatur devotio, et ferventior fit oratio.

item; quia Dns domum sibi dicatam et habitantes, et psalentes in ea, quadam speciali gratia custodit, et visitat.

Ecech. 43:

Locum benedictum, Demones magis horrent; et Angeli fovent, et habitantes, et psalentes in eo.

S. Ignat. Mart:

Omnes ad orandum in eodem loco convenite: sit una communis precatio, una spes in Charitate, et fide inculpata in Xptum Jesum, quo nihil prestantius est: omnes velut unus quispiam ad templum Dei convenite, velut ad unum altare, ad unum Jesum christum Sacerdotem.

Gerson:

Sanctius, et Deo placentius, et fructuosius est, regulariter orare Deum in templis, et locis sibi dicatis, quam in aliis.

Imperf:

Quanto maiora beneficia hominibus sunt constituta, tanto maiora peccantibus iuditia sunt preparata.

Concil: Parisien:

Multi Ecclesiam ingressi, non ad Deum puram, simplicemq; orationem dirigunt; quoniam, quod ore precantur, hoc etiam mente non meditantur. cum enim ubiq; Deus sit, in suo tamen templo specialiter debet requiri; et quantum ipse inspirare dignatus fuerit, inibi, quod ei placet, debet expeti. S. Basilius:

Hic magnae sunt nobis possessiones; hic omnis spes nra sita est.

S. P. Aug:

Qui in infirmitate ad Ecclesiam concurrit, et corporis sanitatem recipere, et peccatorum indulgentiam merebitur obtinere.

Ezech. 8:

Vidi abominationes pessimas, quas isti faciunt. S. Amb:

Eos (irrecurrentes) cum parvo peccato ad Ecclesiam venire, et cum peccatis multis de Ecclesia recedere.

§. Carl. Borrom: O nimiam miseriam! quantum amissimus, et retrocessimus a bonis, morum nostrorum institutis, sanctisq; ipsorum moribus. S. Th. a V. nº: quanto sanctiora sunt templa, et sacratiora; tanto deteriora, et graviora sunt sacrilegia! audiat hoc omnis homo.

S. P. Aug:

Isti, qui ballationes, et saltationes ante ipsas Basilicas exercere non metuunt; et si Christiani ad Ecclesiam venerint, Pagani de Ecclesia revertuntur. S. Hieron: timeo, ne quando per risum introimus Ecclesiam; sic de nobis rideat Deus; sicut scriptum est: qui habitat in Coelis irridebit eos, et Dns subsanabit eos. Sophon. 1: visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum Dni Dei sui iniquitate, et dolo:.

Dion. Carth: hi sunt Sacerdotes, et Clerici, qui in Ecclesia opus Dei faciunt fraudulenter; et horas imperfecte, curioseq. persolvunt; qui oculis vagui, et sensibus incustoditi, menteq. vani, ac garruli aliis malum prebent exemplum; quod, et de vulgo accipi potest; scilicet his, qui divino officio indebite, et irreverenter assistunt; et presertim de his, qui in templo Dei, saccris, vel locis, secularia, atq. illicita tractant, emunt, vendunt, vel mulieres aspiciunt. horum damnatio iusta est in die illa, idest in die Iudicii.

S. Bonab:

Templa Dei sunt veneranda; et ea, qui sunt negotiationis, voluptatis, cupiditatis, contentionis ex eis eiicienda.

S. Bern:

Omnium nostrum inflamanda corda, ad Zelum

Ho Zelum divini cultus in templis Dei; maiorem Zelum osten
dit contra inhonorantes dominicum
templum, quam contra suos
crucifixores, et quoslibet
alios sceleratos.

Dion. Carth:

Qui in Ecclesia lasciui circunspiciunt,
nonne de domo salutis, locum
sibi faciunt damnationis?

S. P. Aug:

Quia templum Dei sumus, et Spiritus
Dei habitat in nobis; quoties
aliquod peccatum, aut
cogitando, aut loque-
ndo, aut etiam op-
erando, perficimus, tem-
plum Dei destruimus,
et ei, qui in nobis
habitat, iniur-
iam irrogamus.

J. Hist:

Cunfundirse deben los que se precian de Catholicos; con lo que
se sabe hacian los Paganos, llevados del Celo de sus vir-
tudes morales. Assi escribe Seneca; que en el ti-
empo, en que dedicaban a sus Dioses los
sus divinos oficios, ponian a uno,
que en alta voz decia a todo
el Pueblo, la modestia y
silencio, con q reveren-
tes avian de asistir a su culto, y decia: Favete linguis, silentium observate.

Interlin:

Magnum est Ecclesiam intrare, sed sine offenssione pedum, ac affectuum.

S. Eucher:

Intraturus edes saccras, foris primum depone graves curarum catenas, et absoluto corde, absolvendus ingredere.

S. P. August.

Ut filias meas charissimas moneo; iuvenilia dessideria fugire: Nuptę, Susanam; viduę, Anam; Virgines, Mariam cogitate, ne in publicum propterea procedatis, ut florem foeni vestri oculis hominum ostentare cupientes in domo vitę, mortem queratis: stricte iterum dico: iuvenilia dessideria fugire.

Paroemia.

Si cor non orat, frustra tunc lingua laborat.

Discurs. 29.

De Ecclesiast. et Clericis Sacer-

Levit. 20:

Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dñs, et separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei. Imperfect: vere magna confussio Sacerdotum; et omnium Clericorum, quando Laici inveniuntur fideliores, ac iustiores. quomodo autem non sit confussio, esse illi inferiores Laicis, quos etiam esse equales, magna confussio est.

S. Bernardin:

Dicitur Sacerdos, quasi sacrum dans, quia a Dño sacra suscipere debet, quę, et ipse Populo dispenset.

D. Xptom:

Necesse est, Sacerdotem sic esse purum, ac si in Coelis ipsis collocatus, inter Coelestes illas virtutes medius staret. S. Franciscus asserere solitus erat, quod si obviaret Angelo, simul, ac Sacerdoti, prius reverentiam debitam faceret Sacerdoti, quam Angelo Dei.

S. Diony. Areop:

Qui Sacerdotem dicit, augustiorem, prorsusq; divinum insinuat virum.

S. Bernardin:

Sunt honorandi Sacerdotes, ratione dignitatis; sunt enim

Sunt enim Vicarii Dei in terris, ut animas Christi sanguine redemptas servent, curent, et maxime spiritualiter pascant.

Div. Xpstom:

Quasi communis quidam totius Orbis Pater, Sacerdos est; dignum igitur est, ut omnium curam agat, omnibusque provideat, sicut Deus, cuius ministerio servit, et fungitur vice.

S. Ambr:

Ne sit honor sublimis, et vita deformis; ne sit deifica possessio et illicita actio.

S. Hieron:

Debet prorsus omnis illorum vita, omnium magisterium esse fidelium, atque sanctitatis speculum. Conc: Trident:

Nihil est, quod alios magis ad pietatem, et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt.

S. P. August:

Pascite Oves verbo, et exemplo: nolite eis Cœlum claudere: clauditis, dum non corrigitis: clauditis, dum male vivere ostenditis.

Origen:

Ante omnia Sacerdos, qui divinis assistit altaribus castitate debet accingi.

S. Th. a V. N.

Quid Sacerdoti decentius, quam decor, et puritas Castitatis? sit pius, sit fervidus, sit humilis, sit devotus; sit quid

Quicquid vis; si non est Castus, nihil est; altari non congruit.

S. Isidori.

Qui bene docet, et male vivit, videtur ut Cereus; aliis dum bonam exponit lucem prestare; se vero in malis suis consumere, atque extinguere.

S. Auguste.

O quam miser, et pusillanimis reputat Clericus, qui frequenter cum mulieribus conversatur.

S. Greg.

Qui Xpti corpus indigne conficit, Xptum tradit, ut Xptus, dum traditur, dicat; ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. sic ipse Dns Sancte Birgitte revelavit: tales Sacerdotes, non sunt mei Sacerdotes, sed veri proditores; ipsi enim et me vendunt, quasi Judas, et prod„unt, qui me sanctificare deberent ore suo, vendunt me: ipsi sunt deteriores Juda: Judas enim peccatum suum recognovit, et poenituit, licet infructuose sanctis illis Judaei vendidit…ent, et ostenderunt.

Idem.

S. Birgitte, dixit: sic isti maledicti Sacerdotes simulatorie accedunt ad me, quasi proditores; attamen ego idem, qui sum Deus, et Dns totius Creature in Coelo, et in terra venio ad eos, et iaceo ante eos in altari,

Verus Deus, et verus homo, postquam dixerint illa Verba: hoc
est Corpus meum: Venio ad eos, ut Sponsus, et voluntatem
Deitatis cum eis habeam; sed invenio in eis Diabolum.

S. P. Aug:

Gravius peccant offerentes in
Digne Xptum regnantem
in Coelis, quam qui eum
crucifixerunt ambu
lantem in terris.

S. Bern. dine:

Quapropter, sicut super omne hominum genus
propter hoc mysterium Deus vos honoravit,
ita et vos, eum super omnes diligere, vene
rari, et honorare, curate.

Anast. Synait:

Dic, age, si Cœnum manibus gestasses, auderesne regias vestes atti
ngere? quid dico? neq tuas vestes tangeres inquinatis mani
bus: cur igitur eum, quem vilibus vestimentis habes ho
norem, non eundem impendis Deo? S. P. Aug: sicut
horrescimus, ac timemus, Eucharistiam sordidis
manibus tangere; plus debemus ti
mere, ipsam Eucharistiam,
intus in anima pol
luta suscipere.

Histor:

Venerabilis P. M. Avila a Sacerdote quo
dam interrogatus, quisnam sit
modus ad Missam celebr
andam, se preparan
di optimus!

Respondit: optima præparatio est; si Sacerdos animo suo consideret, dicendo intra semetipsum: iam me recipio ad altare, ut Deum meum consecrem, ipsum manibus meis sustineam, cum ipso colloquar, et in pectoris mei triclinium eum recipiam: quisquis enim hoc considerat, timorem concipit, et reverentiam erga tantum Sacrum: accenditur in redditionem gratiarum, et laudum, in postulationem veniæ peccatorum, et ad refrenandum deinceps passionum motus, ne ipsum offendat, sed ponat fideliter ei obediat, et serviat.

Eccl. 7.

Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica Sacerdotes.

Auth. imperf.

Frequenter de homine malo, bona doctrina procedit. numquid propter vilem terram, pretiosum aurum contemnitur? sic, et vos doctrinam, non; sed aurum elegitur, et terra contemnitur: sic, et vos doctrinam accipite, et mores relinquite, si bene vixerint, eorum est lucrum; si bene docuerint, nostrum; accipite, quod vestrum est, et nolite discutere, quod alienum est.

Rup. Abb.

In Sacerdote, sicut maius est peccatum, ita, et maius redundat iuditium; et ideo; pre ceteris invehitur districtio sermonis pro fetici: ve homini illi, per quem scandalum venit.

Oleast:

Considera, queso, Sacerdos, quam gravia sunt peccata sacerdotii tui, quibus non instituitur Sacrificium expiatorium, sed severo Dei iuditio, punienda servantur: solum instituitur remedium peccator, quod velut homo communis, ex ... tantia committit.

S. Ambros:

Quod sumus professione; actione potius, quam nomine demostremus; ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen inane. Iustinian: quanto uniuscuiusque maior est status, tanto perniciosior est ruina; eorum maxime, qui sacrosancta Corporis, et sanguinis Christi mysteria tractant. D. Xpstomus:

Nota.

Non temere dico, sed ut affectus sum, et sentio; non arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salvi fiant, sed multo plures, qui pereunt.

S. Greg:

Cum Pastor per abrupta gradiatur, consequens est, ut ad precipitium grex sequatur: nemo amplius in Ecclesia nocet, quam, qui perverse agens, nomen, vel ordinem Sanctitatis habet.

falz-- g. 16.

S. Leo:

Falsæ professionis imagine utimur, si cuius nomine gloriamur eius instituta non sequimur. S. Aug: si peccaverit Populus, orabit pro eo Sacerdos; si autem Sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo? talem ergo opportet esse Sacerdotem Dñi, ut quod Populus pro se, apud Dominum non valuerit, ipse pro populo mereatur, quod poposcerit, impetrare. Caietan: labora opperando, ut omnibus modis instruantur de bonis. &c.

Carthusian:

Labora, sicut bonus miles Xpti, non parcendo tibi, neq corporalem quietem querendo. Hug. Card: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis, et ideo labora, quod est contra otiosos Prelatos.

Hug. de S. Vict:

Mundus Sacerdotibus plenus est; et tamen, si sit, qui bonum libenter audiat, non est, qui dicat. S. Greg: mores vestros aspicite; et si iam Dei operarii estis, videte. penset unusquisq quid agat, et consideret, si in Dñi vinea laboret.

Cassiodorus:

Gloriosa est scientia litterarum; quia quod primum est in homine, mores purgat; quod secundum, verborum gratiam subministrat: ita utroq beneficio mirabiliter ornat, et tacitos, et loquentes. quorum ars est facere de irato, benevolum; de suspecto, placatum; de austero, mittem; de adversante, propitium.

S. Hieron: describit Deus, qualis debeat esse Sacerdos, et quale officium habere debet; debet pacē facere inter alios, et multos avertere ab iniquitate. si Sacerdos delinquentes non corripit, Sacerdotis officium preterit.

Christus cum S. Birgita in hec verba de Sacerdotibus legitur conquestus: Iudas vendidit me antequam redemissem mundum: isti postquam redemi mundum, et non compatiuntur super sanguine meo, qui plus clamat vindictam, quam sanguinis Abel: Iudas vendidit me pro solis denariis, isti autem mercimonio, quia non accedunt ad me, nisi sperent sibi fructum. Oseas. 4: peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.

S. Hieron: Sacerdotes dissimulant, atque laudant peccata populi, ut plurime ad eorum questum afferantur victime, et ita populum spoliant, atque comedunt, de quibus Psalm. 13: qui devorant plebem, sicut escam panis. Hug. Card: manus enim Sacerdotum modo iniuncte sunt pice cupiditatis ad retinendum, que deberent esse iniuncte untione Charitatis ad largiendum. S. Bern: qui altari servit, de altari vivere debet. et subiungit: de altari vivat, non superbiat.

S. Greg:

Minime fratres, et amici mei, minime committamus, ut rerum earum, que nobis divino munere data sunt, mali oeconomi, et prepostери inveniamur, ne alioquin, dicentem Petrum audiamus: erubescite, qui aliena detinetis.

In Lege

Evang.ca Sacerdotibus status coniugalis interdicitur, idque non ob aliud, quam ne amore, et affectione sua cum Deo dividant, et cum filiis; neque soliciti sint de accumulandis divitiis, ut illis de bona hereditate prospicere possint: verumtamen astutus ille Serpens, videns illos carere affectu ad filios, quos non habent, eosdem ad

Ad inmoderatum erga Nepotes affectum solicitat, unde Poeta ait, et canit sic:

Cum factor rerum privaret semine Clerum,
Ad Satanę votum, successit turba Nepotum.

Discurs. 30.

de Elëemosyna.

Ad Chorint. 8:

Vestra abundantia, illorum inopiam suppleat. S. Ambr: natura omnia fecit communia; et hic mundus non est, nisi quasi quedam communis hereditas hominum; sed iure positivo appropriata sunt in particulari, et locum habeat in populis, meum, et tuum. Eccl. 4: eleëmosynam pauperis ne defraudes, id est, ait Carthusianus: iniuste non subtrahas pauperibus, quod tibi superfuit, et quo indigent ipsi. S. Amb: indigentiam panis est quem detines, nudorum vestimentum; quod recludis; pretium Captivorum, Pecunia, quam abscondis. ideo tot indigentibus iniuriaris, quos subvenire potes, nec subvenis. nam ideo Deus concessit uni multa, ut bonę erogationis premia consequatur. S. P. Aug:

Christus dicit tibi: da mihi ex eo, quod tibi dedi; quid enim

Attulisti, quando venisti? omnia, quæ creavi, creatus, hic invenisti. numquid tecum aliquid attulisti de meo? quero, da, et reddo. habuisti me largitorem, facito debitorem; parum est, dixi; habuisti me largitorem, fac me debitorem; habeam te feneratorem. pauca mihi das, plura reddam.

S. Hieron:

Quando damus, non demus, quasi de nostro, sed de dono Xpti. S. Ambr. non de tuo largiris pauperi, sed de suo reddis: quod enim commune est, in omnium usum datum, tu solus usurpas? omnium est terra, non divitum.

S. P. Aug:

Si tibi dicat Deus: te ipsum ego feci; quod vivis meum est; quod habes ego dedi, et ingratus es; auferam, quod dedi; nego, quod donavi; dimitto te, quem feci; et sine me, vive si potes. plus tibi dedi, ut haberes, unde pauperi dares. pauperi non dedi, ob hoc, ut te probarem; non quia ambobus non habui, unde darem, sed per pauperem volui te probare.

Lyra: facit enim pauperem, ut habeat meritum patientiæ; et divitem, ut subveniendo pauperi, habeat meritum misericordiæ.

Blesensis:

Sibi apud Deum pietatis ianuam claudit, qui

Qui viscera misericordiæ proximo mendicanti non aperit. S. A. Aug:
Dives, propter pauperem factus est; et pauper propter divi-
tem factus est: pauperis est orare, et divitis erogare;
Dei est, pro parvis magna pensare. S. Paulin: da
ad usuram pecunias tuas, sed Christo, et salu-
taris usura est.

S. A. Aug:

Demus in usura, sed Deo, non homini.
ei damus, qui abundat; ei damus, qui
dedit, quod demus. se promittit,
qui promittit. si amas illu,
eme illum ab illo; et tu no-
veris te ipsi dare; au-
dieum dicentem:

Esurivi, et dedistis mihi manducare; hic das, ibi recipis. quod
manducatis, perditis; et quod laboratis, relinquitis;
quod vero pauperibus erogatis, hoc firmiter pos-
sidebitis: quid vereris Christo commitere,
quod a latronibus vix poteris conserba-
re? nihil dives habet de divitiis su-
is, nisi quod ab illo postulat pau-
per; quia omnes divitiæ des-
sinunt, et hominem desse-
runt, exceptis illis, quæ
in manus pauperu
reponuntur.

Pœnitentia mutat hominem in melius; nec
ipsa videtur aliquid profutura, si ab ope
ribus misericordiæ sterilis fuerit. 2. ad
Corint. 9: hilarem datorē diligit Deus.

Eccl. 11: mitte panem tuum super transeuntes aquas. S. Bonav: mitte, idest, libenter, et liberaliter da; non per extorsionem, et quasi coactus: transeuntes aquæ sunt pauperes, et afflicti, qui per tribulationes transeunt ad requiem; talibus est eleëmosyna facienda.

S. Bernard:

Conditiones eleëmosynarii recensens, quatuor necessarias esse, dicit. 1°. iucundum affectum. 2°. hilarem vultum. 3°. suave verbum. 4°. promptum affectum, seu modum.

Prov. 3°:

Ne dicas amico tuo, vade, et cras tibi dabo, cum statim dare possis.

Senec: nihil carius emittitur, quam, quod cum multis precibus comparatur.

Div. Xptom: vera eleëmosyna est, sic dare, ut gaudeas te dare; putes q, te magis accipere, quam dare. S. Ambr: beata igitur est eleëmosyna, quæ accipientem reficit, et letificat erogantem.

S. Leo:

Similitudo amorem generat; ubi Deus curam misericordiæ invenit, ibi imaginem suæ pietatis agnoscit.

Nulla devotione fidelium magis Dns delectatur, quam ista, quæ pauperibus eius impenditur.

§. I. Aug:

Sola misericordia hominem deducit ad Deum. esurire pauperibus voluit, qui dives in Coelo est: et tu dubitas homo dare homini, cum scias, te Xptus dare, quod das; a quo accepisti quidquid das. Crisolog: O quid agit amor pauperis! gloriatur in Coelo Deus, unde pauper erubescit in terra.

Div. Xptom:

Proh! quanta paupertatis est dignitas! Dei personam induit; in paupertate absconditur Deus; pauper manum extendit, et accipit Deus.

Prov. 21:

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur: munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam. S. Ambr: quamvis offensus Deus, quamvis criminibus provocatus, cogatur erogare eleëmosynis, quem disposuerat punire peccatis.

Carthus: munus absconditum, idest, eleëmosyna data secrete intuitu Dei, non ad laudem humanam extinguit iram Judicis summi.

Salvian: ut alios relinquatis divites, vos æterna mendicitate damnatis. S. Ambr: melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in divitis sacco: cave, ne intra loculos tuos includas vitam pauperum.

Propopositio: si non pavisti, occidisti. S. P. Aug: si dederitis voluntarie, plus semper Dns dabit vobis: si non dederitis, quanticumque pauperes in quibus locis habitatis, fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum rei eritis. insuper immittet vobis Dns pestilentiam, et famen, et perdetis totum, quod habetis, necnon, et animas vestras.

S. Ambr: sola misericordia comes est defunctoru.

Div. Chrisost: Eleëmosyna absque virginitate, suos alumnos introduxit in Coelum; quod virginitas absque eleëmosyna minime potuit. beatus, qui foenerando pauperi, ipsum sibi iudicem constituit debitore.

S. P. Aug: via Coeli est pauper; da in terra Christo, quod tibi reddat in Coelo.

Div. Crisolog: da homo pauperi terram, ut accipias Coelum: da nummum, ut accipias regnum.

S. Bernardin: Beatus plane homo, de cuius domo numquam vacuo sinu pauper exivit.

S. P. Aug: Fratres mei charissimi, numquam recordor me legisse, mala morte periisse illum, qui libenter in hac vita

Opera Charitatis, vel pietatis voluit extruere: habet enim multos intercessores pius homo. Arelatens: quod Christus in pauperibus esurit, nobis proficit.

Seneca: non tullit gratis, qui cum rogasset, accepit. nulla res carius constat, quam, quę precibus empta est.

S. Thom: tuba canere, est pompa vanę laudis appetere.

Jansen: adeo secrete eleëmosyna facito, ut ne familiares quidem tibi conscii sint eius, quod agis.

D. Xptom:

Possibile est, te ipsum quoque ignorare, quod facis; sit tibi hoc prorsus in studio, et si fieri queat, nec manus, quibus id peragitur conscię sint.

S. Bernardin: non est Deo ingrata eleëmosyna, quę videtur; sed, quę propterea fit, ut videatur.

Hug. Card:

Adversus inimicum tuum, id est, Diabolum, scutum est ad protegendum, lancea ad impugnandum: sic eleëmosyna, et protegit contra iacula Diaboli, et impugnat, et debilitat vires illius.

S. Greg: non est vacua manus a munere, cum arca cordis repleta fuerit bona voluntate.

De Eleëmosyna.

Aug. Victorin:

Non parce seminat ille, qui parum largitur, si animus sit promptus dare, si plus haberet. S. P. Aug: Deus coronat bonam voluntatem, quando non invenit facultatem.

Cessar. Arelat:

Non copia largitatis pascitur Dns, sed benevolentia largientis.

Dion. Carth:

Non per respectum ad magnitudinem rei oblatæ in se, sed per respectu ad interiorem devotione.

S. Gregori:

Nihil offertur Deo ditius, bona voluntate.

Div. Xptom:

Non paucitatem oblati, sed copiam affectus, intuitus est Deus. S. P. Aug: eleëmosyna cordis multo maior, quam eleëmosyna corporis; Charitatis eleëmosyna sine terrena substantia sufficit tibi. Xptom: da indigenti, si minus habueris, vel suspiriu si profers, omne tribuisti; nam insomnis ille oculus videt; te dedisse, quod habueras.

Div. Crisolog: insistamus orationi, vaccemus ieiunio, insistamus misericordiæ. S. P. Aug: si potes dare, da; si non potes, affabilem te presta. si corde miserearis, etiam si non habeas, quod porrigas manu; acceptat Deus eleëmosynam tua. Deus indubitant tribuit bonæ voluntati, quod defuit facultati. ait Bern

Discurs. 31.

De dilectione inimicorum.

S. Math. 5.

Si diligitis, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et Ethnnici hoc faciunt?

Tertul: iubemur diligere inimicos quoq, ut hoc sit perfecta, et propria bonitas nostra, non communis. amicos enim diligere omnium est; inimicos autem solorum Christianorum.

S. Ambros.

Sup. charitas patiens est, benigna est, non emulatur. ait: si patiens est, debet patientiam ververanti; si benigna est, non debet respondere maledictis: si non querit, que sua sunt, non debet resistere diripienti: si non emulatur, odisse non debet inimicum.

S. Petrus Dami:

Super. qui vult venire post me, sicait: duo notabilia sunt, que in hac crucis portatione, nos habere opportet: ut lesi non ledamus, et benefaciamus ledentibus.

S. P. August.

In peccatis dimittendis, et si non moveat nos amor offendentis, saltem vel moveat authoritas admonentis. qui solos amicos diligunt, in hac parte, Publicanis, et gentibus, et bestiis similes sunt: ut ergo superiores simus et gentibus, et bestiis, etiam inimicos, et adversariòs diligamus.

De dilectione Inimicorum.

Imperf:

Qui amicos diligit, propter se diligit, non propter Deum; et ideo nullam habet mercedem; delectat enim eum ipsa dilectio; qui autem inimicum suum diligit, non propter se diligit, sed propter Deum: ideo magnam habet virtutem, qui contradicit motibus suis.

S. Gregor:

Virtus est coram hominibus adversarios tolerare; sed virtus coram Deo, diligere; quia hoc solum Deus sacrificium accipit; quod quidem ante eius oculos in altari boni operis flamma Charitatis incendit.

S. Ambr: inimicum diligere, quid aliud est, quam optare dessinere illum ab odio, et nihil asperum querere adversus illum? hoc est amare illum: ea illi optare, per quem Deum habeat propitium: hec est coelestis iustitia, hec Deo Patri similes facit.

Marc. Marcel:

Non summis viris equandum, censeo, sed Deo similimum, iudico. S. Cypria:

si attolis oculos, videbis, nihil aliud, Deum, et Angelos meditari, quam ad salutem, et poenitentiam peccatores provocare.

Cum habeat in potestate vindictam, mavult diu tenere patientiam.

S. Antonin:

Nihil sic Deum placabilem facit, sicut malignis, et laedentibus esse placabilem; et per consequens Diabolo est molestior, quia magis se per hoc homo elongat ab eius similitudine, qui obstinato odio homines persequitur.

S. Prosper:

Orandum pro inimicis, ut aut obtineatur eorum conversio, aut in nobis divinae bonitatis inveniatur imitatio.

S. Cessar. Arelatens: David licet multis virtutibus fuerit exornatus, nulla tamen eum actio familiaris Deo coniunxit quam dilectio inimicorum suorum. S. Bern: opportet id, quod ad imaginem est, cum imagine convenire, et non in vanum nomen imaginis participari: praesentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis.

S. Leo:

Ideo filius hominis est factus, ut nos filii Dei esse possimus.

S. Greg:

Omnia dona excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet filium et homo Deum nominet Patrem.

S. Aug: quanta gratia, quod nos, qui servi digni non sumus, inimicorum dilectione filii Dei efficiamur.

Div. Chrisost:

Jesus autem dicebat: Pater dimitte illis: non quia non posset ipse relaxare, sed ut nos pro persequentibus orare doceret, non solum verbo, sed et opere.

S. Bern:

O inestimabilis dignatio Redemptoris! O incomprehensibilis sui amoris et oris, qui flagellis cessus, spinis coronatus, clavis confossus, patibulo affixus, opprobriis saturatus, omnium tamen dolorum immemor, ait, Pater ignosce illis!

S. Bern. din:

Signum est perfectissimum, et meriti maximi, si iniuriantem corde diligis, ore gratiam pro eo a Dno exposcis in oratione, et opere etiam extra necessitatem utiliter ei deservis.

S. Gregor:

Conditoris auribus, illa maxime oratio commendatur, qua pro inimicis quoq intercedere nitimur. quid est, quod Samuel, Moyses, et Elias in postulatione aliis preferuntur, nisi quod isti tantum in serie veteris testamenti pro inimicis orasse, leguntur? Moyses a populo lapidibus impetitur, et pro lapidantibus deprecatur. Samuel a principatu eiicitur, et ait, absit a me, ut cessem orare pro vobis. Elias etiam oravit pro Acab inimico suo.

Histor:

Quantum grata sit talis Deo erga inimicos excessiva Charitas patet exemplo B. Bernardi primi Socii B. Francisci, de quo legitur; quod cum prope obitum esset, raptus supra seipsum in extasim, in se reversus ad fratres, ait: Deo gratias mecum agite, fratres, quia misericors Dn̄s a pena purgatorii me absolvit; nec vere dicere possum, quia fuerit frater minor, nisi in uno tantum: cumq́ quod esset illud unum, fratres inter se rogarent: ait: Illud unum est, quod nunquam offendit me homo, quin specialis mihi amor quidam nasceretur in Corde ad illum magis diligendu͡z, quam ante.

S. Ambr: beatus, qui male dicta non sentit: beatus, qui maledicta non permovent.

S. Leo:

Magis plangendus est, faciens maligna, quam patiens; quia iniustum malitia sua demergit ad penam; iustum autem tolerantia ducit ad gloriam.

Histor:

In Annalibus Ecclesiast. de Monacho quodam legitur; quod dum ad mortem usq́ infirmaretur, vultu semper sereno

Permanserit, atq sine ulla perturbatione, suum ad aliam vitam transitum imminenter, expectarit, haud secus, ac si litteras securitatis de Paradyso possidendo habuisset. videbatur q. velut alter quidam S. Laurentius, iam, iam dicturus esse: gratias tibi ago Dne, quia ianuas tuas ingredi merui: cum ecce unus Monachorum ad eum accessit, monens illum, ut time-ret, et toto Corpore contremisceret, potius memor, videlicet, quantum disciplinam monasticam abhorruisset, quamq vitam regularem duxisset negligenter. cui moribundus respondit:

Verum quidem est;

Nevalde inter vos negligenter conversatum fuisse; vobis tamen manifestum esse velim; Angelos Dni in hac ipsa hora, Chortam ad me tullisse, in qua peccata mea scripta erant; iisq mihi prelectis, me interrogasse: num ea, a me commissa fuisse ultro faterer, et agnoscerem: quibus affirmative quidem respondi; monens tamen, ut pariter memores essent, numquam me aliquem temere iudicasse, neq ullius recepte iniurie diuturnam fovisse memoriam aut vindictam;

Ac proinde induvitatum mihi esse, futurum fore, ut circa me adimpleretur illa eterne veritatis promissio, qua dicitur: nolite iudicare et non iudicabimini; dimittite, et dimittemini. quibus dictis, Angeli folium, in quo peccata prescripta fuerunt, dilacerarunt; et ego letus, et securus ad Coelum me recipio: iisq verbis dictis expiravit.

S. Fulgent. 9.17.

S. Fulgent:

O Charitatis debitum bonum, debitum sanctum, debitum coelestibus refertum commodis, debitum sempiternis plenum omnino divitiis. magna, fratres, hoc debito lucra conquirimus, immensa commoda tali foenore comparamus; dum enim Charitas a nobis redditur, et debetur, omnis nostra iniquitas remittitur, et deletur.

Histor:

In Catechismo exemplorum, refertur; vidua quedam unicum habebat filium nobilem, iuvenem, multarumq opum heredem; quem dum quidam occidisset inimicus, atq in fuga constitutus, ministros Justitie sibi immine-re, adverteret: Mater Occisi eum iam iam capiendum videns, atq interius Dei precepto, quo inimicos amare, iisq benefacere, iuvemur, stimulata; homicidam periculo eripuit; equum pecunias, omnium q alia necessaria sub ministrando, ut securius omne evaderet periculo. quod, cum fecisset, ingressa est Oratorium suum, et pro filii anima oravit: cui oranti astitit filius, luce ornatus, matremq sic affatus est: cum inimico pepercisti, et pro me orasti, mater mea vere effecta es, plusquam, cum me genuisti; insigni enim tua Charitate, et oratione, a Deo obtinuisti veniam meorum peccatorum, et indulgentiam consequutus sum multorum annorum

Qui mihi remanebant in purgatorio exolvendi: sicq; in matris oc
ulis in Coelum ascendit; de qua illud astrui
potest, quod de S. Monica legitur: dupli
citer Mater, quia cum mundo, et
Coelo peperit.

S. Leo: sed dicit aliquis: tanta mala me inimicus
meus compulit sustinere, ut eum nulla ratio-
ne possum diligere.. attendis, quid tibi
fecerit homo, et non attend-
is quid tu feceris Deo? si
conscientiam diligen
ter discutis, et inq-
uiris; sine ulla
compensatione, maiora tu com-
misisti in Deum peccata, qu-
am in te commiserit homo;
et qua fronte vis, ut Deus
tibi dignetur dimitte-
re multum, cum tu
non aquiescis di-
mittere paruz?

S. Bern:

Non absq; dubio tenendum est, quod in mortali existens, indulgen
do aliis, multum ad se trahit misericordiam Dei, et seipsu;
ad Charitatem vehementer preparat,
et disponit.

S. P. Aug: multa sunt genera eleëmosynarum, quę
cum facimus, adiuvamur, ut dimittantur no
bis peccata nr̃a; sed ea nihil est maius,
quę ex corde dimittimus, quod in nos
quisq; peccavit.

Hug. Card: tibi peccata solventur a Dno, sicut cera solvitur ab igne, et glacies a sole. Dns, et Sol, et ignis est. S. Jacob. 2: iuditium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam.

S. Valerian: primus dilectionis gradus est, Charitatis affectum amicitiis nutrire; integre autem dilectionis est cumulus, odium amore recompensare.

S. Franc:

Ille veraciter diligit inimicum suum, qui non dolet de iniuria, quam sibi fecit, sed de peccato animę suę uritur propter amorem Dei, et ostendit ei ex operibus dileccionem.

S. Berndin:

Signum largissimę indulgentię est, et magni meriti, quod offensus non expectet, quod ab offendente indulgentia requiratur, sed preveniat offendentem, et ab eo humili corde, et ore, et humili genuflexionis signo veniam petat. Div. Chisostom:

Queris, si tibi iniuriatum est a fratre; utrum debeas eius amicitiam querere? dico, quod sic, ut duplicem gloriam consequaris, scilicet, quia iniuriam passus es, et indulsisti, et quia prior rogasti.

S. Thom. a V. nova: tolle malitiam a fratre, et non te persequetur, non tibi mali faciet, sed quomodo? ciba illum, ait Apost.

hoc enim faciens carbones ignis congere super caput eius; accendetur Charitas, et destruetur malitia, et cessabit inimicitia, et erit frater, quem inimicum putabas. noli vinci a malo, sed vince in bono malum, ut ait Apost. certamen enim est magnum inter fratris malitiam, et tuam bonitatem; certa viriliter, ut beneficiis vincas illum, qui te aggreditur incommodis: grandis enim tibi gloria est, si in hoc certamine victor evaseris; et grandis est confusio, si superatus fueris.

O quanta gloria coram Deo, et hominibus, et coram ipsis inimicis, videre illum confusum, verecundantem, non audentem aspicere, et attollere oculos ad faciem tuam dolentem, quod tan bonum hominem persecutus fuerit.

S. Luc. 1.

Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium, qui oderunt nos. Imperf: puto, quod Xptus non tantum pro inimicis nostris illa mandavit, quantum pro nobis: non quia illi digni sunt, ut diligantur ab aliquo, sed quia non sumus nos digni, ut aliquem odiamus.

Plutarch:

Recte dictum est ab Antisthene Philosopho: ad tuendam salutem opus esse, aut ingenuis a

Ingenuis amicis, aut accribus inimicis: propterea, quod illi, dum admonent peccantes; hi dum male dicunt, revocant a vitiis; sed, quia ad libere admonendum pene vocem amissit amicitia, superest, ut ab inimicis veritatem audimus.

Hug. Card:

Utiles sunt (inimici) nobis, qui addu-cunt nos ad portum, quia debita nrã persolvunt.

S. Valerian:

Qui inimicum diligit, seipsum diligit.

S. P. Aug: sicut homo vincitur humana faelicitate; sic Diabolus vincitur inimici dilectione.

Paulus de Palat:

Si illum irrito, persequi me perget; dignum igitur est, ut beneficia, etiam nolenti obtundam. ut vel hac ratione mihi incommodari dessistat. interrogans cuidam Philosopho; quo facto ulciscar inimicum? respondit: si ipse probus, honestus que fias.

Plane deponet furorem, qui furorem Dei in morte, iuditio, et inferno novit explicandum, et in non remittentem effundendum.

Prov. 19:

Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria eius est iniqua praeterire.

Histor:

Marcus Cato, ab insolente aliquando percussus, iniuriam se recepisse negavit: quia melius putavit, non agnoscere (verba sunt Senecæ) quam vindicare. nihil iniquis post tantam petulantiam mali factum est? imo multum boni: cepit Catonem nosse; magni animi est, iniurias despicere.

Idem Seneca:

Non est magnus animus, quem incurvat iniuria. proprium est magnitudinis veræ, non sentire percussum.

Aristot:

Magnanimus non est, memor mali accepti.

Seneca

Si magnanimus fueris, numquam iudicabis tibi, contumeliam fieri de inimicis. dices: non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit; et cum illum in potestate tua videris; vindictam putabis, vindicare potuisse.

Eccl. 41: Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit, quam mille thesauri pretiosi.

S. Greg. Nissen:

Dedecus est viro prudenti, non sane convitiantem audire, sed ea, quæ dicuntur convitia retorquere.

S. P. Aug: non potes nocere inimico, quin tibi noceas. quod malitia tua alteri non noceat, fieri potest; sed, quod tibi non noceat, fieri non potest. solum ex hoc, quod odium portat, nocet multum sibi ipsi; quia, et peccat, et remissionem peccatorum preteritam evacuat, quo ad fructum.

Div. Xptom: corripe iram, extingue furorem; sive quis efficiat iniuria, sive contumelia; lacrymis illum prosequere, ne indigneris tu, condole, ne exacerberis, ne dicas, in anima patior iniuriam. non est in anima iniuriam patiens, nisi nos ipsos in anima iniuria afficiamus.

Convitiis te quispiam, et contumeliis affecit? te nihil in anima lesit, sed nec in Corpore: tu te ipsum in anima lesisti, eorumque, que dixisti, illic penas subiturus.

Joan. 2: qui odit fratrem suum, in tenebris est, et in tenebris ambulat, et nescit, quo eat, quia tenebre obcecaverunt oculos eius. S. P. Aug: expavesce, vel quando dicitur: qui odit fratrem suum homicida est: gladium non eduxisti, non vulnus in carne fecisti, non corpus plaga aliqua trucidasti; cogitatio sola odii in corde tuo est, et teneris homicida. reus es ante oculos Dei; ille vivit, et tu occidisti; quantum ad te pertinet, occidisti, quem odisti. S. Ambr: peccanti in te, non retribuas secundum culpam, sciens, quod in te

De dilectione inimicorum.

Venturum est iuditium; nam non habebis indulgentiam, nisi alteri donaveris: odium enim separat a Regno, a Caelo subtrahit, a Paradyso eiicit.
§. Hieron: formidolosa sententia, si iuxta nostram mentem, sententia Dei flectitur, atque mutatur: si parva fratribus non dimittimus, magna nobis a Deo non dimittentur. Deuteron. 32: mea est ultio, et ego retribuam in tempore. §. P. Aug: melius est, ut clames ore, et dimittas in corde, quam sis blandus ore, et crudelis in corde. §. Bernardin: sunt quidam sic donantes iniuriam, ut non ulciscantur, sepius tamen improperent. sunt autem alii, qui licet sileant, manet tamen odium alta mente repositum, et rancorem tenent in animo, quorum neutrum plena indulgentia est.

§. Hieron:

Potest unusquisque dicere, nil habeo contra eum; ipse novit, habet Deum iudicem; omnem simulationem fictae pacis evertit, dicens: si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.
§. Bern: quid miraris, o Cain, si non respicio ad te, quia divisus est in te, si manum devotioni, quid animam das livori? §. P. Aug: ibi dimittite, ubi Deus videt; aliquando enim homo dimittit ore, et tenet odium in corde, non timens oculos Dei: prorsus dimittite, quia, quod propter homines dimittitur, non apud Deum valet: quod autem propter Deum dimittitur, apud Deum valet, et apud homines prodest.
Quid ais? respondebis forte; per infirmitatem non possum. Sed profice, et age, ut possis, maxime, quia oraturus est iudicem, quem fallere nemo potest, qui acturus est causam tuam.

Discurs. 32.
De Paupertate.

§ Math. 5:

Beati pauperes spiritu. S. Hieron: ne quis autem putaret, paupertatem, quæ non numquam necessitate portatur, a Dño prædicari, adiunxit; spiritu: ut humilitatem intelligeres, non penuriam. unde pauperes spiritu sunt, qui propter Spiritum Sanctum, voluntate sunt pauperes.

S. Bernard:

Pauperes spiritu, idest, spirituali voluntate, spirituali intentione, desiderio spirituali propter solum beneplacitum Dei, et salutem animarum.

S. Basil:

Non semper laudabilis paupertas, sed quæ iuxta consilium Evangelii libera voluntate suscepta perficitur. non qui eget, omnino beatus est prædicandus, sed qui omnibus Orbis thesauris mandatum Xpti potius existimat. hos et Dñs beatos dicit. beati, inquit, pauperes spiritu; non qui pauperes sunt, hocest, inopes, sed qui paupertatem certa animi destinatione præelegerunt.

Theodoretus:

Hos ergo non aliter, quam imitatores Christi honoro; non aliter quam Christi imagines colo; non aliter, quam membra Xpti suscipio.

Discursus 32.

S. Franc:

Paupertas pro tanto est Regina Virtutum, pro quanto relictis Angelorum sedibus descendisti ad terram, ut ipsam posses Charitate perpetua desponsare, et omnes perfectionis filios in ipsa, et ex ipsa, et per ipsam producere; quia, et tibi cum tanta fidelitate adhesit, quod in matris utero, suum inchoavit obsequium, dum corpus animatum habuisti omnium minimum. sed, et Orientem ex utero impresepio sancto recepit, et stabulo; et conversantem in mundo, sic omnibus deprivabit, ut capitis reclinatorio faceret te carere. Idem:

O Dñe Jesu Christe, ostende mihi semitas tuę dilectissimę paupertatis: scio enim, quod testamentum vetus, novi fuit figura. illis promisisti, quia omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit. calcare, est contemnere: paupertas omnia calcat: ergo omnium est Regina.

S. Ambr: dives in regno, pauper in carne suscepit hanc pauperum carnem; non in divitiis eius, sed in nostra passus est paupertate.

Justinian:

Nutrix est confidentię, orationis adiutorium, peregrinationis exortatio, et perfectionis porta, sine qua nemo coram Deo in spiritu diu perdurare poterit. Aristomen: paupertatem esse lucernam, quę omnia mala demonstrat.

S. Bernar:

Volo te amicum pauperem esse; magis autem imitatorem. ille gradus proficientium est, ille perfectorum. Beda:

qui sanitate gaudet, dives est, et talem se, esse ignorat.

Idem: ingenium, memoria, vita, ipsius corporis sanitas, sensus, confirmatioq membrorum; cum hec salva sunt, et pauperes divites sunt.

S. Bern:

Quod martyrium gravius est; quam inter epulas esurire, inter vestes multas, et pretiosas algere, paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas dessiderat noster appetitus.

Iustinian:

Efficax ad exterminium iniquitatis est caminus purgans, et eliminans sordes vitiorum, iuxta illud Isaie: colligere in camino paupertatis. exterminat paupertas iniquitates per substractionem occasionum peccandi; quia sicut cum affluentia divitiarum crescunt, sic voluntaria paupertate minuuntur. familiaris res est, opibus humanum cor, ac libertate dissolvi: erumnis autem, ac paupertate ad semetipsum recolligi.

Justinian:

Valet enim paupertas ad iniquitatum exterminium per abscissionem vitiorarum radicum.

Eccles. 13:

Dives iniuste egit, et fremet; pauper autem laesus tacebit.

Prov. 18:

Obsecrationibus loquitur pauper; et dives effabitur rigide.

Justinian:

Cum quosdam pauperes aliqua reprehensibilia perpetrare conspicimus, illos minime despiciamus; quia fortasse quos superfluitas inquinat, caminus paupertatis curat, et abstergit.

magna tranquillitas est cordis nihil habere concupiscentiis secularis.

Idem:

Sicut pueros illos non incendit ignis, sed dissolvit eorum vincula; sic eorum, qui in paupertate gratias agunt, solvuntur vincula peccatorum, et non incenduntur avaritiae igne.

Idem:

Consolamini, consolamini, qui in sordibus paupertatis enutrimini, quia nobiscum est Deus in paupertate.

S. Joan. Climac:

Paupertas est abdicatio solicitudinum seculi, iter ad Deum sine impedimento, expulsio

Omnis tristitiæ, fundamentum pacis, munditia vitæ, quæ nos li-
berat omnibus curis vitæ transeuntis, et facit, ut
Dei mandata perfectè exequamur.

Eccl. 5:

Dulcis est somnus operanti,
sive parum, sive multum
comedat: saturitas autem
divitis non sinit eum
dormire.

Div. Chrysost: si intuere volueris animam hominis
aurum amantis, invenies eam, ut vestimentum
a decem millibus Vermium corrosam, ita
eam perforatam undique solicitudini-
bus, et a peccatis putrefactam, et
erugine plenam. verum non ta-
lis est anima pauperis volu-
ntarii; sed potius fulget
ut aurum, splendet, ut
gemma, efflorescit,
ut rosa:

Non est illic tinea, neque fur, neque so-
licitudo negotiorum huius vi-
tæ, sed sicut Angelus ita con-
versatur, non militat cum
hominibus, sed cum
Angelis, non ha-
bet thesaurum
terram, sed
Coelum.

Seneca: Quot Servi, tot hostes.

De Paupertate.

S. Joan. Clim: omnes ergo boni fideles divites sunt, nemo se contemnat; pauper in Cella, dives in conscientia: securior dormit in terra, quam in auro dives in purpura. Adagium: cui Deus non largitur panem, dat patientiam. Xptom: qui conscientiam puram habet, licet pannosus sit, et cum fame assidue luctetur; tamen beatior, et tranquilior est illis, qui inter delicias magnopere degunt. paupertas tantum est assylu, portus tranquillus; perpetua securitas, deliciæ periculorum expertes; voluptas sincera, vita tribulationum nescia; vita fluctuum ignara.

Idem:

Magna est vis eiulatus, quæ supernum evocat auxilium: timete qui cumque pauperes iniuria afficitis. habetis vos potentiam, opes, et pecuniam, et Iudicum benevolentiam; sed habent illi arma omnium validissima, luctus et eiulatus, illud ipsum iniuriam affici, e Coelis auxilium attrahunt. hæc arma domus effodiunt, hæc fundamenta evertunt, hæc integras gentes suvertunt. Prov. 22: non facias violentia pauperi, quia pauper est; neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dns causam eius, et configet eos, qui confixerunt animam eius.

Div. Crysolog: in obsequium divitis, migrat hinc tota Civitas, cum funus offertur: pauper vadit solus. feretrum pauperis precedit Angeloru psalentium multitudo. merito ei mox Angelica officia, merito divina deputantur obsequia, cui tan crudeliter negata sunt ipsa humanitatis extrema. qui calumniatur egentem, exprobrat Creatori eius. S. P. Aug: Dei dives est inops auri; qui auru non habet, virtute habet. Tertul: semper pauperes iustificat, divites prædamnat.

Discurs. 33.

De pace, et concordia.

S. Antonin:

Pax habet tres litteras. per P. representatur Pater. per A. amor Sp.s Sancti. per X, Christus Dei filius. ipse enim est pax nostra.

Damasc: Deo, ac diuinis rebus propinqui sunt, quicumq. pacis donum amplexari dicuntur. S. Basili: qui pacem querit, Xptum inquirit, quoniam ipse est pax nostra. S. Isidor: mordicus eam retine, coelestis enim est, ac Deo vicina. Naciance: nihil tan proprium est Dei, quan dissidia nescire, nam neq. in Deitate dissidium est.

S. Paul:

Nunc autem in Xpto Jesu, vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in Sanguine Xpti: ipse est enim pax nra, qui facit vtraq. vnum.

S. Bern:

Filius a Patre procedit, et venit in mundum, vt qui prius erat cogitatio pacis in corde Patris, fieret, et ipse pax nra in vtero Matris. S. Bonabent:

Stauit ei Dns testamentum pacis, vnde, et ad pacem faciendam in terris; et inter nos, et Deum venit filius de Coelis.

S. P. Aug: pax, spiritum specialiter Dei promeretur: pax dilectionis mater est: Pax, indicium est Sanctitatis:: omnibus-

Discursus 33.

Viribus pax est custodienda, quia semper in Dno manet, qui in pace sancta manet; et cum Sanctis Dei societatem habet. Histor:

Philipus Rex Macedoniæ, gloriam, brebi compedio enunciare volens, inquit: sufficit te, filium habuisse Alexandrum. eodem modo sufficit dicere: beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

S. Antonin:

Sublimitas pacis ostenditur fructu eius, seu ex premio, quod reprotnittitur, quia, scilicet, filii Dei vocabunt.

D. Xptom: diligentes pacem, Xpto sunt similes, qui est pax nra, qui fecit utraq unum, iuxta Apost: in Deo est summa quies, et nihil repugnans, et sic habent tales similitudinem Patris.

S. P. August:

Pax est testamentum filii Dei; et qui testamentum noluerit obserbare non potest concordiam cum Xpto habere. S. Paul: pacifici sunt, qui habent pacem secum, motus illicitos refrenando. S. Franc:

Illi sunt vere pacifici, qui in omnibus, quæ in hoc seculo patiuntur propter amorem Dni nri Jesu Christi in animo, et corpore pacem serbant.

S. P. Aug:

Qui pacem cordis, oris, et operis non habet, Xptianus dici non potest. qui in hac non sperat, in lubrico vitam, et pedem ponit; in tempestate

ndvem. 9. 18.

Navem collocat, in precipitio se illaqueat, in arena semen semi-
nat. S. Hieron: locus Dei non est, nisi in anima
que pacem habet.

Histor:

In Vitis PP. refertur sic: duo Senes erant in Cella una pari-
ter sedentes, et numquam inter se, vel qualemcumque
parvam contentionem habuerant. dixit unus ad
alterum: faciamus, et nos unam litem, sicut, et
alii homines. at ille alter dixit ei: nescio qu-
odammodo fit lis. dixit ei ille: ecce ego
pono laterem in medio, et dico, quia
meus est; tu dicis, quia non est tu-
us, sed meus; et ex hoc fit cont-
entio, et rixa. et cum po-
suissent laterem in me-
dio, dicente uno,
Quia meus est, ille alter primo responde-
bat: ego, meum esse spero. cum ille
alter, iterum diceret, non est tu-
us, sed meus, tunc ille resp-
ondit; et si tuus est, tolle
illum: quo dicto non
invenerunt, que-
admodum li-
tigarent.

Justinian: diligit hic spiritus unitatem, amat pacem, diligit concordi-
am; hunc, si suscipere cupis, nolli dissidere cum fra-
tribus; nolli divisus esse inte, concordent
inte voluntas, et ratio, caro, et spiritus.

Discursus 33.

S. P. Aug: tantum est pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis, atque mortalibus; nihil gratius soleat audiri, nihil dessiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inveniri. Idem: tu contenta in cunctis, tu ditior universis. Idem: quoniam Deus charitas est, per Charitatem fit, ut quod habent singuli, commune sit omnibus: sic enim quisque etiam habet ipse, qui amat in altero, quod ipse non habet.

S. Greg:

Omnes enim, qui per discordiam separantur, a viriditate dilectionis arescunt.

Iustinian: in persona Xpti, ait: quamobrem pacem vos, o amici mei domestici mei, meique corporis membra, diligite, quam relinquo: pacem custodite invicem, quam mando, do vobis: ipsam tanquam futurę beatitudini cautionem tenete.

S. Paul: pacem sequimini cum omnibus, et sanctificationem; sine qua nemo videbit Deum:: non est regnum Dei esca, vel potus, sed iustitia, et gaudium, et pax in Spiritu S.to

S. Albert Mag:

Pax autem ista sancta est, et fruuntur ea Sancti, et est tranquillitas, et quies cordis in gustu Dei quietanti omnia nri dessiderii inquieta, quę pax est, quam Dns dedit et reliquit Apostolis

§ Bonav:

Pax est Coeli linguagium, quia Christus illud idioma loquebatur, quando venit de templo; dixit enim Apostolis, pax vobis, post resurrectionem, quando erat immortalis. tale linguagium, etiam loquti sunt Angeli, qui sunt Coeli Cives; dixerunt enim in ortu Xpti: gloria &c. tale enim linguagium, loquebantur Discipuli, quia dictum est eis a Xpto: in quamcumque domum intraveritis, primum dicite; pax vobis.

§ Anselm:

Omnibus enim erit una voluntas, quasi nulla esset illis, nisi Dei voluntas; adeo erit omnibus plena concordia; et ideo, sicut illi nolunt aliud, quam, quod ille; ita ille volet, quidquid volent illi, et ideo filii Dei, et Dii vocabuntur.

§ Ephr: o quies, scala coelestis! o quies, via regni coelorum! o quies, compunctionis mater! o quies, poenitentiae conciliatrix!

§ Cypria:

Christus omnia dona sue pollicitationis, et premia, in pacis conservatione promittit. si heredes Xpti sumus, in Xpti pace maneamus: si filii Dei sumus, pacifici esse debemus.

S. P. Aug: pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium Charitatis. idem: plantare pacem radicitus Dei est; evellere, penitus inimici. amor fratris, ex Deo est: odium, ex Diabolo, constat.

S. Thom. à V. nova: cum fratribus querenda est concordia:: habete pacem, et Deus pacis erit vobiscum. neq; sufficit, si aliis sis pacificus, nisi fueris etiam tibi ipsi quietus. super quem, ait, requiescet spiritus meus, nisi super humilem, et quietum..

In vita B. Veronicę de Binasco legitur, Xptum ei sequentia revelasse:

Nunquam a mortalibus explicari posset, quam grata mihi pax sancta inter fratres reperta; quantumcunque divini fructus afferat.

S. P. Aug:

Malus mittitur contra eum, qui per loca periculosa vadit, cito cadit; sic ille, qui quotidie cum proximis suis contendit in scandalum cadit. Justinian: Charitatem fraternam, et pacem Simul convivventium, cunctorum incentor malorum Diabolus dirrumpere conatur; contentiones generare,

Inter Xpti serbos non dessinit. est contentio ignita Diaboli sagitta ad perdendas animas. O quanta iurgia, quanta odia ex contenciosis oriuntur sermonibus! pessimum malū est, contentioni vacare, per quam amicitiarum compago dissolvitur, et animorum dulce vinculum dissipatur. qui contentiosus existit, Diaboli ministeriū operat.

S. P. August:

Pacem suam nobis dabit, quando sine hoste regnabimus: pacem relinquit nobis, vt etiam hic invicem diligamus: pacem suam nobis dabit, ubi numquam dissentire possimus. antiquus hostis continentiam in nobis non timet, quia nec premitur carne, neq etiam lascivia dissolvit. Abstinentiam non timet, quia neq cibo vtitur. concordię autem nrę nimis insidiatur, quia quod ipse amissit in Coelo, facit, vt non servemus in deserto.

Idem:

Pax, Plevis sanitas, gloria sacerdotis, et patrię letitia et terror hostium, sive vissivilium, sive invisivilium.

S. Bern: lingua rixosa, veneno est plena, quæ si non fuerit castigata, omnes socios suos producit ad scandala. Prov. 18: labia stulti miscent se rixis, et os eius iurgia provocat. melior est buccela sicca cum gaudio, quam domus plena cum iurgio.

Raban:

Sine pace non suscipitur Sacerdotis oratio, nec plevis deprecatio. si ergo volumus velociter a Deo exaudiri, et gratanter munera nostra a Deo accipi, debemus unq in pace conversari. si illi, qui in pace debent vivere, incipiunt contendere, litigare, detrahere, ubi est vita tranquilla? ubi vita quieta? ubi vita pacifica? Ubi vita honesta? ubi vita modesta? ubi vita casta? ubi vita contemplativa? ubi An-gelica? Os stulti contritio eius, et labia ipsius ruina animæ eius. Prov:

S. Bern: sex sunt, quæ odit anima mea, ait Dns, et septimum, quod detestatur; videlicet eum, qui seminat discordiam inter fratres. maledictus homo, qui inter servos Dei discordias seminat; qui pacem, et concordiam rupit; adversum Deum facit; Xpro facit iniuriam, quoniam inter servos Dei seminat dis-

Discordiam. quare? quia Xptus est pax nra, qui facit utraq unum

Prov. 2:

Frater, qui adiuvatur a fratre civitas firma. S. August:

quietissimam vitam agerent homines in terra, si

hec duo verba a natura hominum tollerent:

scilicet; meum, et tuum.

Idem:

Non potest habere concordiam cum Xpto,

qui discors voluerit esse cum Xptiano.

Berchor:

Deus viros pacificos vissitat, et cum eis

spiritualiter habitat, et eorum con

sortium diligit, et frequentat.

Raban:

Concordia universum Xpti

corpus adunatur, regi=

tur, ac stabilitur:

qui autem cum proximis suis

non vult habere pacem, in

corpore Xpti nullam ha

bet societatem, nec iaz

ad eternam potest

pervenire requiez

S. Bern:

Que autem bona, nisi ordinata voluntas. quenam est illa, inquis?

profecto, que rationi consentanea est. Plutarchus hanc tra

dit eruditionem. et sicait:

Historia.

Scilurus Rex Scytharum, octoginta Liberos habens

masculos: cum esset moriturus; fasciculum iaculorum singulis porrexit, iussitq rumpere: id, cum singuli recussasent, eo, quod videretur impossibile: ipse, singula iacula exemit, atq ita facile confregit omnia; filios admonens his verbis: si concordes eritis, validi, invictique manebitis: contra: si dissidiis, et seditione distrahemini, invecilles eritis, et expugnatu faciles.

S. P. Aug: O pax, sine te Reges non regunt, sine te regna non valent.

Idem Plutarchus ait: Agesilaus a quodam percontatus, quam ob caussam, Spartha menibus non cingeretur? ostendit Cives unanimes. hi, inquit, sunt Sparthę Civitatis menia: significans, res publicas nullo munimento tutiores esse, quam virtute Civium consentientium.

Idem:

Nullum est aliud bonum excelentius, quam, ut concordiam semper constituat, amicitiamq inter Cives suos mutuam; contentiones, dissenciones, simultates omnes discutiat.

S. Bern:

Necessaria est in nobis virtus concordię: quod si ego volo facere voluntatem meam, iste suam, et ille suam; fiunt divisiones, oriuntur lites; irę quoq, et rixę, quę sunt opera Carnis. et sicut Apost. ait, qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur.

S. Albert. Mag: mundus dat extra, non intus: dat pacem falsam, sicut erat Iudas fallax osculus.

S. Ambr: nisi tu prius interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati, nec contentiones, dissentionesque ex affectu tuo prodeant, non potes aliis ferre medicinam. Hug. Card: in pace autem concurrunt hec duo: innocentia, qua nulli noceamus; et equitas, qua cunctis, ut equum est, subveniamus.

Idem:

Inquire pacem, id est interius quere pacem, scilicet, in conscientia; quia exterius non est, nisi bellum, et turbatio. unde Ioan. 26: in mundo presuram habebitis, in me autem pacem. Iustinian: necesse est, ut se preparet ad certamen, quisquis pacis suavitatem gustare dessiderat. S. Bonab: vera pax est ubi nil repugnat; et beati pacifici sunt, qui motus animi componunt, et rationi subiiciunt.

S. Bernardin:

Due sunt amice, Iustitia, et pax: tu forte unam vis, et alteram non facis; nemo enim est, qui pacem non velit; sed non omnes volunt operari iustitiam. interroga omnes homines. vis pacem? uno ore omnes respondent: opto, cupio, amo, volo. ama iustitiam, quia due amice sunt, iustitia et pax ipse se osculantur

Osculantur; si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipsa pax
nec veniet ad te.

Prov. 20: honor est homini, qui separat se a contentionibus.

Div. Xpiom:

Pax fratrum, voluntas est Dei, iucunditas Xpti,
perfectio sanctitatis, iustitię regula, magis-
tra doctrinę, morum custodia, atque in
rebus omnibus laudabilis disciplina.

Philosoph:

Non enim tantum est egregium, sci-
re vincere, sed etiam posse vinci;
pulchrum est, ubi victoria
est damnosa.

Justinian: necesse est, ut se preparet ad certamen, quisquis pacis
suavitatem gustare dessiderat. S.

S. Augustin:

Sicut nemo est, qui gaudere nolit, ita nemo est, qui pa-
cem habere nolit, quando quidem et ipsi, qui bel-
la nolunt, nihil aliud, quam vincere volunt:
an gloriosam ergo pacem, belando cupi-
unt pervenire. nam quid est aliud
victoria, quam subiectio repug-
nantium? quod cum factum
fuerit, pax erit.

S. Isidor:

Cum detrahatur tibi, tu ora; cum maledicitur tibi, tu benedic; maledi-
centi, benedictionem oppone; irascentem patientia deli-
nire; blandimento iracundiam furentis dissolve.
vince nequitiam bonitate. vince bonitate

Malitiam, inimicos pacis, omni modestia placa: mala aliorum tuo bono exsupera. tranquilla etiam mente, illatas contumelias prode.

Prov. tritum: si vis vivere in pace; audi, vide, tace.

S. Vinc. Ferr:

Opportet, ut fiat ista pax; scilicet, quod caro tanquam captiva humilietur, et subiiciatur Dominę, scilicet, animę: et hoc fit, quando homo cum vigiliis, ieiuniis, et aliis asperitatibus humiliat carnę: quia caro, ut captiva recalcitrat contra Dominam: sed quando sic affligitur, quasi lassa subiicitur animę: propter hoc inventa est pœnitentia ad faciendam pacem personalem in se.

S. Bernardin: pax vera est, concordiam habere cum moribus, et litigare cum vitiis. Histor:

Histor:

De Eremita quodam refertur: quod, cum vehementes pateret stimulos carnis, neque ullum iis pellendis a se invenire posset remedium, Sancti Patres Eremitę sequens illi adhibuerint antidotum: scilicet, quotidie ad illum convenientes, variis illum calumniis, conviciis, dicteriis, aliisq; persequutionibus agitabant: quod cū

Discursus 33.

Cum aliquanto tempore continuassent, hicq; predictus Eremita tota die, velut a se, a falsis accusationibus purgaret, velut falsas a se calumnias depelleret, totaliter fuisset occupatus: tandem eum, an adhuc stimulos carnis pateretur, interrogarunt: qui eis respondit:

Vivere non liber, et fornicari licebit?

Jerem. 46:

Quando fortis impegit in fortem ambo pariter conciderent.

S. Basil:

Contentiones a principio quidem exiles esse solent, et facile curantur; at procedente tempore aucte, insanabiles evadunt. S. Isidor:

pacem dilige, pacem ama, pacem, et mansuetudinem retine, et charitatem amplecte; odientes ad pacem invita; habeto stabilitatem mentis, et animi benignitatem: promptus esto in affectu, affabilis in sermone; grato animo affare omnes: fuge rixas, vita lites, cave contentiones, litis occasiones tolle: vive semper in pace. S. Isidor: in nulla Causa contendas: in nulla actione decertare studeas: contentio odium, et scandalum facit, et discordiam concitat. concitat.

S. Bonab: pacis altus gradus est, cum caro subiicitur spiritui, sive rationi, difficilem se reddens ad omnia mala perpetranda: altior; cum subiicitur caro spiritui, promptam se exhibens ad omnia bona facienda. altissimus est, cum spiritus subiicitur Deo, omnem ordinationem, tan in exterioribus, quam in interioribus animę viribus penitus observando. iste ultimus gradus servatur in Coelo.

Ricard.

Sup. etenim homo pacis meę, in quo speravi. sic ait: est homo exterior, et homo interior. et si ait Apostolus; exterior homo noster corrumpitur, interior tamen renovatur de die in diem. de homine igitur exteriore, conqueritur homo interior, et ait, homo pacis meę: quando adhuc corpus castigatur, et non dum bene spiritui subiicitur, pugna utiq utrinq. geritur;

Corpore autem castigato, et in servitutem redacto, pax redit, quia spiritui caro acquiescit, et hec est sua pax, non corporis. sicut illa, qua carni spiritus obtemperat; propria est carnis.

Suam ergo in sua carne spiritus pacem invenit, quando ei in bonis studiis non contradicit, et hic dicit: homo pacis meę; sed numquam homo de pace sui carnis con-

Confidat, quamvis eius stimulus quiescat, quamvis ei plenam securitatem promittat. Sepe meminerit, quid sermo profeticus dicat: homo pacis meę, in quo speravi, qui m.

Apostol:

Servum autem Dni non opportet litigare, sed mansuetum esse, ad omnes patientem. S. Thom: ubi est pax, ibi est concordia; non tamen ubicumq est concordia, est pax, si nomen pacis proprie sumatur: concordia enim proprie est ad alterum, in quantum scilicet diversorum cordium voluntates simul in unum sensum conveniunt.

Eccl. 8: non litiges cum homine linguato, et non strues in igne illius ligna.

S. Isidor: / S. Hieron. sup. si offers munus tuum ad altare, et ibi rec. sic ait: ecce ego nihil habeo, inquis: si ille habet, ad me quid pertinet? ait tibi Dominus:

et quid dicis? male serve, intelligo animum tuum. nihil habes contra fratrem tuum? nihil habes? amas illum? quare ergo salvari eum non vis? si amas illum vade, roga eum, mitte te ad pedes eius, diebus, ac noctibus deprecare. videte, quid dicat Profeta: cum his, qui oderunt pacem etc.

non dixit; qui volebant pacem, sed, qui oderunt pacem. ideo dixit, et Apost.

Et Apost. quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.

S. Greg: si contingat iurgium fortasse cum proximo; erubescimus, priores satisfacere. plerumq' ipse homo, qui irascitur, discordanti sibi reconciliari appetit; sed ire ad reconciliandum, prior erubescit. pensemus facta veritatis, ut videamus, quo iaceant pravitatis actiones: si enim membra summi Capitis sumus, imitari eum, cui conectimur, debemus.

Quidnamq ad nostræ eruditionis exemplum Apost. dicit! pro Xpto legationem fungimur, tanquam Deo exortante per nos, obsecramus pro Xpto, reconciliamini Deo. ecce inter nos, et Deum, discordiam peccando, fecimus; et tamen ad nos Deus legatos suos prior missit, ut nos ipsi, qui peccavimus ad pacem Dei rogati, veniamus. erubescat ergo humana superbia, confundatur quisq', si non satisfaciat prior proximo, quando post culpam nostram, et ei reconciliari debeamus et ipse, qui offensus est, legatis intervenientibus obsecrat Deus.

S. Valeri:

Duplex manet patienti victoria: hominem vicisse proprios animorum motus, et temperare mores alienos.

Justinian: ad pacem per patientiam pervenitur; tantoq magis pace fruetur homo, quanto erit patientior; finis patientiæ pax est. S. Valer: scimus, quod aliquoties in contentione verborum, laceratis auribus corda suspirant; sed ipse sibi iniuriam facit, qui litigiosi hominis verba custodit: ipse se maculat, qui alterius queritur, in se fuisse collata convitia.

S. Vinc. Ferr: nullus quantumcumq esset Judex, in palatio Regis, præsente Rege reciperet vindictam, licet dicat in corde: O si istum invenirem extra.

Si totus mundus est domus Dei, et omnes sumus intra suum palatium, et in præsentia sua; ideo in hoc mundo debemus habere pacem cum inimicis; sed quando invenis inimicum extra, scilicet, in inferno, tunc audacter recipias vindictam, quia tunc tempus rixæ: sed nunc dimitte totum, et non aufer ei verbum, sed ei loqui debes, et salvare.

S. Bonab: in altum gradum pacis ascendit, qui mala proximorum non publicat. in altiorem gradum, qui bona proximorum non minuit, nec denigrat, nec invertit, sed extollit. in altissimum ascendit, qui defectibus eorum compatit, et profectibus eorum, ex corde congratulatur.

S. Pauli.

Pacientes estote ad omnes, videte, ne quis malum alicui pro malo reddat, sed semper, quod bonum est sectamini ad invicem.

S. Rogat Abbas.

Si habitas cum proximo, esto, sicut columna lapidea; quæ si iniuriatur, non irascitur.

Revelat. S. Birgittæ: debet pacem habere ad proximum, non inferendo ei mala; succurrendo ei, si habet; sufferendo, si contra eum peccaverit.

S. Bern:

Jungant se animis, qui iuncti sunt institutis; invicem se foveant, invicem se defendant; invicem onera sua portent. ait enim sapiens: frater adiuvans fratrem, ambo consolabuntur. quod si alterutrum, quod absit, se corroserint, et momorderint, nonne simul ambo desolabuntur?

S. Bern:

Qui quotidie contendunt, et rixantur, a paucis hominibus amantur. Idem: homines, qui pacem inter se non habent, vix, aut numquam possunt se diligere, illi

Illi autem, qui invicem pacem habent, solent faciliter se amare, pax etiam mater est amoris; quia etiam, sicut videmus in naturalibus; illa, quę nullam inter se habent repugnantiam naturalem, inter se habent amicitię conditionem, imo sunt paris, et similis conditionis, sicut est aqua: aquę enim sunt facilis coniunctionis:

E converso illa, quę sibi in natura contrariantur, sicut est ignis, et aqua, numquam sibi intrinsice coniunguntur.

Sic vere inter homines, illi, qui inter se non habent contrarietatem alicuius discordię, sed magis conformitatem pacis, solent esse facilis dilectionis, et amicitię: illi vero, qui per odium, invidiam, et discordiam sibi invicem contrariantur, numquam per verum amorem copulantur. pax enim amorem generat, et litigium fugat.

Poeta:

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

S. Aug: Spiritus humanus, sicut numquam vivificat membra, nisi fuerint unita, sic Spiritus Sanctus numquam vivificat, nisi pace uniti fuerimus. S. Valerian: cesset invidia, quę ad omnem litem animos humanę mentis accendit. Crisolog: procul contentiones, procul lites, procul maledicta mittantur, et quia laqueus est mortis lingua susurronis, et bilinguis, parcat unusquisque animę suę, ne in supplicium suum vincula sibi mortis inectat.

Discurs. 34s
De Silentio, et custodia lingue.

Prov. 13:

Qui custodit os suum, custodit animam suam. S. Joan. Climaci: Si tu-
am linguam custodieris, dabitur tibi a Deo gratia; com-
punctio nempe cordis, in qua videbis animam tuam,
et in hac ingredierit gaudium Spiritus.

Histor:

In vitis PP. refertur; quod, cum Arsen-
ius adhuc esset in palatio, rogavit
Dominum, dicens: dirige me
ad salutem.
et vox ad eum: fuge homi-
nes, et salvaberis:
item:
Cum adhuc in solitudine oraret, vox facta est
iterum ad eum: fuge, tace, et quiesce;
hec enim sunt non pecca-
ndi radices.

Belovac:

Cum quidam frater Abbati Sisoi dixisset: volo animam salvare
respondit: qua ratione possumus
animam nostram salvare,
cum lingua nostra, ap
perto ostio sepe prossiliat. prossiliat.

S. Ambr:
Sup. dixi: custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. sic ait: quia neminem sciebat, castum os servare posse ab immunditia sermonis: ipse sibi silentii legem imposuit, innocentiae, ut tacendo culpam declinaret, quam vix effugere posset loquendo.

Idem:
O validum scutum circumspectae munitionis silentium! O fidissimum stabilitatis fundamentum! in quo si quis potuerit stare, lubricum verbi timere non possit; multi enim etiam stabili corde firmati, incauti tamen sermonis fluctuantis errore, saepe ceciderunt. cito insidiator pudoris obrrepit, cito verbum excipit, quod revocare desideres.

Si Evae clausa fuisset ianua, nec Adam deceptus fuisset, nec respondisse interrogata serpenti. introivit mors per fenestram, id est per Evae ostium.

S. Hieron: sermo in omnibus moderatus ac parcus, et qui necessitatem magis loquendi indicet, quam voluntatem.

Div. Xprom: magis, quam pupilam oculi linguam tuam custodias.
S. Bernardin: qui thesaurum suum custodire cupit, ostium claudit; sic, qui cupit animam suam custodire os suum claudere debet. Kempis: beatus, qui stricte os suum custodit; talis, magnam pacem habebit. S. Bern: silentium, docente Isaia, cultus iustitiæ est; et bonum est expectare, ut docet Jeremias, salutare Dei cum silentio. ad hunc ergo iustitiæ cultum, ad hanc omnium virtutum matrem, nutricem, custodem, et te, alios quicumq. tui similes proficere cupiunt in virtutibus invito, et provoco.

S. Bonab: tantæ virtutis est silentium, quod in homine conservat Dei iustitiam: Xprom: iustitia est omnis virtus.

Isai. 32: et cultus iustitiæ silentium. S. Greg: quia mens a iustitia desolatur, quando ab inmoderata loqutione non parcitur. Socrat. suis discipulis aiebat Ut tria precipue in omni vita haberent; in animo prudentiam; in vultu verecundiam; et lingua silentium.

Discursus 34.

Stobeus refert historiam: Diogenes ad quendam, qui se contenci
ose Philosophum profitebatur: vah miser, inquit, cum id,
quod optimum est in vita Philosophi, corrumpas;
verbis tamen audes te Philosophum iactare: est
autem Philosophi etiam munus tacere; cu
res responsione digna
non est.

Prov. 10: qui moderatur labia sua, pru
dentissimus est.

Histor:

Eschines reprehensus de silentio: cum
Socratem habuisset, dixit: non
loqui solum a Socrate, sed
etiam silere didici.

S. Bonab:

Ex silentio nutritur iustitia, ex qua, vel ut ex quadam arbore col
ligitur fructus pacis. Philosophus: nihil utilius est quic
quam silentio. nihil est quicquam prestantius, quam
tacere. S. Ambr: ad omnia utile silentium. Kemp:
quanto rarius, et brebius loquimini homi
nibus, tanto securius est pro custodia
cordis, et oris. multa iurgia cessa=
re facit, qui tacet.

S. Ambr:

Sup. sedebit solitarius, et tacebit. sic ait: ad
huc iunior segregans se a colloquiis equ-
alium (qui plerunque corrumpunt bo-
nos mores) et contagia volens fu
gere peccantium, ita intelligit

Singulariter tacere, et silere, nex rudis etatis facilitare labatur.

S. Valerian:

Si non vis iniuriam pati, religa plectrum oris tui, et obtura aures tuas, ne ad te irascentis fratris tui verba perveniant; aut certe si pervenerint, silentio deputentur.

S. Petr. Damian: portatis, fratres mei vobiscum, portatis clavem Cellulæ; portare, et clavem linguæ: opponitis pessulum Ostio, adhibere retinacula salubriter ori vestro.

S. Bern: silentium est custos religionis, in quo est fortitudo nrã.

Corn. Alap:

Per tria, Si, So, Vi. Carthusia permanet in vi. per primam syllabam Si. quæ ponitur in primo loco, intelligitur silentium: per secundam So. solitudo: et per tertiam Vi. vissitatio. S. Ambr: Sancti Dñi, qui sciebant, quia vox hominis, plerumq peccato adiuncta est, ut initium erroris humani, sermo est hominis, amabant tacere.

Kempis:

In nullo statu, et Ordine stabit pax, et disciplina, si non est censura silentii, quietis amica, quæ est devotionis nutrimentum, et contentionis obturatio.

Discursus 34.

S. Hieron: tanto huius mali libido mentes hominum invasit, ut etiam, qui procul ab aliis vitiis recesserunt, in istud tamen quasi in extremum laquei Diabolum incidant. Alvar: silentium est, veluti status religiosi forma, atque substantia, non quia in illo situs sit, sed quia sine illo penitus, eius profectus evanescit. vita enim Monachi, tantis per aliquid est, donec se intra silentium continet. eo vero neglecto, quicquid bene, et recte se agere existimarit, ut SS. PP. docent, id pro nihilo putandum est.

Justinian: qui Deo vacare, et inhaerere elegit, linguam regat, et refrenet; hanc sub rationis dominium subigere conetur. hanc, si moderetur, reddit hominem, moribus ornatum, mente tranquillum, conscientia sincerum, et cunctis amabilem.

S. Bern:

Est fructuosum, et negotiosum silentium; tacendo enim apud homines melius loquimur Deo; multae enim contemplationes sunt, quibus anima Deo pascitur tacendo. tacentes, et orantes, Dns, ut plurimum vissitare dignatur. non autem tantum devotione vissitat, sed etiam sapientia imbuit, et discretione erudit, ut sciant, quid eis oporteat loqui.

Bellovac. refert hist:

Tempore Adriani Imperat. floruit Philosophus

Pictagoricus, nomine Secundus: hic per petuum ser babat silentium,
ad quod seipsum adtrinxit, et condemnavit; propterea
quod sua loquela mortis sue matris extiterit causa,
indirecte tamen, et sine voluntatis sue consensu.
Adrianus Imper.
hunc ad se accersiri iussit: et accersitum,
prius saluravit: at Philosophus, nec respon-
dit, nec correspondit. mandavit ei Im-
perator,
ut loque-
retur; adeo q reciperet docume-
nta aliqua Philosopho digna: veru
Secundus magis quam piscis mutus si-
lentium
Continuabat. ordinavit igitur Imperator, ni-
si loqueretur; plecteretur capite. commitens tame
ministris Justitie secreto, ut si in proposito suo silendi
firmus, et constans persisteret; vitam ipsius conser barent.
Capitis vero pena mulctarent, si loqueretur; qua pro-
pter Secundus ad locum supplicii ducebatur: in
via plurimi Sapientes eum exortabantur ad
loquendum: sed frustra: ne quidem verbul-
um pronunciare voluit, adeo constans,
et immobilis, in tacendi perstitit
proposito. iam pervenerat ad
locum supplicii; et adhuc
magis mutus, quam
piscis; potius caput
et collum voluit

Discursus 34.

Voluit subiicere gladio, quam linguę solvere nodum, et taciturnitatem infringere.

Unde, et taciturnitatis merito liberatus, reductus fuit ad Imperat. qui cum rogavit, ut si non ore, saltem calamo non nulla solveret dubia: cuius acquiescens petitioni; primum omnium, quod scripsit, fuit:

ego quidem, o Adriane, nihil te timeo, quia Princeps huius temporis videris existere: me quidem occidere potes, sed vocis meę proferendę, nullam tibi datur potestas.

consideraba[t],

Nimirum in suo silentio, quam vana sit terrenorum Principum authoritas; et quia sub Pytagora philosophabatur, dignum se illius monstrabat discipulum; quasi iurasset in verba Magistri, quoad obsrbationem silentii.

propterea, quia loquela sua, tan grave matri intulit damnum, errorem hunc esto involuntarium corrigere, tantaque cum severitate castigare voluit.

Guerric. Abb: verbum ęternum sub silentio premit

S. Bern: qui Deo placere cupit, taciturnus erit.

Isai. 42: tacui semper, silui, et patiens fui.

S. Joan. Climac: silentium Jesus, Pilatu[m], ad reverentiam eius commovit.

S. Thom: quando voluit crucifigi, tacuit. S. Ioan. Climac: studiosus silentii, est familiaris Deo, & arcano quodam modo, dum cum illo familiariter colloquitur, adeo illustrat.

S. Bonabentura:

Alta utilitas est silentii, quia demonstrat hominem cœlestem esse. argumentum, quasi infallibile est, ut sit homo in theutonica, & non loquatur theutonice: videtur, quod non sit theutonicus: sic, qui est in mundo, & mundana non loquitur, evidenter demonstrat, se in mundo non esse.

Histor: refert S. Ambr: celebre illud factum unius ephebi Alexandri magni. Alexandro saccrificante Macedonum Rege, puerulum barbarum, qui ei lumen accenderet, excepisse ignem brachio, atq. adusto corpore mansisse immobilem, nec dolorem prodidisse gemitu. sciebat namq. quam rigorose serbaretur silentium illud, quo, profanos illos Deos stolide venerabantur: ac propterea, constanter potius sufferre voluit

Discursus 34.

Acerbissimos crutiatus ex adustione causatos in brachio, quam vocibus clamorosis, vel lamentis, aut minimo gestu, vel motu inquietudinis turbare silentium.

S. Chrisostom. de templis Paganorum, ita scribit: in templis superne silentium scriptum est: continebatq os, et labia comprimebat, pretereuntes omnes silentii admonens.

S. P. Aug:

Fere in omnibus templis, ubi colebatur Isis, et Serapis; erat etiam simulacrum, quod digito labiis impresso, admonere videretur, ut silentium fieret.

Seneca:

Favete linguis, silentium observate.

S. Ambr:

S. PP. summa cum vigilantia silentium custodientes, studuerunt vacare, et videre, quam dulcis et suavis est Dns. Prov. 25: sicut Urbs patens, et absq murorum ambitu: ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. S. Ambr. Job plagam suam silentio vicit, et tolerantiam suam taciturnitate superavit.

S. Albert. Mag: ubi non est taciturnitas, ibi homo de facili ab adversario superatur.

Histor:

In Vitis S. Patrum refertur; quod Agathon Abbas tribus annis gestavit inore lapillum, ut silentii, et custodiæ linguæ habitum acquireret.

S. Joan. Climac:

Silentium cum prudentia, seu scientia coniunctum non solum animam ab hostibus deffendit, sed hostes, ne accedere quidem pro- prius permittit. Sanct. Bonab: sicut ait Gregorius; mens, quæ non habet murum silentii, de facili penetratur iaculis inimici: et ideo ait Augustinus: murum debet esse os hominis, nisi ad tria, scilicet, ad laudem Dei, et accusationem sui, et utilitatem proximi.

S. Ambr: iustus accusatus tacet, lesus remittit, lacessitus dissimulat. Eccl. 19: audisti verbum adversus proximum tuum? conmoriatur in te, quoniam non te disrumpet.

Laertius:

Cohin rogatus, quid esset difficile? arcanum, inquit, reticere, tante est linguæ maxime volubilis incontinentia, cum alloqui videatur facilius, quam silere.

Discursus 34.

S. P. Aug:

Maius est linguam refrenare, quam capere Civitatem; quia illud insultat exterius, sed istud interius.

S. Basil:

Contumeliam tibi imposuit iratus? siste silentio malum, et ne ventos imiteris, qui per reflatum id, quod appulsum est, repellunt.

S. Bonab:

in hoc confunditur nra loquacitas, qua proni sumus ad multiplicationem verborum: cum tamen magna sit utilitas silentii. una utilitas est, quia inducit Compunctionem: homo, cum tacet, cogitat vias suas, et locum habet cogitandi, quam multiplex sit suus defectus, et ex hoc surgit compunctio:

Histor: Aristoteles interrogatus a quodam, quis arcanum sermonem retinere posset? respondit: qui carbonem quoq ignitum lingua retinere potest.

Kempis: in silentio discatis, qualiter, et cui loqui debeatis.

S. Ambr: teneamus animę nrę constantiam, ne in offenssionem labia loquendi festina prorrumpant.

si-

Si hoc cavet Propheta, tu non caves? si hoc metuit, in quo Dei gratia loquebatur; tu non metuis, qui erroris verba non refugis, et theatralibus sermonibus delectaris? nullum ex ore verbum, quod revocare velis, proferas, sed parcior loquendi fiducia sit. S. Bonab: nisi homo diligentem ori suo adhibeat custodiam, et bona gratuita, quæ habet, cito dissipat, et etiam in multa mala corruit. S.

P. August:

Considera, te redditurum rationem de omni verbo otioso.

Kempis: pauci sint sermones vestri, utiles, et circunspecti; quia verbum otiosum non erit impunitum apud Deum; pro hoc cavendo, silentium est amandum, et cavendum. S. Greg: otiosum quippe verbum est, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ utilitatis caret. Sisen: timor Dei erudiat linguam; ea, quæ decet loqui, tacere contraria.

Prov. Cap. 14:

Ubi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Numer. 19: vas, quod non habet opperculum, nec ligaturam desuper, inmundum erit. Salom. 13: qui custodit os suum, custodit animam suam; qui autem inconsideratus est, sentiet mala.

Bellovac:

Non advertunt, quam pretiosum thesaurum continent in se, qui ubique silentium proiiciunt; sicut dicitur in Amos. 8: ubi proiicietur silentium? Xptom: os nostrum perpetuo custodiamus; ei rationem, tanquam clavem adhibentes.

De Silentio, et custodia Linguæ.

Eccl. 5: in multis sermonibus invenietur stultitia: qui multis utitur verbis lædet animam suam. S. Aug: omne verbum prius veniat ad limam, quam ad linguam. dixit quidam expertus: quidquid boni tacendo colligo, hoc fere totum loquendo cum hominibus dispergo. nulli tacuisse nocet, nocet esse loqutum. S. Bern: tace usq quo interrogeris: interrogatio os tuum apperiat: sint verba tua pauca, non transeat mensuram loquendi. S. Ambr: quid igitur? mutos nos esse oportet? minime, est enim tempus tacendi, et tempus loquendi.

Deinde,

si pro otioso verbo reddemus rationem; videamus, ne redeamus, et pro otioso silentio. Sapientia Dei dixit; Dns dedit mihi linguam eruditionis, ut sciam, quando oporteat sermonem dicere. unde bene ait Scriptura: homo sapiens tacebit usq ad tempus.

S. Gregor:

Os discretum, congruo tempore vocem apperit, et rursum congruo tempore taciturnitas claudit. Hieron. ait: considera, quod loquendum sit; et adhuc tacens provide, ne quid peniteat. sapiens enim ut loquatur, multa prius considerat, et quid alicui, et quo loco, vel tempore dicat. discamus itaq et nos prius, non loquendo ora reseremus. sileamus certo tempore, et ad preceptoris eloquia pendeamus. nihil nobis videatur, rectum esse, nisi quod discimus ut post multum silentium, de discipulis efficiamur magistri. Eccl. 20: homo sapiens tacebit usq ad tempus; lascibus autem, et imprudens non servabunt tempus.

S. Ambr:

Quando vides, illudentibus protervis, sapientem tacere, dic: ligavit iste intellectu labia sua, idest, prudenter tacet, ne labiorum suorum vinculis alligetur. posuit ori suo custodiam; sepsit aurem suam spinis; vectem adhibuit foribus oris sui; ser[v]at thesaurum cordis sui, et argentum eloquii sui, ut examinatum, et purgatum, quando opportet proferat.

Discurs. 36.

De intentione, eiusq rectitudine

Prov. Cap. 3:

In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos. Lyra: idest, in omnibus operibus tuis, dirige intentionem tuam ad ipsum, et ipse diriget gressus tuos, idest operatua ad finem bonum. S. Cyril. Alexand: sanguis sedes animi; qui sanguinem, is, et animum, adimit. voluit ergo Deus in omni saccrificio voluntatem, cor, intentionem, velut sanguinem effundi coram se, nec guttula in alios usus reserbata.

Ang. Doct:

Examinat autem eos specialiter de inten-

De intentione: sequentium autem Xptum, non eadem intentio est; quidam enim eum sequuntur propter bona temporalia; alii vero propter bona spiritualia; et ideo quid isti intendant, Dns querit, dicens, quid queritis? non quidem, ut discat, sed ut rectam intentionem apperientes, magis familiares faciat, et ostendat eos magis auditione dignos.

§. Greg:

Vigilanti cura per cuncta opera, intentio nra pensanda est, ut nihil temporale in his, que agit appetat, totam se in soliditate eternitatis figat.

§. Bernardin de Florent: duo quidem in intentione requiruntur necessaria: res, et causa; idest, quid intendat, et propter quid. ex his sane duobus anime, vel decus, vel deformitas indicatur.

§. Th. à Vª nova:

Unde fratres, putatis tanta in nobis sterilitas, et ad omne opus bonum, tanta, et tan gravis dificultas, nisi ex cicitate radicis?

§. Bernardin: totum meritum est in voluntate: quamtum vis, tantum mereris: fac ergo magnam voluntatem si vis habere magnum meritum.

Prov. cap. 4: omni custodia serba cor tuum, quia ex ipso vita procedit.

Seneca; non quid fiat, aut quid detur, sed qua mente: quia beneficium non in eo, quod fit, aut datur, consistit, sed in ipso dantis, aut facientis animo.

S. Bern:

Tale erit opus tuum, qualis fuerit intentio tua.

S. P. Aug: bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. nõ valde attendas, quid homo faciat, sed quid, cum faciat, aspiciat; quos lacertos optime gubernationis dirigat.

S. Greg: omne, quod datur Deo, ex dantis mente pensatur, unde scriptum est; respexit Dns ad Abel, et ad munera eius; neq enim dicit; respexit ad munera Abel, ad Cain autem non respexit; sed prius ait: quia respexit ad Abel; et deinde ait; et ad munera eius.

Dns dixit S. Mechtildi: ego amorem illum in te attendam, atq suscipiam, non sicut in te est, sed sicut velles eum esse in te.

S. P. Aug: in disciplina nr̃a non tan querit,

Discursus 35.

Utrum pius animus irascatur, sed quare irascatur; nec utrum sit tristis, sed unde sit tristis; nec utrum timeat, sed quid timeat: irasci enim peccanti, ut corrigatur; contristari pro afflicto, ut liberetur; timere periclitanti, ne pereat; nescio, utrum quisquam sana consideratione reprehendat.

Hug. de S^to. Vict: quod est corpus sine vita; hoc est opus sine intentione bona; quælibet actio, quamtumvis bona videatur; tamen, quasi mortua iudicatur, si non per intentionem bona animetur.

S. Antonin:

Intentio, ad hoc ut sit recta oportet, quod respiciat, tanquam ad ultimum finem ad retributionem Dei, iuxta illud Luc. 14: cum facis prandium, aut cenam, noli vocare amicos tuos, neq fratres tuos, neq cognatos, neq vicinos divites.

S. Greg: nullum est bonum, quod foris agitur, si non pro eo intus ante Dei oculos innocentiæ victima in ara cordis immolatur. tota itaq virtute perspiciendus est fluvius operis, si purus emanat ex fonte cogitationis; omni cura serbandus est amaritiæ pulvere oculus Cordis,

ne hoc

Ne hoc, quod in actione rectum hominibus ostentat, apud semetipsum per vitium pravæ intentionis intorqueat.

Coloss. 3:

Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Dni nri Jesu xpti facite.

vult enim Deus, ait Didacus Stella; ut opera nra in ipsum dirigamus, et ut sigillo rectæ intentionis ea designemus, ne ea amittamus.

S. Paul:

Sive manducatis, sive vivitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Theodoret: pulchre omnia comprehendit, et sedere, et ambulare, et dissere, et misereri, et docere, ut unus omnium sit scopus gloriæ.

Angelic Doct:

circa ludos, et iocos, qui non numquam ad animi solamen necessarii sunt, si secundum rationem fiant, aliquam virtutem esse opportet, quam Eutropoliam vocant.

S. Luc. Cap. 11:

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. observandum quoque est, Xptum, non dixisse in plurali, oculi tui, sed in singulari,

Oculus, quia per hoc, quod dicit oculus singulariter significat, quod intentio debet esse ad unum. sic Sponsa in Cant. Civitu amatorem in corde suo vulneravit; idq; non ambobus oculis, sed uno dumtaxat. Vulnerasti cor meum &c. hoc est, ait Albert. Mag: in unitate, et simplicitate; et hic est oculus, qui respicit æterna, et intentionem rectam. S. Greg: nihil quippe offertur Deo ditius, bona voluntate. Didac. Stell: aliud esse intentionem rectam, et aliud bonam habere intentionem. bona intentio est, quæ bonum finem habet, sed facile potest, se illi error admiscere, ita ut corrumpat illam; quia licet illa ex fine sit bona, tamen aliæ Circunstantiæ, illam depravare possunt, ut minus bona sit: recta autem intentio, est voluntatis nræ operatio; quia illa vero modo, et medio tendit in bonum, quando scilicet, cum Lege Dei mensuratur, et dirigitur cum lumine legis rectæ. quantumcumq; finis, et intentio bona sit, si media bona non fuerint, numquam opus rectum consistet. de hoc opere ait Paulus ad Rom. 3: non sunt facienda mala, ut eveniant bona. et iterum: Zelum habent, sed non secundum scientiam. error itaq; perdit opus, dicente Dno per Proph, propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. non sufficit itaq; quod intentio bona sit, nisi sit perfecta.

S. Antonin: intentio debet esse inmaculata. idest, quod ille, qui facit aliquod bonum, et propter Deum, non habeat in se maculam peccati mortalis; quia de operibus huiusmodi, etsi bona intentione factis, retributionem a Deo non haberet in superna gloria. qui ergo est in aliquo mortali peccato, ut odio, luxuria, invidia, et huiusmodi, quantacumque supplicia sustineat pia intentione, scilicet, propter Deum, non tamen recipit inde retributionem glorię.

Glosa:

Si pura intentione, quę potes, bona agis, opera sunt lucis, etiam si non ita hominibus videantur. si perversa intentio est, pravum est, quidquid agit, etsi videatur rectum.

qui serbat mandata hac intentione principaliter, propter retributionem penę infernalis, scilicet, vitandam, non habet intentionem debitam, nec meritorie operatur; opportet enim, secundum August;

Non solum timere Deum Judicem, et punitorem peccatorum, sed Justum diligere, ut non tantum penam timeat, sed patiatur pro gloria. et Regula Juris ait: qui ex timore facit preceptum, etsi bonum est, quod facit, non tamen bene facit.

S. Bonab:

Qui facit rem pro bono temporali, fraudatur mercede ęterna, quia nulli operi meret Coelum, quod fit propt. mundum. S. Victor: neque enim Deus tan munerum magnitudinem considerat, quam animi alacritatem, et magnitudinem ponderat.

S. Ambr: uberior est nummus e parvo, quam thesaurus ex maximo, quia non quantum datur, sed quantum resideat, expendit; non ergo quod fastidio expuas, sed quantum devotione conferas estimandum est. Glosa: Deus magis ad pium affectum dantis aspicere, quam ad quantitatem rei exhibitę. S. Bern: Deus indubitanter tribuit bonę voluntati, quod defuit facultati.

S. Greg: corda cum manibus levat, qui orationem suam cum operibus roborat. Glosa: verba singulorum Deus pensat ex corde ipsorum. Xptom: Et si quis innumera bona fecerit, virtutesq omnem absolverit, si tamen magnum quid de se sentit, maxime omnium miserabilis est, et miser. Sanc: Antonin: qui cavent se a peccatis, vel bona aliqua faciunt, ut non flagellentur a Deo, et non alia intentione principalir, parum, vel nihil grati sunt Deo. sicut Achab Rex Israël, qui ex comminatione Elię humiliatus est exterius, deferendo cilitium, et ieiunando, ad evadendum penam sibi comminatam.

S. Bonab:

Secundum diversitatem concupiscentię, sive amoris, erit diversitas intentionis. unde Bern. sup. Cant. serm. 40. ait; quod si amans, turpia appetit, etiam intentio turpis erit, et foedans faciem animę, vel spiritus; et si honesta, etiam intentio honesta erit. per quę signa, recta, et simplex intentio cognoscatur: primum signum est humanę laudis detestatio, et Dei glorificatio.

Discurs. 36.

De oculo, eiusq custodia.

Eccl. 2: in Capite sapientis oculi eius. S. Greg: Nissen: ut ea, quę in sublimi sunt contemplentur. Alvarez: oculi dono Dei sunt homini dati, ut per illos, veluti fenestras splendidissimas, atq pulcherrimas, Solem, & Lunam, & reliqua corporea conspiceret, & ex illis, tanquam ex vestigiis Creatoris magnitudinem apprehenderet,

S. P. Aug:

Qui dabit eis, quos predestinavit ad vitam, qui hec dedit etiam eis, quos predestinavit ad mortem? si tanta facis nobis in carcere, quid ages in palatio? si tanta solatia in hac die lacrymarum, quanta conferes in die nuptiarum?

Prov. 4:

Oculi tui recta videant, & palpebrę tuę precedant gressus tuos. Salaz: recta videant, id est, ne circumferas huc, illucq oculos; palpebrę tuę precedant oculos tuos; hoc est, ne longius oculos tuos iacias, quam opus est, ut gressus tuos regere possis. aptissime palpebras hic ait, non oculos, quia palpebrarum est, visum moderare, temperare, & metiri, ne ultra, quam opus est, intendatur.

S. Basil: non igitur vaga oculorum acies ad omnia passim respicienda visibilia pandenda est, ne omnem quoq; figurarum, atq; formarum speciem sine discretionis examine hauriens, ad earum postea turbetur imagines.

Nisen:

Oculi nobis omnium operum
Magistri sunt, et doctores.

Quidam ait:

Sapienter a natura provisum est, ut quo præsentius est ipsorum periculum, eo minus sit nocendi spatium.
Plinius hic: cor primum nascentibus formari in utero tradunt; deinde Cerebrum, sicut tardissime oculos.

Aristot: oculi ultimi perficiuntur. S. Bern: ut quid audes oculos levare ad Cœlum, qui peccasti in Cœlum? terram intuere, ut cognoscas teipsum; ipsa te tibi repræsentabit, quia terra es, et ad terram ibis. Duabus tamen causis inculpabiliter oculos levas; ut vel petas auxilium, vel impendas. levavit oculos David in montes, ut peteret; levavit, et Dns super turbas, ut impenderet; alter miserabiliter, alter misericorditer; ambo inculpabiliter; tu quoq; si locum, tempus, et causam considerans,

Tua, vel fratris necessitate oculos levas, non solum non culpo, sed et plurimum laudo; hoc enim excusat miseria, illud commendat misericordia; sin, alias, nō Prophetę, non Dni, sed Dinę, aut Evę, imo ipsius Satanę te imitatorem dixerim.

Div. Xptom: oculi, opus est videre; male autem videre, amentę est, quę intrinsecus gubernat. S. Albert. Mag: visus nuntiat formam, quę movet ad concupiscentiam; auditus autem non nuntiat formam, sed nomen; et hoc de se non movet, sed in quantum est significans formam, quę movet.

Statim imaginata forma mulieris diffunditur calor concupiscentię, et laxantur membra ad coitum, sive homo dormiat, sive vigilet.

D.r Ang:

Sup. si oculus tuus scandalizat te, erue eum. sic ait: intelligendum est ergo sic: si oculus tuus, idest, sensus, et cogitatio, dexter, idest, sub specie bonę intentionis, scandalizat te, illicita concupiscendo; erue eum; scilicet, malum usum eius frangendo; et proiice abs te, scilicet, ex toto anichilando. Іhan. Mansi.

In Authore quodam me legisse,

Discursus 36.

Memini, nullum esse animal, quod plures, quam duos oculos habeat, preterquam Aranea: he, si minores sint, quatuor habent oculos; si vero maiores sex; aliquæ vero, octo habere noscuntur. at vero, quonam putas, fine hisce animalculis natura de tot oculis prospectum esse voluit? nimirum, ut in capiendis Muscis, quarum ex corporibus pascuntur, totidem velut Arghi existant.

Bellovac. refert

Historiam sic: cum Rex Angliæ Richardus intrasset in quamdam Abbatiam Monialium, vidit ibi quamdam Sanctimonialem virginem: cuius pulchritudine illectus, mandavit Abbatissæ, quod eam sibi mitteret; quod si non faceret, ipse Abbatiam destrueret, et eam violenter aufferret. quod audiens dicta monialis, quesivit, quid ei in ipsa placuisset? audiens quod oculi eius eum illaqueaberant, volens se de cetero, periculis oculorum carere, eruit; et ponens oculos in Vasi, misit dicto Regi, mandans ei, quod satiaret se optato: qui ex hoc confusus, eam in pace dimissit.

Salvian. Episc: quam pura est pupilla hominis, tam pura est Christiani hominis vita.

S. Bern:

Si pulchritudo carnis vana est, si pulchritudo carnis putredo est, et vermis; itaq. si pulchritudo corporis cinis, et terra est, cave, ne ideo homines aspicias, et eorum pulchritudinem concupiscas.

Histor:

Sozomenus de S.to Ephren refert; quod dum aliquando in Civitatem Edessę abiret, intra se meditando, dixit: Domine tu meum hoc iter sic dirige, ut primo Urbis ingressu, in eum incidam, qui mecum disserat super his, qui sint iuvando, et excollendo animo. accidit autem, quod dum portę Urbis vicinus esset, cogitans, quinam illi obiaturus primum esset, coram se viderit mulierem quamdam vanam, et lascivam:

Quam cum vir Dei, fixis oculis intuitus fuisset, mulier pariter irretortis oculis eum aspexit. quod videns S. Ephren, turbari cepit, timens, ne forte vota eius Deus non exaudisset: cumq. torbos in mulierem oculos coniecisset, illaq. pariter torvis illum oculis intueretur, post breve silentium, his ei verbis improperavit: non erubescis procula, tam fixis oculis me petere? cui ipsa protinus respondit:

Discursus 36.

Non erubesco; liceret mihi reor te aspicere, ex te quoque latere sumpta sum; tibi vero convenit, non feminas, sed matrem tuam aspicere, de qua assumptus es, et in quam reversurus es. quo responso percepto, vir Dei confestim agnovit, Dei circa se dispositionem, quantum ad animæ suæ culturam meliorem; tum, ad stimulandum eum ad perfectionem, et sanctitatem; exactam quandam circa oculos cautelam, et circunspectionem, menti eius imprimere voluit.

Div. Xptom:

Ne spectes temporariam illam, quæ ex aspectu proficiscitur, voluptatem, sed perpetuum dolorem considera, qui nascitur ex concupiscentia; nam illa inflicto vulnere plerumque celeriter avolat.

Bellovac:

Debet nos movere ad custodiam oculorum interna speculatio; quia quanto oculus exterior circa exteriora vagatur, tanto magis ab interiori speculatione, oculus interior obscuratur. de Paulo dicitur; cum excecatur exterius, illuminatur interius. ad hoc facit exemplum Dydimi de cuius intellectus profunditate multa dicuntur in histo Ecclesiastica.

Historia.

Qui cum esset Cecus, tan magni, et alti intellectus est

Est factus, ut perfectus videretur esse in omni facultate. hic primus Expositor sacrę Scripturę, legitur; qui vidit in spiritu per revelationem mortem Juliani apostatę. Sanct. Ephren ait:

Hec tria instrumenta sunt excolendis virtutibus, ac cœlesti puritati perquam accommoda. temperantia ventris; moderatio linguę; et oculorum frenum. si ergo duo serbaberis; oculos vero non custodieris, sed distrahantur, firmam castitatem tenere nequibis: quemadmodum enim aqueductus confractus perdit aquas, ita et oculorum distractio mentem castam destruxit.

Pater Rho:

De Maria Scobarita scribit; triginta per annos Ludobicum Pontanum habuit a secreta confessione rerum suarum arbitrum; tanq ingenti œvi spatio, adversum hominis os numquam intuita, divinum veluti oraculum venerabatur. Documento foeminis necessario. ubi enim, quasi cum homine, agunt, quid mirum, si aliquid patiuntur humani.

S. P. Aug:

Cum dolore dicimus, et tremore; sed tamen Deus noluit taceri; quod voluit scribi. dicam ergo, non quod volo, sed, quod cogor; dicam -

Discursus 36.

Non exhortans ad imitationem, sed instruens ad timorem. huius Mulieris alienæ, pulchritudine captus, Rex, et Propheta David, ex cuius semine secundum carnem Dominus venturus erat, adulteravit eam.

Historia.

Cornel. Alap. hoc ab auditu refert testimonium inquiens; audivi in Belgio, Matronam sapientem, et sanctam, monentem Confessarios, etiam Religiosos, et sanctos, ut caverent sibi ab aspectu, et colloquiis fœminarum pœnitentium; quia aiebat illa; adeo illices sunt oculi earum, ut si in virum quempiam illos deffigant, illum sui amore plane illaqueent, et irretiant. addebatque; Certa sum, non esse virum adeo gravem, et constantem, quod si fixe eum reciproce per quadrantem intuita fuero, non persuassero, quid quid voluero.

S. Gregor:

Ut munda mens in cogitatione servetur, a lascivia voluntatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptatores ad culpam. Clement. Alexand: fieri potest, ut qui viderit, labatur; sed fieri non potest, ut qui non viderit, concupiscat.

Aug. Card: ignem in sinu abscondit, qui mulieri libenter loquitur. super prunas ambulat, qui affectus suos in speciem mulieris figit: ad has prunas multi se calefaciunt cum Petro, Xpto negantes. Sanct.

Ambros:

Discant viri cavere etiam oculos foeminarum, adamantur enim, et qui nolunt adamari. deniq; adamatus est Joseph, qui amantem contempserat.

S. Bernar:

Respicit oculus, et mentis sensum avertit.

Augo: cogitationes illicitas difficilime posse vitari, nisi quis corporis sensus vigilantia multa conpresserit. super

Math:

De corde exeunt cogitationes malę. sic exponit: Mors, idest, mortis occassio ingreditur per sensus ad animam; sed ipsum pecatu; de cogitatione exit in opus per membra.

S. P. Aug: resisto seductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei, quibus ingredior viam tuaz; et erigo ad te invisibiles oculos ut tu evellas de laqueo pedes meos.

Discursus 36.

Seneca: qui deponere vult dessideria rerum omnium, quarum cupiditate flagravit, et oculos, et aures ab his, quæ reliquit, avertat, nihil enim facilius, quam amor recrudescit.

Raban:

Per incuriam quippe aspectus sæpe, turbatur interius animi motus. ideo prohibet nos in Virginem conspicere, quia a libidine mentem nostram illesam vult permanere.

Tren. 3:

Oculus meus deprædatus est animam meam.

Bellovac:

Nota: quod in mulieribus, non solum cum aspiciunt, imo etiam cum aspiciuntur, potentes sunt oculi animas capere.

Prover. 6:

Mulier viri pretiosam animam capit: non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris in nutibus illius. Justinia: ubi incontinentes, et effrenati sunt oculi, cogitationum inordinatio est, polluta oratio, dormitans intentio, proficiendi defectus, concupiscentiæ amor, mentis evagatio, indisciplinatio morum, levitatis abundantia, quæ est notissimum incontinentiæ signum.

Xptom. ait:

Qui studet elegantes facies inspicere, ipse præcipue fornacem sibi istius passionis accendit.

S. Bernar:

Visio est prima occasio fornicationis. mens enim per oculos capitur. per oculos intrat ad mentem sagitta amoris; visio oculorum mittit sagittas fornicationis in mentem; oculus est prima sagitta fornicationis.

Cornel. Alap:

Magna est vis oculorum ad cor, et mentem vulnerandam; species enim visa per oculos, transit ad cor, et mentem, illiq; suam formam, et consequenter amorem, vel odium imprimit; quæ species heret in corde, etiam postquam res visa abierit.

Ezech. 20: unusquisq; offensiones oculorum suorum abiiciat.

S. Antonin:

Facilius peccatur per oculum, quia facilius patet obiectum oculorum, quam aliorum sensuum. oculus irritat gulam. incitat cupiditatem. inflammat luxuriam. excitat superbiam. ad iram inducit. ad invidiam provocat. acediam immitit. Eccles. hic:

Oculus malus ad mala non satiabitur, sed in tristitia erit semper.

de Oculo, eiusque custodia.

Poeta:

Quo plus sunt potę, plus sitiunt aquę.

S. P. Aug.

Claude ostium tuum, ne tentator ingrediatur; tentator non cessat pulsare, ut irrumpat: si clausum invenerit, transit. ideo Apost. quia in nostra potestate est, ostium claudere; nolite, inquit locum dare Diabolo. etenim si intrabit, et possedit, attende, quia tu negligenter clausisti, aut claudere neglegisti.

Eccl. 19:

Ex visu cognoscitur vir.

Histor:

In vita Marię de Ognes (ait Bellovacensis) legitur; quod cum quędam mulier moreretur, revelatum fuit ei; et vidit maximam multitudinem Demoniorum occurrentem, et volentem eam capere et pugnantem contra bonos Angelos: pro qua impetravit, ut a Demonibus liberaretur, et in purgatorio torqueretur: Ostendit ei oranti B. Petrus, quomodo in purgatorio dicta mulier torquebatur: transiens ab aquis nivium ad calorem nimium; propter hoc, quod nimis ardens fuit in mundi vanitatibus conspiciendis. Hug. Card:

Tanta corporis, et animę harmonia est, quod secundum animę mutationem necesse sit, mutari corporis qualitatem, iuxta Martial:

Est speculum facies, oculiq; revelant
Quales sint intus mens, animusq; viri.

Discu q. 21.

Discurs. 37.

De Consortiis.

Eccl. 13:

Omne animal diligit simile sibi; sic omnis homo proximum sibi. & in Cap. 14: amicus fidelis, protectio fortis; qui autem invenit illam, invenit thesaurum: amico fideli nulla est comparatio; amicus fidelis, medicamentum vitæ.

S. Ambr: amicus fidelis, solatium huius vitæ est, ut habeas, cui pectus tuum apperias, qui tibi in tristibus com patiatur, in persequtionibus adortetur.

S. Bernardin: primum bonum, quod oritur ex bona societate, est intellectus illuminatio.

Seneca:

Non magis utilitati est aget cum redditibus amplius, quam vicinus equalis cum moribus bonis. aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, & sic tanquam illo spectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. ante circunspiciendum est cum quibus edas, et bibas, quam quid edas, & bibas.

Discursus 37.

S. Isidor:

Per assiduitatem cito peccat homo; sepe familiaritas implica implicavit, sepe occasionem peccandi dedit; sepe quos voluntas non potuit assiduitas superavit.

S. Bernard:

Versari inter spinas, et minime lædi, divinæ potentiæ est, non virtutis tuæ. S. P. Aug: facilius sanctus, qui iunctus fuerit genti huic pessimæ, pessimatur, quam gens ista in melius conmutetur; quia proclivius ad imitationem malorum curritur, quam ad virtutes bonorum animus excitetur.

S. Bernardin:

Rerum natura sic est, ut quoties bonus cum malo coniungitur, non ex bono malus melioretur; sed ex malo bonus contaminetur.

Lipoman:

Novit Dñs fragilitatis humanæ conditionem, quam proclive sit ad deteriora inclinari, arripere exempla peiorum; facilius decipi iustus ab impiis, quam improbos a melioribus emendari.

S. Ambr: Petrus inter Iudeos negavit; Salomon contuvernio gentili deceptus, erravit.

Prov. 30:

Qui cum sapientibus

Graditur, sapiens erit; amicus stultorum similis efficietur. Pluto

Plutarchus:

Si iuxta Claudum habites, subclaudicare disces. Apost. ad Thesalonic: denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Dni nri Jesuchristi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.

Eccles. 22:

Cum stulto non multum loquaris, et cum insensato ne abieris; serva te ab illo, ut non molestiam habeas.

Eccl: cap. 7:

Discede ab impio, et deficient mala abs te.

S. Isidor:

Melius est habere malorum odium, quam consortium; sicut multa habet bona communis vita Sanctorum; sic plurima mala societas affert malorum: proinde sequendum est consilium Cassiodori, qui exponens illud Psalmi: declinate a me maligni; ait: remedium enim est, quem converti velle non videris, vitare si possis.

Tigurina legit:

qualis est Lupo cum Agno commercium, talis est ad pium sceleratis ratio.

Paul. de Palat: ut nigredo piscis heret eam contrectanti; ita superbia est, qui communicaverit superbo. S. Hieron: tales habeo socios,

Quorum contuvernio non imfameris. Hug. Vict: qui cum pravis tibus conversari appetit, satis se esse, vita depravatum ostendit.

Plutarch:

Talis eris, qualis conversatio, quam sequeris.

Div. Xpstom: bonus malo si conectitur, aut pares redduntur, aut cito ab invicem separantur.

Item. D:

Vnusquisq; se a proximo suo custodiat, et in omni fratre sua non habeat fiduciam.

Ad Thesal. 3:

Denuntiamus autem &c.

Eccl. Cap. 37:

Cum viro sancto assiduus esto, quemcumq; cognoveris observantem timorem Dei.

S. Gregor.

Q^to. quis minus se videt, tanto minus sibi displicet, et quanto magis gratię lumen percipit, tanto amplius reprehensibilem se cognoscit.

Hugo

Redde ergo ad cor tuum, et subtiliter discute te ipsum.

Discurs. 38.

De Superbia

Prov. 6:

Sex sunt, quę odit Dns. ac primo ponit loco superbos. oculos sublimes.

§. T. Aug:

Superbia est amor proprię excelentię, vel perversę celsitudinis appetitus.

§. Thom:

Superbia nominatur ex hoc, quod aliquis per voluntatem tendit supra id, quod est. qui enim vult supergredi, quod est, superbus est; habet enim hoc ratio recta; ut voluntas unius cuiusq. feratur in id, quod est proporcionatum sibi: et ideo manifestum est, quod superbia importat aliquid quod adversatur rationi rectę.

§. Ambr:

Quid hoc peccato potest esse deterius, quod a Dei cępit iniuria.

§. Bonab:

Carnalis superbia his indiciis demonstratur. est clamosa, cum tacet; amara, indignabunda, et dissoluta in letitia; risus irrationabilis sine causa; in tristitia sua est severa; dura repre-

Discursus 38.

Reprehendit cum rancore, non ex passione; verba profert passim sine aliqua cordis gravitate, vel ponderatione; expers patientiæ, et Charitatis aliena, audacter iniuriat, sed pusilanimiter iniuriam patitur: dificulter aliis obedit; exortationem recipere spernit: in propria voluntate permanens, non vult consilium ab aliquo recipere, magis sibi credens, quam sapientibus.

S. Bern:

Superbis, et livedino sis prius dominat Diabolus.

S. P. Aug: quemcunq enim Diabolus superbum fecerit, vincit::: ubi inflatio est, inanitas est. Diabolus ubi inane invenerit, nidum, et laqueum deceptionis sui, facere molitur.

nec arbitrandum est, quod esset hominem deiecturus tentator, nisi precessisset in homine quedam elatio compescenda.

Abulen:

Pectus, ut ait Aug: superbiam notat. Diabolus supra pectus graditur, quia omnem suam operationem a superbia incipit. S. Bonab: plus Dns pensat unam humilem supplicationem peccatoris pœnitentis, quam innumerabiles actiones alicuius Justi de se presumentis.

S. P. Aug:

Non enim ad malum opus perveniretur,

Nisi precessisset mala voluntas. porro mali voluntatis initium, quod potuit esse, nisi superbia? initium enim omnis peccati superbia est.

S. Bernar:

Hinc est, quod ex horum (Religiosorum) magna multitudine, qui seculum desserunt, rari valde inveniuntur, qui mortificatis vitiis ascendere contendant ad perfectionem virtutum. hec autem significant illa sexenta millia armatorum, qui de terra Egypti educti sunt. Duo autem solummodo homines, idest, Josue, et Caleb, ex illis omnibus terram promissionis ingressi sunt. Regredi autem volentes in Egyptum, prostrati in deserto, diversis generibus mortium interierunt. tu quidem iam Egyptum desseruisti, faraonem fugisti, et lotus a sorde tua, sumersis Curribus canticum letitie Dno cecinisti. detestare superbiam, quia hec sublimes appetit montes.

Div. Xpostom:

Et si quis innumera bona fecerit, virtutemque omnem absolverit; si tamen magnum quid de se sentit, maxime omnium miserabilis est, et miser.

Discursus 38.

S. P. Aug: multorum temporum labores, et orationes, et eleemosynæ, et ieiunia, et vigiliæ, si cum superbia finem habuerint, pro nihilo apud Deum computantur. qui superbiam habet, sine causa habet alias virtutes; imo eas non habet, sed videtur habere: qui enim hoc habet, quod Deo contrarium est, quomodo potest habere, quod Deo amicum est?

S. Gregor. Mag:

Qui sine humilitate virtutes congregat, est, quasi, qui inventum, pulverem portat: Sicut enim pulvis venti validi flatu dispergitur; sic omne bonum sine humilitate inanis vento gloriæ rapitur.

S. Bern: superbo oculo veritas non videtur::: est superbia animæ lippitudo, quæ obsistit, ne lux veritatis fulgeat in oculo mentis.

S. Bonab: comparatur Araneæ quia sicut Aranea se eviscerat, texendo telam, ut Muscas capiat, sic superbus perdit animaz, ut capiat laudem humanam.

Idem: hominem arefacit, ut melius accendatur; id est, illum sine humore gratiæ, et sine compassione efficit. Aug: congrua est similitudo; fumus enim quanto magis ascendit; tanto magis evanescit;

Sicut, et ipsi, quanto altius extolluntur in seculo, tanto profundius demerguntur in Inferno. S. Bonav: nullum vitium est, quod ita omnes virtutes exhauriat, cunctaq iustitia, et sanctitate hominem spoliet, quemadmodum huius superbię maly.

Hug. de S.to Vict:

Superbia aufert mihi Deum: Invidia, proximum: Ira, meipsum: superbia Deo est odibilis.

S. P. Aug:

Quicumq aliud peccatum fecerit, vg. si furtum; se excusare potest; quid enim dicit? propterea, furtum feci, quia algebam; quia fame moriebar, quia egrotabam. superbus quid dicere potest? ideo superbia maius malum est, quia excusatione non habet.

S. Gregor:

Tanto a Dei luce longe sunt, quanto apud se humiles non sunt.

Ludov. Blos:

Hereses non aliunde sumunt originem, quam ex superbia, et inobedientia. quid enim faciunt heretici? simplicitatem, quę est in Xpto subsannant, sanctas Ecclesię constitutiones contemnunt. S. P. Aug: superbia quippe cunctas hereses genuit.

S. Bernard:

Unde ergo abundat iniquitas? per superbiam. cura superbiam, et nulla erit iniquitas.

de Superbia.

S. Joan. Clim. impurus est omnis apud Deum, quisquis superbo est corde. S. P. Aug: iam tandem erubescat homo esse superbus, propter quem humilis factus est Deus. Xptom: nutrix dilectionis humilitas est, et totius mali odii mater superbia. S. Joa. Clim: uti Solem, fur aversatur; ita superbus mansuetos contemnit.

S. P. Augu:

Sicut navis est absq Gubernatore, cum iactat a fluctibus; ita et superbus levis circumfertur, instabilis per omnes actus suos. Servo Dei, cui subrrexerit superbia, continuo ibi est, et invidia: non potest superbus esse non invidus. invidia filia est superbiæ; sed ista Mater nescit esse sterilis; ubi fuerit, continuo parit.

Poeta:

Feriunt altos flumina montes.

S. Greg. mag: impius in loco suo conteritur, quia ipsa superbia, qua elebat, opprimit. elevatio ipsa, ruina est, quia dum gloria falsa subnixi sunt, a gloria vera evacuant. S. Nilus: superbo Monacho, remoto etiam Demone, ad exitium sibi ipsi sufficit. S. Bern: quid quid sapientiæ, quidquid virtutis te habere confidis, Dei virtuti, et Dei sapientiæ deputa. et quis tan insanus, ut aliunde presumat.

S. Patri Aug:

S. P. Aug: nihil tam alienum à divino amore hominem reddit; nihil tam facile in gehennam intrudit, quam superbiæ insania, sub qua omnis nostra vita inmunda est, quamvis pudicitia, virginitate, ieiunio, orationibus, eleëmosyna, quamvis omni deniq virtute præstemus.

Discurs. 39.

de jactura temporis.

Apost. Paul:

Hoc itaq dico, fratres, tempus breve est. Santhiag: quæ est vita vestra? vapor est, ad modicum parens, et deinceps exterminabitur. S. Antonin: sane infinita est velocitas temporis: punctum est, quo vivimus, et puncto minus; est enim brevissimum, respectu futuri status, qui succedit, qui est perpetuus, et numquam deficit. iuxta Psalm: mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit. brevius adhuc restat tempus, si dematur de eo tempus, quo dormimus, et alias necessitates sumimus, quod est, quasi perditum.

S. P. Aug: ô vita præsens! quam multos decipis! quæ dum cognosceris, nihil est; dum videris, umbra est: qui te quærunt, non te cognoscunt; et qui te cognoscunt

Discursus 39.

Non te querunt; qui te fugiunt, ipsi te intelligunt. vera non est via, quam tu ostendis; fugitiva est, velut somnium. aliis te ostendis longam, ut perdas in finem; aliis brebem, ut dum poenitere volunt, non permittas; aliis largam, ut faciant quecumque volunt; aliis angustam, ut non faciant bonum; aliis tristem, ut non consolentur de bono. hec sunt duodecim pericula, quibus Psalmista in persona huiusmodi peccatoris, dicit, pericula inferni invenerunt me.

Ludov. Blosi. hoc attende: cum dicis hodie, hore matutine transierunt; que future sunt, nondum venerunt. hoc corrige: hac hora dic, et de hac hora quid tenes? momenta eius quedam, iam transierunt; que futura sunt, nondum venerunt. hoc momento dic, quo momento? dum syllabas loquor, si duas syllabas dicam, altera non sonat, nisi cum alia transierit: ipsa denique una syllaba, si duas litteras habeat, non sonat posterior littera, nisi prior abierit.

Seneca:

Presens tempus brebissimum est, adeo quidem, ut quibusdam nullum videatur; in cursu enim est semper, fluit, et precipitatur. ante desinit esse, quam venit. Prover: ne glorieris in crastinum, ignorans, quid superventura pariet dies.

Seneca: maxima porro vitę iactura, dilatio est. illa primum quemque extrahit diem, illa eripit presentia, dum ulteriora promittit. maximum vivendi impedimentum est expectatio, quę pendet ex crastino. perdis hodiernum, quod in manu fortunę positum est. disponis, quod in tua dimittis. quę spectas? quo tendis? omnia, quę ventura sunt, in incerto iacent.

Bellovac:

Differens converti, Deum offendit: disponens pro voluntate, et tempore, quod Pater posuit in sua voluntate.

S. Isidor: quid tibi adhuc proferenda, tan longa temporum promittis spatia? numquid scis, si crastina vives die? imo etiam, si vel unam horam in hac vita facies? an forte, mente excidit, quod Salvator in Evang. dicit: vigilate, quia nescitis diem, neque horam? quapropter discute torporis inertiam, semperque memento, quia Regnum Cœlorum, non tepidi, non molles, non desides, sed violenti, atque ferventes diripiunt illud.

S. Antonin: tempus breve est in se, quia nihil habemus de preterito nec de futuro, nec de presenti, nisi instans: ecce nunc tempus acceptabile: non enim de eo habemus nisi

Discursus 39.

Nisi, nunc; inquo possumus accepti esse a Deo, scilicet, bene operando.

S. Bernardin:

Vide peccator, temporis pretiositatem, quia modico tempore, potest homo lucrare veniam, gratiam, et gloriam.

Plinius:

Poteratis, o desidiosi, has horas non perdere. omnes temporis particule, velut ramenta, aut f' fila aurea, studiosissime colligende. S. Bernardinus: dissipat substantiam suam, scilicet, tempus, quod est maioris pretii, omnibus aliis rebus mundi; quia tempus tantum valet, quantum Deus: quia si Diabolus haberet unicum modicum tempus, inquo possit poenitere, sicut nos, ipse salvaretur, et acquireret Deum; et sic tantum valet tempus, quantum Deus.

Xptom:

Omni rei magis parcere debes, quam tempori; aurum enim si contemseris, rursum, vel idipsum, vel aliud recuperare: tempus vero, si perdideris, difficile id resumes.

S. Bonab: ecce tempus, quo nihil pretiosius: quapropter magno pere pensandum, qualiter dispensandum, ne fortasis indecenter, in defectibus expendat.

Et nota: quod tempus reputatur pretiosum triplici ratione; potissime eo, quod sit tempus plangendi, tempus acquirendi, et tempus custodiendi: quorum primo, nihil pretiossius poenitenti; secundo, nihil pretiossius proficienti; tertio, nihil pretiossius pervenienti. Idem ait: omne tempus, in quo de Deo non cogitas, hoc, te computes perdidisse. omnis siquidem res aliena est; tempus autem tantum nostrum est. Idem ait: vaca ergo, et ubicumque fueris, tuus esto. noli te tradere, sed commodare. quocumque loco consistens, cogitationes tuas iacta in Deum, et aliquid salutare, in animo tuo versa.

Glosa: stultum est otiari, et de alieno labore mercedem querere; percipiet enim unusquisque secundum opera sua. Apost: gratia Dei in me vacua non fuit: vacua autem est, quando non operatur homo per eam, vel acidiose operatur. §. Thom. ad. 9.a n: quid ergo statis, hic, tota die otiosi? hic, ubi acquirenda foelicitas? hic, ubi paranda corona? hic ubi lucrandum stipendium? hic, ubi tantum animae periculum? hic, non ad horam, sed tota die otiosi perditis vitam, consumitis tempus pretiosum. ex hoc vitae momento, aeternitas vestra pendet, et statis?

Seneca:

Vitam nostram dividit somnus. ex hoc tempore tan angusto, et

Et rapido, et nos auferente, quid iuvat, maiorem partem mittere in vanum?

S. Bern: si vere Deum diligis, nulla hora otiosus eris: si Deum in veritate amas, pro amore illius otium recusas: si ex toto corde diligis Deum, omni tempore contemnes otium.

Non est tempus vitæ impensum; quod non exigatur, qualiter sit expensum. Sanct. Laurent. Justini:

Nullum temporis momentum preterit, in quo merita cumulari non valeant æterna. S. Bern. dix: male expensum obligat ad tormentum æternum.

Seneca:

infinita est velocitas temporis; puncti, in quo vivimus, est puncto minus.

Histor:

Cum quidam dives Clericus vigilaret Parisiis ad fenestram studens, et quidam cantaret in Vico quamdam cantinelam, quæ dicebat: tempus vadit, et ego nihil feci; tempus venit, et ego nihil operor: incepit recogitare circa dulcedinem cantus; et post, circa verbi sententiam, cogitans, quod sibi competeret, quasi sermonem a Deo sibi missum, illum recipiens, in mane omnia relinquens, Ordinem Predicatorum intravit.

S. Bern:

S. Bern: sicut enim peccatum est perpetratio mali; sic delictum est desertio boni. Regnum Dei non dabitur otiosis, sed in servitute Dei studiosis. Regnum Dei non dabitur vagantibus, sed pro Deo digne laborantibus. qui in bonis operibus sunt pigri, et tepidi, non habebunt locum in Regno Dei. vv.

Math. 20:

Fideles, qui operantur instanter, ne tempus prętereat.

Aug. Card: nolite stare otiosi, quia ad domum vacantem unde exivit diabolus revertitur, et habitat cum septem spiritibus nequioribus. idem ait: multorum malorum fuit occasio: diabolus enim animam otiosam facile inclinat ad vanitatem cogitationum; de vanitate cogitationum, ad voluptatem affectionum, et tandem ad consensum, et operationem.

Cato: nihil agendo homines, discunt, male agere. S. Bern: luxuria cito decipit hominem otiosum: decipit hominem vagantem: luxuria gravius urit, quem otiosum invenit. libido cedit rebus; luxuria cedit operibus; luxuria cedit industrię, et labori.

Div. Xptom: qui est otiosus multa magis temere loquitur, et multa

temere agit, et tota die nihil operatur; multo veterno, et torpore repletus.

Idem: qui multum loquitur, nihil operatur; sicut, qui multum operatur, nihil loquitur intempestivum. S. Thom. ad N.:

David in bello sanctus; in otio, adulter, et homicida.

Seneca:

Felix sapientia, quę ex aliorum discitur insipientia.

Hug. Card.:

Primus gradus stultitię, est bonum non facere, dum licet: secundus, malum facere: tertius, in malo se assuescere.

S. Antoninus:

Stultitia otiosi est, quia tempus amittit: debet diligenter conserbari, non perdi, ut otiosi faciunt; nam est pretiossissimum; est, et brebissimum; est eius usus examen faciendum subtilissimum.

Idem ait:

Stultitia otiosi est, quia cum debeat in hac vita solvere, vel minuere debitum, ad quod tenetur, ipse magis adauget. et ratio dictat: redde quod debes.

S. Anselmus: tempus redimimus quando ante actam vitam, quam lasciviendo perdidimus

Flendo reparamus; dum die enim male agimus, tempus in quo
bene operari deberemus, amittimus: sed damnu
temporis redimimus, si ita vitam com-
mendamus, ut ea bona, quę olim
facere neglexímus, et ea, quę
nunc facere debemus,
faciamus.
Sanctus Pater Augustinus: si
tibi vinum minuatur,
in Utre, tristaris;
diem perdis,
et gaudes.
Divus Chrisostomus: si computet quis te
mpus suum, et dietas suas; quid
omni tempore receperit a
Domino, quid fecerit
pro Deo;
inveniet, omni die, Deum prestis
se mercedem operis Servo,
scilicet, Cibum, vestem, sa-
nitatem, potestatem, fa
cultatem, et eius mo-
di omnia: nos vero
quamtum temp-
oris expendi
mus in reb-
us super
vacuis.
Simon de Cassia dicit hic:

De jactura temporis.

Simon de Cas: non ergo praetereamus horam nostram, quia nescimus horam divinam. hora nostra est actionis, diiudicationis est hora divina. ait enim ipse Salvator: vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

S. Isidorus Pelusiota: tu quidem opus omne, quod manibus elaboratur, turpe, aut reprobum esse existimas, cum alioqui utile sit, atque ad tuendam vitam conducat.

Petrus Blesen:

Labor Scholasticus otium est, sed otium negotiosum, ut quod animum reddat ad honesta solicitum; unde, et scriptum est: sapientiam scribe in otio. ideo discipuli esurientes fricabant spicas in die Sabathi, in quo notatur, utilium sententiarum discussio, quae mente quieta diligentius procuratur.

Discurss 40s.

De Gula, et Ebrietate.

S. Bonab:

Gulosus similis est avibus pinguibus: Coturnices in vindemiis quando sunt bene pingues de facili capiuntur ab Accipitre: sic homines dediti gulę, facile vincuntur atentatione. S. Petr. Damian: ventrem vino, et epulis assuescere, quid est aliud, quam hostibus animę, ut ingrediantur, aditus apperire.

S. Basili:

Ebrietas demon est voluntarius, ex voluntate animabus nostris inditus.

S. Gregor:

Ebrietas est blandus demon, suave peccatum, dulce venenum. S. Basil: diabolus per gulam capit, tenet, et alligat, gaudet, et ridet, sicut letantur aucupes, quando vident aves per gulam captas laqueo; et piscatores quando vident pisces captos per gulam hamo.

S. Ambr:

Ideo serpens gulam suadet, quia novit inde multa lucrari. Hug. Card: per quę quis peccat, per hec, et torquentur, flebunt oculi, quia in vanis fuerunt vagi, stridebunt dentes,

Quia edaces fuerunt. per haec duo notantur duo genera culparum pro quibus puniuntur, scilicet, concupiscentia oculorum, idest, avaritia, quae per fletum, et gulositas, quae per stridorem dentium designatur. S. Antonin: quam spem habere possunt de Deo, et de beatitudine, quorum Deus venter est, ut ait Apost. et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

S. Clement. Alexand: eos laudo, et admiror, qui vitam austeram delegerunt, et moderatae vitae medicamentum, aquam appetunt; vinum autem, tanquam ignis minas; quam longissime fugiunt.

S. Isidor. Pelusi:

Si te ad Deum habiturum esse, spectas, consiliis meis obtempera, gulaeque rabiem extingue, voluptatum igniculos, consopiens, quarum inmodicus usus, homines ad futuras flammas transmittit.

S. Bonab: haec praecedit ad iuditium, quae praecessit ad peccatum; haec primo degustat crutiatus, quae pretiosos cibos, et odorifera pocula degustavit, secundum illud; per quae quis peccat, per haec, et torquetur.

S. Joa. Clim:

Si ventrem, seu gulam restrinxeris, Paradysum incoles;

Si laxaveris, mortis pabulum factus es. S. Bonab: gulosus compa-
ratur Esau, qui pro cibo lenticule vendi-
dit primogenita sua: sic gulosi, pro
gula vendunt premia æterna.
Trenor. 1. dederunt quæque
pretiosa pro cibo.

S. Ioan. Clim:

Si hanc vitiorum reginam deviceris, ubiq. locorum
tranquilla animi pace perfrueris; ab eadem vict-
us, ad mortem usq. semper de salute periclita-
vere. Psalm. 72: prodiit, quasi ex adipe ini
quitas eorum. S. Bonab: per gule peccatum
mors intravit in Orbem: unde Xptum
diabolus primitus per gulam ten-
tavit, quasi per ianuam alior-
um vitiorum aditum quær-
eret ad ulteriora.

S. Gregorius:

Cum idem gule vitium resci-
nditur; alia multa vit-
ia nobis subiugamus.

S. Ioa. Climac:

Ut apud eos, qui in seculo degunt, avaritia est radix omnium malorum
ita in Religione, gula. Iustinian: per hanc natura corrumpi-
tur, libidinis nutriuntur incendia, subvertitur ratio, sce-
lera panduntur, homicidia fiunt, proferuntur stul-
tilloquia, detractiones, et verba scurrilia: hebe
tatur mens, maturitas relaxatur, letitia in-
epta dissolvit, immunditia polluit.

De Gula, ebriet.

Sixtus 3: tria sunt, quæ nimio feruntur impetu, et ita cupiditatis igni bus accenduntur, ut restingui, sopiri q̃ vix possint, gula sci- licet, et avaritia, et libido. S. Bern: Noe bibit vin- um, et virilia, quæ per sexcentos annos celaverat, nudavit.

Salomon: nullum secretum est ubi regnat ebrietas. Psalm. 57: erra verunt ab utero loquti sunt falsa. Hug. Card: ecce peccatum gulæ; et bene dixit, erraverunt; quia error est facere ve- ntrem suum, Deum. loquti sunt falsa: ecce pecca- (ecce pecca- tum mendacii, seu linguæ. furor illis: ecce ira, et invidia.

S. Greg: abundare in conviviis loqu- acitas solet, videlicet, de Deo, et San- ctis blasfemando, vel proximis detrahendo, iuxta illud, Pro- ver. 23: noli esse in convi- viis eorum, quod car- nes ad vescendum Conferunt.

Quod faciunt aliqui, qui in conviviis suis blassfemant, seu detrahunt bonis: aliquando in conviviis suis abstinent a carnibus animalium, et devorant carnes aliorum: contra quos B. Augustin. scribi fecerat hos versus: si quis amat dictis absentum rodere vitam, ha- nc mensam indignam nove- rit esse sibi.

Ad Ephes. 5: nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

S. Ambr: saturitas Castitatem prodigit. S. Bonab: quinq. pessimas gulę filias declarat: inepta letitia, quę est voluntas per externos luxus excitans libidinem in gustu, et ex ipsa postmodum excitata. Scurrilitas; quę est voluntas per verba carnalia, lividinem gustus conmovens, et ex ipsa postmodum commota: inmunditia; quę est voluntas per nimiam cibi sumptionem, lividinem in gustu continuare dessiderans; Multiloquium; quę est voluntas per multiplicationem verborum, intendens in gustu conserbare lividinem. Hebetudo, quę est voluntas conserbando proprię carnis absorta, intelligere spiritualia fastidiens.

Pat. Bolland:

Nam, qui ciborum se dedit voluptati, facile prosternitur ab eo, quod est subventre, vitio.

S. P. August:

Ebrietas luxurię soror. S. Hieron: est autem esus carnis, seminarium libidinis. S. Joan. Climac: demon demonem non pellit, sed spiritus gulę transmittit gulosum ad spiritum luxurię. Interlin: amica sunt venter, et genitalia.

Discursus 40

Sine Cere, et Bacco friget Venus.

S. Joan. Clim:

Qui servit ventri suo, et interim conatur spiritum luxuriæ vincere; perinde facit, atq; is, qui incendium oleo vult extinguere. S. Nilus: ut terra basta, atq; inculta spinas producit, sic venter cibis onustus, obscenas cogitationes. Eccl. 2: cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam. Dionys. Carth: ut animam, idest, intellectum meum transferrem ad sapientiam, ad quam obtinendam, tanto aptior fit anima, quanto corpus a delectationibus carnalibus amplius elongatur.

S. Ciril: vinum mel ori est, sed fel capite venenosum: sapit in ore, ardet in ventre, fumat in Capite, confundit sensus, vigorem confundit, imaginationem destruit, tollit mentem. S. Bonab: videtur, incipiendum certamen primo contra gulam, quia quando gula in nobis dominatur, aliorum vitiorum certamina magis occulta videre non possumus.

S. Joan. Climac: si xpto per angustam, et asperam viam ambulando adhæsurum te promisisti, coerce ventrem tuum; hunc enim si bene curaveris, et saginatum extenderis, pacta cum cum Christo inita precidisti.

S. Greg: qui non vincit vitium gulę, male potest alia vincere; idest, quando corpus impletur, tanto anima minoratur. S. Bern: ubi curiosa diversitas ciborum pascit ventrem, coelestis panis ieiunam desserit mentem. non potest quisquis accipere perfectionem virtutum, nisi prius in se domuerit ventris gulam; nec potest a semetipso tentationes demonum expellere, nisi refrenaverit in se appetitum gulę.

S. Bern: vę, vę in domo Dei horrendum videmus, quid in ido latras ministrantes? mentior, si non quibusdam venter suus factus est Deus suus; quod enim quisque pre ceteris colit, id sibi Deum constituisse, probatur. quia serviunt huic, ait Theofil. tanquam Deum, et omnem curam adhibent. quidquid faciunt, ait Anselmus, pro ventre faciunt.

S. Bern: qui gulosus effectus est, vix aliter, quam morte mores mutabit. Eccles: 37: propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam.

S. Ambros: Multos gula sua occidit; nullum frugalitas. noxia est ebrietas ad corporis sanitatem.

Petrus Blesensis: si de salute animę tuę, aut saltem de incolumitate corporis cogitares, plus animę, et minus corpori, minus Ventri, et plus Spiritui deservires.

De Gula, et Ebriet.

S. Ambr:

Rogas ad iucunditatem? cogis ad mortem. invitas ad prandium? afferre vis ad sepulchrum. cibos promittis? tormenta irrogas. vina praetendis? venena suffundis.

Sanctus Laurent. Iustinian:

Mel est, quod ascendit in labia, fel est, quod descendit in viscera. male servitur gulae, quae semper expetit, numquam expletur. Quid enim insatiabilius ventre? hodie suscipit, et cras exigit. Prov. 21: qui diligit epulas, in egestate erit. qui amat vinum, et pinguia, non ditabitur.

Hug. Card:

Quid mirum? ipse est Servus duarum Sanguisugarum insatiabilium, scilicet, gulae, et luxuriae, quae semper clamant: affer, affer.

S. Luc. 21.

Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, et ebrietate.

Sanct. Ioan Clim:

restringamus

Ventrem, æterni ignis memoria: ubi ad capiendum cibum accubu-
eris, in medio pone mortis, et iuditii memoriam; sic
vel modice gulam refrenabis.

Apocalip. 5:

Memor esto, unde excide-
ris, et age pœnitentiam.

Sanct. Ambr:

Clementiam tuam Deus imploro, ut si-
cut æger ad medicinam, sic ad sum-
endas dapes accedam; nequa-
quam in eis voluptatem ap-
petens; sed necessitati su-
beniens.

S. Pat. Augustinus: hec me docuisti, ut quemad-
modum medicamenta, sic alimenta
sumpturus, accedam. suavis est
mihi necessitas, et adversus
istam suavitatem pugno,
ne capiar.

Nasci hic in corpore mortali, incipere ægrotare est; quotidiana me-
dicamenta, sunt refectiones; temperamus ipsis fomentis
ærumnam ægritudinis nostræ. Idem Pater sup. verba:
ego sum pauper, et dolens. ait: non est ista salus
corporis, sed infirmitas: paragonizamur
quotidie medicamentis Dei: manduc-
amus, et bibimus; hec medicamen-
ta sunt: si plus refeceris, inde
deficit.

Bellovacensis ait: natura
paucis, et minimis est

Disc. 40. de Gula, et Ebrietate.

Est contenta; unde temperantia amica est naturæ, et per eam salvatur et bona naturæ continentia conservantur. S. Bern: Xptianus homo comedit, ut bivat, non vivit, ut comedat. S. Ambr: alimenta dedit (Deus) non vitia præscripsit. Job. 3: antequam comedam, suspiro; scilicet, ait S. Antonin: timens offendere.

S. P. August:

Vis tentationibus quotidie cogor ressistere, et invoca dexteram tuam ad salutem meam. cum ad quietem satietatis ex indigentiæ molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentiæ.

S. Hieron: nobis, non corporis cultus, sed animæ vigor quæritur; quo carnis infirmitate fit fortior. tanta sit in sumendo sobrietas, talisque parcitas, ut venter potius conqueratur quam gaudeat.

Catena Græca: homo, ita a Deo constitutus est, ne aliorum animalium exemplo, ventri semper servire cogatur, sed statuto ei tempore.

S. Bonav:

Quando quis mensuram excedit, nimis comedendo; quando nimis ardenter, et festine quis comedit; non enim usus Ciborum, sed concupiscentia in vitio est.

Discurs. 41.

De mundo, eiusq vanitate

1. Joan. 2:

Nolite diligere mundum. Ricard. a S. Vict: tribus modis accipitur mundus: aliter intelligitur mundus, cum dicit; Creator mundi: aliter, cum dicitur; Salvator mundi: aliter, cum dicitur; diabolus princeps mundi. est itaq mundus, cuius Deus Creator est: est et mundus, cuius Deus Salvator est: est etiam mundus, cuius diabolus princeps est.

Mundus, cuius Deus Creator est; intelligitur universalis fabrica mundi, de qua dicitur; in mundo erat, et mundus per ipsum factus est.

Mundus, cuius Deus Salvator est, intelligitur universalis Ecclesia Dei, de qua scriptum est, sic Deus dilexit mundum, ut filium suum &c. mundus, cuius diabolus princeps est, intelligitur, universalis concupiscentia seculi, de qua dicitur: nolite diligere mundum, neq ea quæ in mundo sunt.

Discursus 41.

S. Joan. hic:

Siquis diligit mundum, non est Charitas Patris mei; quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia Carnis est, & concupiscentia oculorum, et superbia vitæ, quæ non ex Patre, sed ex mundo est.

Isaias Abb. sic ait:

Mundus est, animi ad peccata distractio. mundus est, cum ea, quæ naturæ contraria sunt, sequimur. mundus est, cum maioris corporis, quam animæ curam gerimus.

mundus est, cum iis, quæ caduca sunt, gloriamur. non ex me ipso ista confingo, sed S. Joan. Apost, ita loquitur: nolite diligere mundum &c.

§. 1. Aug: ne forte, cum dixisset, mundi, intelligeres, Demones esse rectores Cœli, & terræ. mundi dixit, tenebrarum harum. mundi dixit, amatorum mundi dixit, impiorum, & iniquorum mundi. S. Anton: mundus, secundum aliquos dicitur per Antiphrasim, eo, quod munditiæ caret. sex genera malorum reperiuntur in ipso, notatas per litteras ipsius dictionis. prima est, multiplicitas malignitatis. secunda, vanitas mutabilitatis. tertia, nullitas tranquillitatis.

quarta=

Quarta, defectuositas veritatis. quinta, varietas periculositatis. sexta est, serbilitas corruptibilitatis.

Dionys: Carthus:

Heu corrupta est via universe carnis! quod bene tangit S. Bernardus, dicens; non est, nisi amor turpis in hoc seculo: nullibi fides secura, quia omnia, que eius sunt, contaminantur superbia, avaritia, cupiditate, et luxuria: recessit enim lex a Sacerdotibus, iustitia a Principibus, consilium a Senioribus, Religio a Clericis; amor a Parentibus, fides a Populo, reverentia a Subditis, amor castitatis a Virginibus, pudicitia a coniugatis.

Innocent 3:

Superbia inflat, invidia rodit, avaritia stimulat, ira succendit, angit gula, dissolvit luxuria, ligat mendacium, maculat homicidium: sic, et cetera portenta vitiorum, et que sunt homini oblectamenta peccandi, Deo sunt instrumenta puniendi.

Quis unquam, vel unicum diem totum duxit, quam in aliqua parte diei reatus conscientie,

Discursus 41.

Vel impetus iræ, vel motus concupiscentiæ non turbaberit? quem livor invidiæ, vel ardor avaritiæ, vel timor superbiæ non vexaverit? quem deniq visus, vel auditus, vel actus aliquis non offenderit? S. P. Aug: sæpe dictum est, mundum dictum vocari peccatores. et quare peccatores, nomine mundi apellantur? quia dilectione mundi inhabitant mundum.

Isaac. Presbiter:

Mundus est meretrix, quæ desiderio pulchritudinis suæ ad concupiscentiam trahit videntes eum.

S. Jacob. 4:

Quicunq voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.

S. Bonab:

Super illa verba; Cœlum, et terra transibunt. sic ait: qui his transitoriis adheret, triplicem facit transitum. primus est, a culpa in culpa. coronemus nos rosis, antequam marcescant; nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. secundus est, de culpa in penam. Sap. 2: umbræ transitus, est tempus nostrum. tertius, a pena in penam. ad nimium calorem, transiet ab aquis nivium. S. P. Aug: scimus, quod quisq, quanto magis terrenis occupationibus implicatur; tanto magis a sui Conditoris visione impedit.

Glosa: sicut per odium proximi, ita per amorem mundi, extinguitur amor Dei. qui diligit mundum, diligit inimicum, et proditorem amplexatur inmundum, et amat periculum suum.

S. P. Aug: si delectat te mundus, semper vis esse inmundus.

Si fuerit tibi dilectio mundi, non erit ibi dilectio Dei. tenere potius dilectionem Dei; ut quomodo Deus est eternus; sic, et vos maneatis in eternum; quia talis est quisq̃, qualis eius dilectio. terram diligis? terra eris. Deum diligis? quid dicam? Deus eris. non audeo dicere ex me: scripturas audiamus:

Ego dixi, dii estis, et filii Altissimi omnes; si ergo vultis esse dii, et filii Altissimi, nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo. amor rerum terrenarum, viscum est spiritualium pennarum.

Salmeron: in mundo non est bonitas, quia totus in maligno possitus est; non est veritas, quia spiritum veritatis non potest percipere; non est sapientia, quia sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum; non est vera amicitia, quia quicumq̃ voluerit amicus esse huius seculi; inimicus Dei constituitur. nihil in eo certum est, et stabile, quia mundum tradidit disputationi eorum.

Non est iustitia, aut vita, quia per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors. S. Greg. Nacianc:

Quid nos metipsos sponte deiicimus, cum sublimes, et excelsi creati sumus? S. Bern: fiunt homines animales ex deliciis multis; nec sensum habent virtutum; nec horrent aliquod vitium; nec alliciuntur premiis æternorum bonorum: supplicia etiam non perhorrescunt infernorum: Deum non timent,

Nec homines reverentur. contemptores sunt omnium inspirationum, correptionum, prædicationum, ac sermonum Dei. insensibiles, et despectores facti omnium donorum eius. ad tales ait Dns Jeremiæ 22: loqutus sum ad te in abundantia tua; non audiam. S. Joa. Clim: diligere commoda mundi affundit menti tenebras. despicere autem illa, illustrat mentem, pariterque in omnibus cognitionem.

Dionys. Carth: teste S. Bernardo, divitiarum amor insatiabilis longe plus dessiderio torquet, quam usu suo hominem ipsum refrigeret: labor enim secundum Valerium

Est, in acquirendo; timor in possidendo; dolor in amittendo: sed, et aurum illum plus crutiat, apud quem largius invenitur.

S. P. Aug: aurum, quod erumna perquiritur, quod avaritia cupit, quod solicitudo custodit; aurum materia laborum, periculosa possidentium.

Innocent. 3:

sed, quod sublimetur in altum, statim curæ succrescunt, solicitudines cumulantur, vigiliæ producunt, ex quibus natura corrumpitur, spiritus infirmatur, fugit somnus, amittitur appetitus,

Debilitatur virtus, attenuatur corpus; et sic in seipso deficiens, non dimidiat dies suos, sed miserabilem vitam, miserabili fine concludit.

Histor:

S. Cirilus hominem sensualem viperæ assimilat, usus ingeniosa hac fabula: furibunde viperæ ad coitum properanti; Elephas obvius, quesivit ab ea, et dixit: quo sic effrenatu passu properas? at illa dixit; anhelo veneres suavitatis ad gaudium. quo audito; Castus, et prudens Elephas, eius non

Discursus 41

Non minus deceptioni, quam lethiferæ furiositati compassus, illico sic loquutus est; scio certe, quod furibunda luxuria oculos non habet, et ob hoc, nequit videre, quo ruat; nimirum ad occasum amarissimæ vitæ tendis. quid enim est coitus, nisi deliciosa pernicies, mors latens, venenositas blandiens?

S. Bernard: ipse enim ignis propria fomenta consumit; nec nisi ipsa consumptione fovetur.

S. Bonab: saturitas divitis non sinit eum dormire; unde quasi super spinas iacet. Henrric. de Cassia: divitiæ possessæ onerant, amatæ inquinant, amissæ cruciant, nec appetitæ, nec habitæ satiant. et quis in honore, sine dolore? in sublimitate sine vanitate esse poterit? anima mea certa sis; omne, quod hic eminet, multo plus moerore afficitur, quam honore, leteturque: plus casu damnationis minatur, quam vitam beatitudinis mereatur.

S. Ant. Patav: nota, quod radix Juniperi est dulcis, et comestibilis, sed habet spinas pro foliis. sic luxuriæ delectatio, quæ est cibus carnalis; in presenti videtur dulcis, sed

Sed parturiet in fine punctiones. Hug. de S.to Victore: vermis
Carnis est luxuria, quæ ingreditur blan-
diendo, mordet ridendo, transforat
delectando.

S. P. Aug: O munde inmunde, falax, et proditor,
numquid non periculosior es blandus, quam
molestus? numquid, non magis timen-
dus es, dum diligere dissimulas,
quam dum odire te ostendis?

S. Bernardin:
Per abundantiam delicia-
rum, in bonis deficiunt,
et in malis profi
ciunt.

S. P. Aug: si ipse mundus nos diligeret, diligendus uti
que non esset; quanto magis, cum ipse nos odire
probatur, quos tantis malis insequitur, à
nobis omnino spernendus, atque fu
giendus est.

Preteriit ista dies, nascitur origo secundi,
An labor, an requies, sic transit gloria mundi.

Philo hebreus:
Nihil est humanis rebus, ac negotiis,
preter humbram, auramque levi-
ssimam, sine mora preter vol-
antem. quid nobis profu
it superbia?

Quid divitiarum iactantia? quid contulit nobis: transierunt omnia illa, tanquam umbra.

Philosoph:

Unumquodq. ex his componitur, in quo actualiter resolvit.

S. Hieron:

Si haberes sapientiam Salomonis, pulchritudinem Absalonis, fortitudinem Sansonis, divitias Cresi, potestatem Domitiani; quid hec proderunt tibi, cum statim caro dabitur vermibus, et animam demonibus?

1. Joh. 2.

mundus transit, et concupiscentia eius.

Dionysius Carthusianus; sic ait: in hoc innotescit vanitas mundi, quod prosperitas, et letitia eius, cum ingenti aviditate expetatur; et cum data fuerit teneri non potest, sed transeunt omnia et evolant.

Histor:

Cedrenus in compendio historiarum refert: Principem quendam in Africa, in carcere vinctum, duorum annorum spatio, num-

Numquam visum fuisse ridentem, non obstante, quod eidem in
carcere omnium delitiarum copia addesset. unde
Rex, a quo in carcere missus fuerat, idipsum
summopere
admiratus, ingens premium promissit
illi, qui primus sibi eum rixisse, nu
ntiaturus esset.
tandem, unus militum, qui ei-
us custodię deputati fuerant;
eum die quadam, vehem-
enter rixisse, observa
vit; atq. idipsum
confestim:
Regi nuntiavit. cumq. Rex causam risus
sciendi cupidus; eum, hac de re interro-
gasset: respondit Princeps, se viden-
do transeuntem currum, ad in-
constantiam, et volubilita-
tem rerum mundanaru
se reflectendo, aliqua
libertationis suę
spem concepisse.
quia
Notaverat, quod rotę currus pars superior mox declinasset in
terram; inferior autem, sursum se erexisset;
inde q. cogitasse, nihili sibi faci
endam esse malam, vel bona
stus sui fortunam; ut po
te,

Utpote cuius rotæ adeo sunt volubiles, et inconstantes, ut hi, qui modo Principes sunt, mox mancipia; et qui mancipia, confestim Principes fiant. quanto satius, ait Seneca, hic doceret eos, qui suæ permissere fortunæ, nihil stabile ab illa datum esse, eius omnia fluere aura mobilius.

Periculosa est secundum Hyppocratem summe bona corporis valetudo, ita rebus maxime prosperis, ac iucundis, metuenda adversa fortuna est.

S. Bernar:

Sicut rota nunquam stat, sed perpetua volubilitate circumagitur; ita in hac vita rota, nulla stabilitas, aut securitas reperiri potest. S. P. Aug: sicut ars manifestatur per artificis opera; ita et Dei sapientia manifestatur per Creaturas. S. Albert. Magn:

Mundus per ipsum factus est: mundi dispositio ostendit sapientiam. mundi conservatio ostendit continentem Deitatem. et mundi perfectio ostendit bonitatem. et mundi magnitudo ostendit potentiam.

Imperf: diligere Deum ex toto corde est, ut cor tuum non sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem, magis quam Dei. S. P. Aug: tanta est pulchritudo, et iucunditas lucis æternæ, ut etiam si non liceret amplius in ea manere, quam unius diei mora, propter hoc solum, innumerabiles anni huius vitæ pleni deliciis, et circumfluentia tem-

Temporalium bonorum; recte, meritoque contemnerentur.

Discurs 42.
de Avaritia

Ecech. 7:

Argentum eorum foras proiicietur, et aurum eorum in sterquilinium erit.

S. P. Aug: quæ est ista, rogo, animarum insania, acquirere aurum, et perdere Cœlum? Ang.

Doct:

Ad similitudinem radicis arboris, quæ ex terra trahit alimentum; sic ex amore rerum temporalium omne procedit peccatum. S. Valer: nihil est malorum, quod non cupiditas, aut non concipiat, aut pariat, aut pascat aut nutriat. venenum Charitatis est cupiditas; perfectio, nulla cupiditas.

Virgilius:

Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis?

Divi Chrisost:

Tolle pecuniarum studium, et omnia mala sublata sunt. Damasc: quis mendacii Pater est? quis periurii procurator? nonne opes? nonne earum studium? S. Hieron: vera est Philosophi quædam sententia: omnis dives, aut iniquus, aut iniqui heres. S. Cenon: nihil est tan sanctum, quod non violari,

Nihil tan munitum, quod non expugnari pecunia possit. I

S. Franc:

Pecunia servis Dei, o frater, nihil aliud est, quam
Diabolus, et coluber venenosus. Xprism: an non
existimatis, cum avaris, diabolum simul
acumbere? S. P. Aug: illius est aurum, et
argentum, qui novit uti auro, et argento.

S. Hieron:

Si quis existimat posse, se versari in
divitiis, et divitiarum viciis non
teneri, se ipsum decipit. San.
Bern: quid ni periclitetur
castitas in deliciis, hu-
militas in divitiis,
pietas in negotiis?
fugite
de medio Babilonis, fugire, et
salvate animas vestras. licet
multos frangat adversit-
as, tamen; multo pl-
ures extollit prosf-
peritas.

S. Leo: non est in illo corde iustitie vestigium, in quo sibi avaricia fe-
cit habitaculum. S. Bonab: avari pleni in arca, vacui in
conscientia: querunt aurum, et acquirunt
infernum.

Didac. Stella: avarus visceribus Cha-
ritatis caret, Patrem nescit, fra-
tres ignorat,

Et propinquos, velut extraneos abiicit; unde nemini utilis est. Senec.

Res est inquieta faelicitas.

Historia.

Refieren las historias de cierto avariento; que como este hu-
biesse ocultado en una montaña, un mui copioso cu-
mulo de oro: Cierto pobre, que por su summa nece-
ssidad, y posseido del Demonio, tenia un lazo, pa-
ra con el acabar la vida, poniendo fin a su mise-
ria. Y saliendo de su casa, a donde fue a
parar? al mismo sitio, y lugar, donde tenia
oculto su thesoro el avariento. Y como
Observase por algunas señales q vio, que alli podia aver algo encerra-
do, cabo la tierra, y sacando tanta riqueza, como alli hallo de-
positada, dexo en su lugar, el lazo que llebaba para morir.
pasaronse algunos dias, y volviendo el avaro a repo-
ner mas riquezas, y hallando, que se las avian
robado, se lleno de soberbia tanto, que toma-
ndo el lazo, que hallo en el lugar de su
deposito, se lo echo al cuello, y murio
infelizmente ahorcado. para
que se verifique de cierto, que
in amittendo fit laque-
us desperationis.

S. P. Aug:

Fuge Creaturas, si vis habere Creatorem: omnis Crea-
tura vilescat, ut Creator in Corde dulcescat.

S. Eucher: vera beatitudo est, secu-
li beatitudinem spernere, neg-
lectisq. terrenis, in divina flagrare.

De Avaritia.

S. P. Aug: pecunia, a malis male habetur; et a bonis tanto melius habetur, quanto minus amatur. ad subsidium vitæ, non ad malorum incitamentum pecunia data est. Eccl. 13: bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia.

S. P. August:

Ama alteram vitam, et videbis, quod ista vita est tribulatio, quacumque prosperitate fulgeat, quibuscumque deliciis superabundet, et affluat. o munde immunde, inter habitare, et non dolere, impossibile est; inter illa amare se et non periclitare, paradoxum est.

S. Bern:

Falax foelicitas, est maior infoelicitas. S. Ambr: Naufragio mentis, est foelicitas rei familiaris.

Axioma.

Semper avarus eget.

S. Bernardin:

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. S. Antoninus: avarus est pauper, qui non pecuniæ, sed ipsi pecunia imperat: non possessor est, sed possessus. Div. Xprom: possessiones dicuntur, ut nos illas possideamus, non illæ nos.

Discurs. 43.
De Baccanalibus.

S. P. August:

Ubi inmunditia est corporis, ibi habitatio diabolici spiritus, qui maxime gaudet inquinatione carnis nostre.

Seneca.

Nihil est tan damnosum moribus, quam aliquo spectaculo dessidere: tunc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt: cum videris circum, in quo maximam sui partem populus ostendit, hoc scito: ilic tantundem esse vitiorum, quantum hominum. avertat Deus, a suis tantam

Voluptatis exitiose cupiditatem: theatrum proprie, Veneris est sacrarium. pribatum consistorium impudicitie. Salvian

qui forte ad spectaculum puri venerunt, de theatro, adulteri revertuntur.

Tertul:

Tertulian:

Omne spectaculum sine concussione spiritus non est: ubi enim voluptas, ibi, et studium, per quod voluptas sapit: quia est Ecclesia? est circulus, cuius centrum est diabolus; et circum ferentia, omnes Angeli eius.

idem ait:

Colitur Venus in theatris.

Div. Xptom:

Descendisti a theatro? quae expectasti ad memoriam recurrunt. S. P. Aug: ludi scenici, spectacula sunt turpitudinum, et lisentia vanitatum: dulciores sunt lacrymae orantium, quam gaudia theatrorum.

S. Greg:

ita est agenda letitia, ut numquam amaritudo sequentis iudicii a memoria recedat.

Aristot: parum de delectatione suficit ad vitam, quasi pro condimento; sicut parum de sale suficit in cibo.

Discurs 44s.

De Peccato mortali.

S. Math. 12.

De omni verbo otioso, quod loquti fuerint homines reddent rationem in die iudicii; primo quidem in die particularis iudicii, qui est in morte.

S. Antonin: cuncta, quæ fiunt, aducet Dñs ad iudicium: pro omni errato, sive malum, sive bonum exigetur ratio; non solum de malo opere in se, sed etiam in eo, quod de se est bonum, vel alias videtur bonum, et propter malam aliquam circunstantiam error est, in iudicium adducetur; et quantum cumque occultum opus fuerit, manifestabit abscondita tenebrarum, idest, peccatorum, ut ait Apostolus.

S. Ant. Abbas:

Vere homo Deo non fructificans, ad nihilum aliud valet, nisi ut fiat esca ignis. Theodor: voluptas hamus est diaboli, inextincti ignis suscitabulum; et tamem rapimur ad eam mortales, quasi quidam deditítii serbi.

Euseb. Emise:

Quanta castis corporibus reverentia debeatur, arbiter ignis agnoscit.

P. Quidam illuminatus:

Ad infernum Pagani: ad infernum Turcę, ad infernum Atheistę; Christiani autem ad profundissimum inferni barathrum.

S. Anselm:

Si hinc peccati pudorem, et illinc cernerem inferni horrorem, et necessario uni illorum haberem inmergi; prius me in infernum immergerem, quam peccatum in me admitterem.

Crisologus:

Reus, plus de conscientia, quam de gehenne urubescit incendio.

Seneca: noli huic tranquillitati confidere: momento mare vertitur: eodem loco, ubi luserunt navigia, sorbentur.

S. Paul:

Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Dni, sicut fur in nocte, ita veniet. S. Albert. Mag: subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam, quando in maiori se credebant in prosperitate possitos.

Eccl. 7:

Ne impie agas multum, ne moriaris in tempore non tuo.

Nota hic:

De Talpa scribunt naturales Philosophi, quod intra terram coeca vivat, eaque pascatur, et nutriatur: oculos

Oculos autem suos, nunquam apperiat, nisi quandò moritur.

S. Greg. Mag:

Quasi exanimis namq. iacet, qui iustitiæ vivificantem spiritum non habet. Div. Xpsom: amat mortem, qui vitæ precepta non serbat; et horret vitam, qui peccata morti debita, desperatamente frequentat: ut enim per obserbantiam legis vita acquiritur, ita per contemptum, mors a contumacibus invenitur.

S. Bern: qui in uno peccavit, factus est omnium reus.

Bellovacens:

Si peccatum non esset, nihil posset esse, quod homini obesset; si peccatum non esset, quidquid est, homini prodesset.

Philosof:

Quod dulce est, transit, quod turpe, remanet. Nota: vir quidam eruditus ingeniose obserbat, quod inter dictionem, letum, quæ hilarem significat, et dictionem lethum, quæ mortis est expressiva; nulla alia intercedat, preter quam una littera aspirativa, h, de qua communiter dicitur: non est littera, sed aspirationis nota.

Poeta:

Celum, non animum mutat, qui transmare currit.

Sap. 17:

Semper enim presumit seva, per turbata conscientia.

S. P. Aug:
Jussisti Dne, et sic est, ut omnis inordinatus amor, ipse sibi pena sit.
S. Ambr: ō quam magna est amaritudo peccatorum meorum, pro qua tollenda, tanta fuit necessaria amaritudo, scilicet, passionis, et mortis Xpti. Xpom: Ex peccato, tristitia; ex peccato, tumultus, bella, morbi, atq omnes, quotquot nos premunt, passiones.

S. P. Aug:
Ingreditur enim blande, sed in novissimo mordebit, ut coluber. u
Clement. Alexand: miser autem nescit, quod serpentes apud ipsum habitent.

S. Bern:
Accusaberis innumeris criminibus, non uno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua. S. Laurent Justin: accusator erit proprium scelus: tunc loquentia simul opera nostra dicent: tu nos egisti, opera tua sumus; non te deseremus, tecum erimus, et tecum ad iudicium pergemus.

S. P. Aug: ordinabuntur ante infelicem animam peccata, et crimina sua, ut eam, ut convincat probatio, et confundat agnitio. Innoc 3: quasi contrarium illud persequar; non velut amicum amplectar. Xpom: quid prodest, quod sonantem fugit arcum, si iaculum portat infixum? sic-

Sic et anima, concepto concupiscentiæ iaculo, et lascivo, curioso q; aspectu, etiamsi cum iaculo permittatur abire, tamen ipsa, per se corrumpitur, ubiq; videns hostem.

Seneca: prima, et maxima peccantium pena est, peccasse.

Aug. Card: quemcumq; mulier amplectitur, non amplexatus, sed captivus potius, quam, et vinculatus debet dici. idem: nulla noceret adversitas, si nulla dominaretur iniquitas.

S. Petr. Crisol: fratres revertamur ad Dominum, ut revertatur ad nos Deus: renuntiemus malis, ut respondeant bona.

S. Gregor:

Quæ ad usum vitæ accepimus, ad usum convertimus culpæ. Interlin: aperiet Dns thesaurum suum placatus, qui aliquando claudit iratus.

Poeta:

~~Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.~~

S. Hieronimus:

ut quod Deus diu facere noluit, peccatorum multitudine facere compelatur. S. Greg: mala, quæ patimur, mala nostra meruerunt.

S. Hieron: nostris peccatis, Barbari fortes sunt: nris vitiis, Romanus superatur exercitus: non sua hostes arma, sed nra eos peccata in nos roborant.

S. Ambr: precepta Xpti arma sunt Christianis; et divinus timor, terrorem a nobis expellit hostilem. Beda: quando nos facimus malum in conspectu Dni, tunc confortantur adversarii nostri. S. Ambr: tunc civitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis portę iustitię muniantur; ceterum nihil prodest murum munire propugnaculis, et Deum provocare peccatis.

S. Th. a V. N.

Si emendaremus vitam, et peccata preterita ploraremus coram Dno, ipse averteret a nobis flagellum suum, et daret de inimicis victoriam. prius Deum placemus, et deinde arma sumamus.

Div. Xprom: discant omnes fideles, quod Xpti timor omnem potentiam refrenare potest. S. P. Aug: agnosce eum, qui supra te est, ut agnoscant te, quę infra te sunt: hac enim ratione super Aspidem, et Basiliscum ambulabis.

Oleast: adverte, causam infirmitatum nostrarum, quas hic patimur esse peccatum.

Sap. 11.
Per que quis peccat, per hec, et torquet.

Historia

§. Bernardino de Sena refiere en un sermon, q cierto hijo temerario, llenando de improperios al P.e que le avia engendrado, i dandole muchos puntapiesses, i golpes, lo hubiesse echado de casa, llebandolo con ignominia de los cabellos hasta cerca de la plaza: entonces el P.e haciendo memoria, que el con su P.e avia antes echo la mismma indigna obra, y que hasta aquel mismo sitio, aque su hijo le avia traido, el a su P.e tambien lo avia llellabado deshonrrandolo, le dijo: non plus, fili mi, non plus, quia hucusque traxi Patrem meum; et tu fili mi fecisti vindictam eius.

§ Semellante a este exemplo, refiere otro el mismo S.to y fue que pasando un Señor por un Castillo, y oiendo muchos lamentos, i extremado estrepito, entro, y hallo, que un hijo imprudente estaba con grandes golpes maltratando a su P.e y movido a compasion, y del furor estimulado, castigo con rigor aquel impio, e indigno hijo. pero notese dice S. Bernardino lo que hizo el maltratado P.e hincose este de rodillas, y oro al Cielo deste modo: ne percutias filium meum, quia etiam ego verberabam genitorem meum; quod audiens ille (filius), et considerans iuditium Dei, iussit, ut de cetero ad libitum ipsi impune verberaret.

No es menos prodigioso, y admirable otro cierto exemplo que sucedio en Mantua. Cierto hijo determino casar con una S.a senia e ste a su P.e mui anciano, mui pobre, i mal bestido. i porque no le obligaran con sonrrojo suio, los conuidados a que se sentara a la mesa el dia del desposorio, lleuolo fuera de la Ciudad a una Iglesia, que estaba algo distante della. el P.e viendo lo que su hijo hacia con el, se lamentaba, no sabiendo adonde, ni con que fin lo sacaba de la Ciudad. iba el viejo mui fatigado por el camino, y sentandose sobre una piedra, que avia en aquel sitio, le pregunto, que con que ocasion lo traia a aquel lugar? viendose ia el hijo obligado, dixo a su P.e el fin que tenia para averlo alli llebado. entonces el viejo voluiendo sobre si, prorrumpio en estas palabras, diciendo:

O digna, et vera Dei iustitia! memini fili mi, quod similiter feci Patri meo, quando duxi matrem tuam: et duxi eum per istam viam, et ad istam met Ecclesiam: et pausavit super hunc ipsum lapidem, sicut, et ego: ideo bene facis, fili mi, satisfaciendo mihi eo pretio, quo ego satisfeci Patri meo: sed unum tibi significo, quod posteris tuis relinquam: ut similiter tibi faciant, sicut tu mihi fecisti. quod audiens filius exterritus, magnam Dei iustitiam contemplando, reduxit Patrem ad proprios lares, et ipsum ad nuptias, primatem ad mensam locavit, ut decuit.

S. Ambr: digna pena avarum, digna, avaritiam consumit. Lyra hic est maior pena superbo, quod inferiora, et vilia ei preponantur.

S. Greg. mag: Superbis inest clamor in loquutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, erectio in incessu, rancor in responsione.

Peccatum avaritiæ

Corpus extenuat, quod ne marsupium evacuet, necessariis alimentis, et indumentis privatur, non solum alios, sed seipsum quoque; bonorum participatione facit extorrem.

Peccatum luxuriæ corpus excedit, et consumit, et foetidam, et miserabilem senectutem affert. peccatum invidiæ corpus tabe facit. peccatum gulæ, corpus grabat, morbos, generat, vitam abbrebiat. Peccatum iræ, Corpus accendit, et quasi furiis exagitat, et ad similitudinem amentium effrenate movet.

peccatum acediæ, ossa ipsa consumit; nam spiritus tristis exsiccat ossa.

Didac. Stella:

Sunt quedam peccata, quæ crucem suam secum baiulant; non inquam Xpti, nec boni latronis, sed durissimum mundi supplicium;

Ea sunt, ambitio, odium, et invidia; quæ maxime vitia torquent cor, somnum, et quietem auferunt, ac totum (animum) hominem inanibus curis, et solicitudine obruunt. si invidus es, omnia proximi bona erunt tibi tormenta. si odium geris; quicquid boni accidit illi, quem odisti, inmanium cruciatuum causa existit. si ambitiosus; quoties alios evectos cernis, nimio dolore compressus, cogitabundus semper incedis, tecum revolvens, cuiusmodi dignitate decorari possis.

Sap. Capit. 17:

Qui volvit lapidem, revertetur ad eum; et qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.

Cornel. Jans: plaga dolosa, dividet vulnera.

Idem:

Qui dolose, et occulte alteri plagam inferre conatur, seipsum improbe ledit. facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur.

Dionysius Carthusianus: sepe contingit, eos temporalia incommoda, ac tormenta incurrere, et eadem specie tolerare, qui aliis querunt nocere.

§. Hieron: Et tu beatos putas, qui foelicitate istius seculi, et felici
is perfruuntur?

Magna ira est, quando peccan-
tibus non irascit.

Bellovac:

Qui se peccatis gaudet foeliciter uti,
(Cum datur iniusto.)
Infelix nimis est prosperitate sua.
Cum datur iniusto peccandi optata potestas,
Ut mala mens prave, cum cupit, efficiat,
Ira magna Dei, quam multos sic quoq punit,
Ut quibus exultant criminibus, pereant.

Epit. Reg. fran:

Risi, ploro; fui, non sum; studui, requiesco.
Lusi, non ludo; cecini, non mutio: pavi
Corpus, alo vermes; vigilavi, dormio: dixi
Salve, dico vale; rapui, rapior: superavi,
Vincor; certavi, pace utor; iure ego vixi,
Iure igitur morior; non obsto, obstare nequirem;
terra fui quondam, rursum sum terra, nihil sum,
terra caduca vale; vermes salvete; recumbo.

Psalm. 9:

Cognoscetur Dns iuditia faciens;
in operibus manuum suarũ
comprehensus est peccator.

S. Bonab:

Diabolus quando potest in corde hominis inserere avaritiam,
omnia vitia inserit, quia iam habet omnium
malorum radicem, et princi-
pium.

S. Ambr:

Cavenda ergo sunt prima vitia, ne in plura, deinde maiora proserpant. noli ergo stare in peccato.

S. Isidor: pena peccati, peccatum admittitur, quando pro merito cuiusq; peccati, Deo deserente in aliud peccatum deterius itur; de quo amplius, qui admisserit, sordidatur. ergo precedens peccatum causa est sequentis peccati; sequens vero peccatum, pena est precedentis delicti. precedentia itaq; peccata sequentium sunt criminum causa, vt que sequuntur sint precedentium pena.

Bener. Beda:

Sicut Magnes ferrum, sic concupiscentia ad se trahit peccatum. peccata alia, ex aliis pendent.

S. Ambr:

Peccator vnusquisq; quo graviora flagitia conmissarit, eo fit insolentior, namq; vsu, et exercitatione improbitas augetur, et impunitate nutritur audacia.

S. Isidor:

Precedentium peccatoru pena, ipsa vocatur induratio veniens de divina justitia.

Discurs. 46.

De Peccatis venialibus.

Eccl. 11:

A scintilla una, augetur ignis.

Aug. Victorin:

Quantum parvis sugestionibus inimici succumbit, tantum hunc contra se robustum facit. S. Euseb. Emis: difficile est, vt non cadere in gravia permitatur, qui minus gravia non veretur. periculosus montibus est, malę conscientię vsus, et irrevocabilis ad deteriora descensus.

S. Leo. mag: necesse est, de mundano pulvere sordescere, etiam Religiosa corda.

Diony. Carth:

Quibusdam satis videtur, si a peccatis mortalibus abstineant, infernaliaq tormenta evadunt; unde venialia vitare non nituntur, nec diligenti cordis insistunt custodia, nec ad perfectionem feruntur; sed cum quadam mediocritate, Deo servire contenti sunt, non cum metu, timore, atq tremore suam ipsorum operantes salutem, iuxta Apostolicum documentum.

Isti sunt plurimum imperfecti, et sepenumero damnabiliter.

Fallunt seipsos, ac pereunt: non attendentes, peccatorum venialium nocumenta; et quod mortale nequeat vitare, qui venialia abiicere non conatur; unde secundum Hugonem, talium conversatio est plerumque periculosior, quam eorum, qui graviter peccant, non quod in se ipsa deterior sit, sed quia inter deum difficilius convertuntur; et non putantes in peccatis se esse mortalibus, mortalibus contabescunt.

Divus Xptom: ne simus in parvis peccatis socordes; sed ea reprimamus cum magna vehementia, ut liberemur maioribus.

Pat. Alvarez sup. illa verba: capite nobis vulpes parvulas. ait: vere culpę leves, et imperfectiones, vulpes parvulę sunt, in quibus nihil magnum, nihil nimis noxium aspicimus; sed hę vineam, idest, animam demoliuntur, quia eam sterilem faciunt, dum Coelum eiç eneum esse faciunt, et pluviam coelestis auxilii impediunt. Eccl. 19: qui spernit modica, paulatim decidet.

Dion. Carth:

Qui spernit modica, idest, qui non curat vitare parva peccata, successive corruit ad maiora: venialia namque minora disponunt ad venialia crassiora, et omnia simul ad mortalia.

Hug. Card: qui spernit modica, idest, minima instituta regularis vitę, vg. silentium, inclinationes, et huiusmodi, paulatim decidet in contemptum maiorum, vel in peccatum mortale vi- ta enim Claustralis est, sicut Navis, in qua si minima deficiant, idest, stupa, Clavus, serra, et eiusmodi, paulatim subintrat a- qua, et demergitur in pro- fundum.

S. Greg. mag: ad iniquitatem ducimur, cum prius per levia delicta deflecti- mus. Ricard. a S. Vict: parvę neg- ligentię obscurant anim- am, et impedimentum fa- ciunt amplioris gratię.

Eccl. 10:

Muscę morientes perdunt suavitatem unguenti. Cartusia. sic, qui in uno reus est, plurima perdit bona, et tota meritorum congeries, uno peccato le- tali destruitur. Idem ait hic: Spirituali- ter muscę morientes sunt cogitation- es vanę, inutiles, affectiones illi- citę, distractiones morosę, quę perdunt suavitatem ungu- enti, idest, experimenta- lem dulcedinem spi- ritualium exerci- tiorum.

Hug.

Hug: Card: qui muscas istas ab unguento, et sacrificio orationis, prout potest, non abigit, Deo, cui offert, ipsum abominabile reddit. S. Antonin: effectus peccati venialis est macula animæ, idest, impeditio exterioris fulgoris, et nitoris actualis operum bonorum: minuit fervorem Charitatis; sicut aqua in ignem projecta, licet ignem non extinguat, fervorem tamen illius temperat.

Alvarez:

Si magna perfectio, magna Charitas est; et magna Charitas est magnus amor, et magnus, et ardens amor, eum, quem amamus, nec leviter contristare permittit: quomodo eximie amabimus Deum, et perfectam erga illum Charitatem habebimus, quem quotidianis imperfectionibus lædere non veremur?

Idem: peccata nec pulvis, et Cinis sunt: pulvis, quia splendorem Charitatis obnubilant: Cinis, quia debilitant conceptum ex Charitate fervorem. videbis aliquos iustos, in meditatione frigidos, in Oratione segnes, in divinis laudibus tepidos; qui numquam lacrymis irrigantur, numquam interna suavitate irrorantur; vix compunctionis sensu tanguntur. et si causam huius insensibilitatis scruteris, non aliam, quam defectuum multitudinem, et in vitandis modicis peccatis insignem oscitantiam invenies. Iustinia[n] q. 25

Justinian: potentiam animę in bonis operibus debilitat, et sępe fit mortalis peccati occassio. S. Bern: scitote, quod post hanc vitam, quę hic neglecta sunt, in Purgatorii pe-nis centumpliciter red-dentur.

S. Aug: qui modo, nec unum digitum suum in ignem vult mittere; timeat, necesse est, vel tunc parvo tempore, cum anima, et toto corpore crutiari. ille Purgatorii ignis durior est, quam, quod possit, penarum in hoc seculo, aut accidere, aut sentire, aut excogitari. &

Tostat:

Pena damni est carentia divinę vissionis, in quantum animę, quandiu ibi puniuntur, retardantur a divina vissione.

S. Thom: pena damni maxima est penarum, quę in Purgatorio reperiri possunt. S. Ant: veniale obligat ad penam, vel temporalem presentem, si hic satisfacit, vel Purgatorium, si moriatur in gratia, vel ęternalem, si moritur in mortali.

S. Bernard:

Dum otiosa, tanquam minima spernimus, ad turpia, atq inhonesta dilabimur.

Alvarez:

Divinis donis nos pribant, quorum acceptionem, ac Sponsi-

Ac Sponsi dessideratum amplexum impediunt: dum enim ob quotidianas culpas plus plectimur, ut ad eas lacrymis, et gemitibus diluendas, hortemur; coelestium consolationum privatione castigamur. quæ culpæ cum nimis crescunt, et sine timore fiunt, ac sine compunctione, et pena relinquuntur; mirum est, quantum erga nos fontem divinæ largitatis obturent.

S. Bernardin: cautela adhibenda est in auditu, nam ex auditu Cedrus Libani corruit.

Histor:

In vita B. Jordani refertur; fratrem quendam in Capitulo fuisse accusatum, quod mulieris cuiusdam, sine ulla malitia manum tetigisset, cumque ille mulierem sanctitate vitæ famosam fuisse, respondisset: Sanct. vir Dei subintulit: pluvia bona est, et bona terra; tamen ex eorum conmixtione fit lutum, quo foedantur ceteræ res: sic, et manus viri, licet bona fuerit, similiter et mulieris, ex conmixtione tamen istarum, non numquam Cogitatio, vel affectio mala consurgit.

S. P. Aug: ista, quæ dicimus: peccata levia noli contemnere: si contemnis, quando appendis, expavesce, quando numeras. multa enim levia faciunt unum grande. Ang. D: Augustinus loquitur in illo sensu, quod multa peccata venialia, dispositive causant mortale.



Alvarez:

Levia peccata contempta nos in manifestum perditionis discrimen adducunt; non quia ipsa sufficiant ad nos perdere, sed quia sæpe sufficiunt ad grave crimen inclinare.

S. P. Aug: quam minutissima sunt grana arenæ? si arenæ amplius in Navi mittantur, mergit illam, ut pereat. &c.

Poeta:

Parva necat morsu spatiosum vipera taurum?
A Cane non magno sæpe tenetur aper.

Corn. Alap:

Peccatum unum, etiam veniale, est maius malum, quam omnia mala pænæ in unum collata. illud enim est malum culpæ, hæc pænæ; malum autem culpæ, altioris est ordinis, quam mala pænæ. peccati malitia nullo bono creato compensari potest, adeo, ut ne vo

Ut ne quidem ad convertendum totum mundum licitum sit, vel unum veniale facere. plane, ut malitia eius non solum inefabilis, sed etiam incomprehensibilis dicenda sit.

S. Hieron: tactum, et iocos, moriture esse virginitatis principia.

S. Bernardin: quisquis aliquod genus mendacii putaverit, non esse peccatum, decipit turpiter seipsum.

Malach. 1: filius honorat Patrem, et Servus Dominum suum: si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? et si Dns ego sum; ubi est timor meus?

Masiliensis:
Nihil leve estimetur, quo Deus leditur.

S. P. August:
Nullum peccatum adeo parvum, quod non crescat neglectum. non enim considerandum est, quid fecerit, sed quem offenderit; quam bonus est, quam benignus, quã pius.

Gerson:
Potius tolleranda esset omnis mors penalis, et anihilatio, quam committenda esset quantumlibet offensa parva in Deum. nulla offensa Dei est venialis de se, nisi tantummodo per respectum ad divinam misericordiam, quæ non vult de facto quamlibet offensam imputare ad mortem, cum illud posset iustissime.

S. Isidor: tanto maius cognoscitur esse peccatum, quanto maior, qui peccat, habeatur; crescit enim delicti cumulus, iuxta ordinem meritorum; et sæpe, quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur.

Vbi Organum vitiosum est, ait Ambrosius, quomodo potest cantus non esse vitiosus?

Alvarez:

Homo peccatis, licet minoribus inmundus; organum vitiosum est, cum divinas laudes decantat; atque ideo illa a tali organo prodeuntia, minus grata esse Deo, necesse est. at si peccata levia ipsis actionibus bonis insideant, ut puta, quia tepide oras, distracte psalis, sine debita devotione celebras,

Non sine tristitia laboras, nec sine repugnantia, et stridore murmurationis obtemperas; quis non agnoscat, huiusmodi opera, similibus defectibus undique offuscari.

S. Greg: Sancti viri, tanto se subtilius in cogitatione constringunt, quanto se a superno Iudice districtius considerari conspiciunt.

S. Anselm: ubi minimi excessus negliguntur; ibi totus ordo paulatim dissipatur, et destruitur. S. Bern: quid a te querit, qui tanta solicitudine te quesivit? nisi te solicitum ambulare cum Deo tuo? hanc autem solicitudinem non facit, nisi Spiritus Sanctus, qui nec minimam paleam intra Cordis, quod possidet, habitaculum, patitur ressidere.

S. Greg. mag: omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.

S. P. Aug:

Abulens: quidam gravius venialiter peccant, quam alii; nam qui intenssius amant, magis peccant. in hoc proprie attenditur maioritas, vel minoritas venialium, secundum quod animus noster magis afficit ad res.

Gerson:

Peccans venialiter ex deliberatione, abutitur Dei misericordia, que concessit, peccatum illud esse veniale, non mortale.

Alvarez: plane beati sunt, qui licet ex infirmitate peccent, tamen numquam scienter, et ex malitia delinquunt.

S. Thom. de Aquino:

Quamvis nova gratiæ infusio ad venialium remissionem, minime neces-

Necessaria sit, aliquam tamem gratiæ infussionem sequuntur, quibus venialia deleri possunt; ut generalis confessio, pectoris tunssio, et Dominica oratio, prout motu quodam detestationis peccati fiunt. Benedictio autem Episcopalis, aspersio aquæ benedictæ, et alia huiusmodi, eorumdem operantur remissionem, ut quodam fiunt reverentiæ in Deum motu.

Histor: en la vida de S. Antonino Arçobpo. de florencia se refiere, q. molestado tal vez el Sto. con las injurias del tiempo, prorrumpio con impaciencia, diciendo: hasta quando durara lo triste y molesto de este tpo.? y q. reflectando despues, que avia faltado, no conformando su voluntad con la de Dios; primeramte. pidio al Sr. perdon de su culpa, y luego passo a castigarla; liando en su cuerpo una cadena de hierro, sellandola con una llave; y para que nadie pudiesse jamas abrirle, la arrojo al rio Arno, que rodeaba a Florencia con su passo.

Pasaronse siete años, padeciendo con la cadena muchas afliciones: q. desentrañando un dia un pez en la cocina de su Palacio, se hallo la llave en el medio de sus entrañas; llebaronla al Sto. Arçobpo, quien reconociendo q. era la misma q. siete años antes avia echado en el rio

Arno, congeturo, que Dios se la mandaba, para q̃ desatara la Cadena; lo q̃ hizo aunq̃ con repugnancia el Sr. Iuzgando, q̃ por aquella culpa, aunq̃ venial, aun no era suficiente la penita. q̃ havia echo.

Historia:

En la vida de S. Hugon Abbad, se refiere de Durando Arpo de toledo, i Religioso de la misma Orden Cluniacense, que este se complacia en decir dichos, y gracias; por cuio motibo el Abbad Hugon lo avia reprehendido, i amonestado, q̃ si no se enmendaba de semejantes dichos, i gracias, despues de su muerte padeceria horribles penas.

murio pues Durando:

Y sucediole puntualm.te lo que su Abbad le avia anunciado: pues apareciendose a otro Monge llamado Sigivino, con la Cara hinchada, y los lavios con unas llagas mui repodrecidas, le rogo, q̃ diese parte al Abbad Hugon, que para acelerar el fin de sus penas, hiciese por el Oraciones. el S. Abbad, mando a siete Novicios, que en siete dias continuos se diesen al rigor indispensable del silentio, y que lo ofrecieran a Dios por aquel alma q̃ estaba padeciendo. sucedio pues, q̃ uno de los siete

Falto al silentio; i volviendose a aparecer a Sigivino, el Arpo, lamentandose en gran manera del novicio por su inobediencia, porq̃ por ella se le retardaba su gloria. y impuesta por el Abbad y cumplida por otro dha penitencia, volo felicissimam.te al Cielo el alma del Arzobispo. Psalm:

Justus Dns, et iustitias dilexit, equitatem &c.

Discurs. 46.

De remediis peccatorum.

Apost:

Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit?

S. P. Aug:

Supplicia terreant, quem premia non invitant. vile tibi est, quod Deus pollicetur? contremisce, quod minatur. Diu. Xptom: qui non vivit in timore, recte illum agere, non est possibile: sicut vicissim cum timore viventem, est impossibile peccare.

S. Hieron:

Utinam nos in hoc secula poneremus ante nos peccata nostra, et non Deus ea statueret in Juditio ante faciem nostram.

S. Bonabent:

S. Bonab: per confessionem liberamur a malo Culpę, et miseria gehennę.

Axioma philos:

Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu.

Diu. Xptom: expurgate vetus fermentum, idest, accusate, et perfecte purgate, ut nulla sit eius umbra, nec reliquię.

Discursus 46.

Psalm. 31: dixi, confitebor adversum me iniustitiam meam, et tu remisisti impietatem peccati mei.

Eccl. 28:

Sepi aures tuas spinis, et linguam nequam noli audire, et ori tuo fac ostias, et seras. S. Hieroni:

impossibile est in sensum hominis non irruere inatum medullarum calorem;

ille laudatur, ille predicatur beatus, qui statim ut ceperit cogitare, interficit cogitatus.

antequam crescant spine vestre rhamnum.

S. P. Aug:

Quid est rhamnus? Spinarum genus est, et densissime quedam spine esse dicuntur. primo, herba est; et cum herba est, mollis, et pulchra est. ibi sunt tamen spine, postea processure. modo ergo delectant peccata, et quasi non pungunt. herba est rhamnus, et modo tamen est spina; priusquam producat spinas rhamnus, priusquam miserarum delectationum, et voluptatum; manifesta tormenta procedant.

Xpstom:

Repellenda malorum initia sunt; nam etiamsi ad maiora non progrederentur peccata, non esset —

Esset tamen negligendum: nunc vero per istam incuriam,
gradatim semper ascendunt; quapropter, omni studio, atque opera funditus principia peccatorum, sunt evertenda. non enim vim delicti solam consideres, nec quia parvum sit, cogites; sed illud precipue tene, quia si radicem non evulseris, magnum inde peccatum sucrescet.

C. S. P. Aug: super illa verba; draco iste, quem formasti ad illudendum ei. sic ait: quid dictum est Ecclesię? iam modo audite, intelligite, cavete: ipsa tuum observabit caput, et tu eius calcaneum. ô Ecclesia, caput serpentis obserba. quod est caput Serpentis? prima sugestio peccati. venit tibi in mentem, nescio, quid illicitum? noli tibi tenere mentem tuam, noli consentire. hoc, quod venit in mentem, caput serpentis est; caput calca, et evades ceteros motus. quid est caput calca? ipsam sugestionem contemne. Hesichius super. beatus, qui tenebit, et allidet parvulos suos ad petram. ait: si certare stauisti, imitandum tibi propone exiguum animalculum, scilicet, Araneam: illa quidem minutas venatur muscas; quod si tu eodem labore, et

Ex exemplo, quietem animi comparare volueris, irremisse pueros
interfice Babylonicos.
Quasi a facie colubri fuge peccata. at vero ubinam Coluber
suum habet venenum reconditum? in facie, et denti-
bus, non vero in corpore; ac proinde Sapiens non
ait: quasi a Colubro, sed a facie Colubri, ut in-
telligeremus, quod, sicut, qui non vult a ser-
pente intoxicari, specialiter caput fu-
gere debet: ita qui peccato mortali
non vult infici, cavere debeat ca-
put, idest, primum principium
peccati, si non vult in om-
ni parte animæ infici.
S. Greg. Nacianc. in sacc. Poem. de dem-
one canit:

Tu minimis primo vitiis in pectora nostra
Influis, ac velut exiguis illaberis undis:
At simul, atq tibi datus est locus illico magnus
Irrumpis, rapideq fluis latissimus amnis,
Donec me Chaos arripiat, barathrumq profundum.

S. Hieron:
Diabolus serpens est lubricus, cuius
si capiti, idest, primæ sugestioni eius
non ressistitur, totus in interna
cordis, dum non sentitur,
illabitur. tentationum
diabolicarum init-
ia flagitia sunt.

Discurs 47.
De Tentatione.

Job. 7:

Militia est vita hominis super terram. alia vers: tentatio est.

Cessariens: et militia est, et tentatio: militia, propter exercitium. tentatio, propter laborem, et periculum. et nota; quod non dicitur: tentatio est vita animalis, sed hominis; idest, humane, et rationabiliter viventis, qualis est vita Religiosorum, qui secundum Spiritum vivunt, et carnis dessideria non perficiunt. Seculares vero, atque carnales, qui secundum carnem ambulant,

Improprie tentari dicuntur, quia mox, ut tentamenta sentiunt; vel consentiunt, vel tepide ressistunt:

Similes sunt equo, et mulo, quibus non est intellectus. Seneca::

Militandum genere militie, quo numquam quies, numquam otium datur. S. Hieron: stadium est hec vita mortalibus: hic contendimus, ut alibi coronemur.

Dixit quidam Sanctorum:
Cum oramus ad Dominum dicen-
tes: ne nos inducas in tentationem; ne
ut non tentemur, oramus; hoc enim possibile
non est; sed ne a tentatione absorbeamur, si aliquid
agamus, quod displiceat Xpto: hoc enim est, non intr-
are in tentationem; nec enim intramus in passionem, ni-
si a passione superemur.
Si Salvator tentatus est, quis potest esse securus, intentat-
um se vitæ huius maria transire? Blesens: tres hab-
emus hostes, Carnem, mundum, diabolum. caro
est hostis domesticus, et ideo magis timendus;
mundus, hostis sophisticus, et ideo cavendus;
diabolus, hostis antiquus, et ideo magis
odiendus. Caro suadet suavia; mun-
dus inania; diabolus iniqua. ca-
ro ligat, mundus nos sugillat, di-
abolus non necat. caro suger-
it luxuriam; mundus a-
varitiam; diabolus su-
perbiam. caro depr-
imit nos, infra nos per luxuriã;
mundus trahit, extra nos
per avaritiam. diabolus
erigit nos, supra nos
per superbiam.
S. Bern:
Velimus, nolimus; Jebuseus iste habitat in finibus nostris. S. Leo mag:
Insidiæ sunt in divitiarum amplitudine; insidiæ in pau-
pertatis angustiis. illæ elebant ad superbiam;

Hæ incitant ad querelam. tentat sanitas, tentat infirmitas; dum est illa materia negligentiæ, et hæc causa tristitiæ. laqueus est in securitate, laqueus est in timore; nec interest, utrum animus, qui terreno tenetur affectu, gaudiis occupetur, an curis; cum par morbus sit, vel sub bana delectatione languere, vel sub anxia solicitudine laborare. quis in huius vitæ constitutus incerto, aut inmunis a tentatione, aut liber inveniatur a culpa?

S. P. Aug: inimicus, ut occidat, semper sine somno vigilat; et nos, ut custodiamus nos, nolumus evigilare a somno. tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos, et omnes vias nostras variis decipulis replevit ad capiendas animas nostras: et quis effugiet? laqueos posuit in divitiis; laqueos posuit in paupertate: laqueos tetendit in cibo, in potu; in voluptate, in somnio, et in vigilia: laqueos posuit in verbo, in opere, et in omni via nostra.

Justinian: vita hec nostra in medio insidiarum est; si nolumus vinci, vigilandum est; si volumus superare, pugnandum est. sicut caro, si sale non aspergitur, quamvis sit magna, et precipua corrumpitur; ita et anima nisi tentationibus assiduis saliatur, corr-

Continuo resolvitur, et relaxatur. nempe tentatio ab anima negligentis putredinem excutit, et in spiritus vivacitate conserbat. ipsa virtutes perficit. S. Cypria: omnes ergo rime, ne dicam portæ claudendæ sunt, ne per unum foramen, castra omnia penetrentur;
et universa componenda sunt monumenta, ne per modicum non munitis
tota ruat Civitas.

Beda:

Quid prodest, si peccata, quis, luxuriæ defleat; et tamen adhuc
avaritiæ æstibus anhelet?
aut quid prodest, si iræ
culpas iam lugeat,
et tamen adhuc
invidiæ fauci-
bus tabescat?

S. Bern:

Sæpe tentationes, quas diabolus commovet ad interitum hominum, Deus convertit eas ad profectum animarum. S. Greg. mag: fit mira dispensatione pietatis, ut unde malignus hostis cor tentat, ut interimat; inde misericors Dns, hoc erudiat, ut vivat; ut tanto sit copiosior fidelium gloria, quanto eis irrogata fuerint graviora prelia.

S. Ambr:

Magna potestas, magna gratia, quæ imperat diabolo;
ut seipsum destruat;

Seipsum destruit, cum hominem, quem tentando supplantare stu
det, ex infirmo fortiorem efficit; quia dum carnem
debilitat, mentem eius corroborat: illuditur ergo
diabolus; ut ipso mortis suæ vulnere, contra
se armet, quem debilitat.

§. P. August:

Nescit diabolus, quanta bona de illo fi-
ant, etiam cum sevit; seviens intra-
vit in cor Judæ; seviens tradidit
Xptum; seviens crucifixit, et
crucifixo Xpto, redemptus
est orbis terrarum. ecce
sevitia diaboli: diab
olo abfuit, nobis
profuit.

Histor:

In speculo exemplorum de Monacho quodam refertur; quod, cum ve
hementes pateretur tentationes, accesserit ad Abbatem thi-
odorum; qui illum exortabatur, ut esset humilis, unicuique
se subiiceret, et cum aliis Monachis conversaretur.
obedivit ille;
at nullum inde expertus fuit sublebamen; imo po-
tius, tentationis sentit augmentum. quare de
novo ad Abbatem recurrit, petens efficati-
us remedium:
Verum S. vir, non nihil forte indignatus;
ad quid, inquiebat, venisti ad statum
Religiosum, si nolebas subiectus es-
se tentationibus? interrogabat
eum ulterius:

Quot anni iam sunt, a quibus hoc professus es institutum? ait: octo: et subiunxit Theodorus: habeo in isto habitu septuaginta et nec una die potui requiem habere.

S. Thom. a V. N.

Tentatio ad exercitium virtutum, et augmentum meritorum plurimum valet: nam si anxietatem, et afflictionem tentationum auferas, ubi erit patientia, mansuetudo, fiducia, humilitas, constantia, fortitudo, et aliae virtutes, quarum proprium munus est, eas vincere aut tolerare? meritorum quoque immensa seges amittetur, quae in eis perferendis agregatur.

S. Franc:

Ne timeas, nec contristeris fili mi. crede mihi, quod nunc plus solito, te Dei serbum iudico, et quo magis tentatum, te senseris, magis mihi te noveris esse dilectum. nullus, fili, se Dei serbum reputari debet, quousque per tentationem non transierit.

S. P. Aug:

Profectus noster per tentationem nostram fit, nec sibi quisquam innotescit, nisi tentatus; nec potest coronari, nisi vicerit; nec potest vincere, nisi certaverit; nec potest certare, nisi inimicum et tentationem habuerit.

Justinian: virtus languet, nisi exerceatur; lacessita autem crescit.

S. Greg. mag:

Nemo vires suas in pace cognoscit. si enim bella desunt, virtutum experimenta non prodeunt. nemo scit, quantum profecerit, nisi inter adversa: cum enim adsunt prospera, certi vitium documenta non possunt. feriamur paternis perturbationibus, ut quantum proficimus, agnoscamus.

S. P. Aug:

Et homo, et diabolus, et quilibet demonia non, nisi accepta potestate nocent; sed proficientibus non nocent. malis ita sunt, sicut ignis foeno. bonis ita sunt, tanquam ignis auro. manducatus est Judas, ut foenum; probatus est Job, ut aurum.

S. Ambr:

Tentationem numquam timere debemus; est enim causa victoriæ, materia triumphorum, ipsius quoque coronæ; maior est fructus, ubi maior est labor.

Kemp:

Sustine viriliter contraria; digna est his omnibus præliis vita æterna; si queris in hac vita requiem, quomodo pervenies ad æternam?

Histor:

Pater Laurent: a Ponte refert, de persona quadam sanctæ viæ, qui summopere admirabatur; cur Deus, sciens optime, nos esse sua templa viva, tantam nihilominus, hisce nostris temporibus permittat audatiam, concedat lisentiam demonibus, nos undiq tentantibus, modis q variis nos infestantibus, et impugnantibus. rapta hec anima in Estasim, audivit hanc vocem: in primitiba Ecclesia, plurimas quidem animas lucratus sum per viam martirii; at tot alias, etiam perdidi: eorum, scilicet, qui persequti sunt eosdem martires, et tormentis exercutiatos, morti tradiderunt: nunc volo, et martires efficere, et animas non perdere: ideo licentiando inferni demonibus, ut inde exeuntes, corpora tormentantes, martires efficiant.

S. Paul: non coronabitur, nisi, qui legitime certaverit.

Histor:

In vitis PP. legitur de Monacho, qui novem annorum spatio, lubricis, et obscenis tentatus fuit cogitationibus; quibus, quamvis ressisteret, nullum tamen experiebatur sublebamen, sive tentationis remissionem; unde se credebat

Damnatum; et quidem in procinctu stabat, redeundi ad seculum.
interea vocem è Cœlo sibi dicentem, audivit: tentationes,
quas in novem annis sustinuisti, coronę tuę erunt.
Iob. 12:
Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio
probaret te.
Histor:
Joannes iunior in Schala Cœli, de alio quodā
refert; qui cum esset in Ecclesia, pœniten-
tiam a Confessario sibi iniunctam ad-
impleturus; quatuor vicibus adem-
one instigatus fuit, ut poenitenti-
am illam omitteret. at singu-
lis vicibus evasit victor. qua-
propter, uni ex illis Sanctis
Patribus, revelatum fuit,
quod per merita quatuor illarum
tentationum superatarū,
quatuor in Cœlis coro-
nę ei preparatę
essent.
S. Greg: hostis noster, quanto magis nos sibi revellare conspicit,
tanto amplius expugnare cont-
endit: eos enim pulsare ne-
gligit, quos quieto iure
possidere se sentit.
Histor:
Miram visionem non nemo ex SS. PP. qua-
dam vice habuit:

Discurs. 47.

Vidit, scilicet, Eremitorium aliquod refertum demonibus: at iuxta portam Civitatis unicum solum demonem, et hunc quidem sedentem, et somnolentum. revelatum fuit eidem S. viro, non debere ei videri mirum, quod unum, videlicet, dumtaxat, diabolum iuxta Urbis portam sedentem; plures enim non essent ibidem necessarii, eo quod omnes sponte, se dari vitiis in predam; at in Eremo, multorum demonum opera necessaria esset, eo, quod omnes ferventi spiritu tenderent ad sanctitatem, et sanctitatis perfectionem.

§. 1. Aug:

Qui dat tentanti diabolo lisentiam, ipse dat tentatis misericordiam. Idem: non vult refici, non vult perfici, non consummari, qui tentationes fugit.

Apost: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis.

S. Thom. a V. Nova: tentatio nos a mundi huius gaudiis, et consolationibus separat, et Coelum dessiderare compellit. si enim tot tentationibus pressi, tot tribulationibus fatigati, miseram hanc vitam perdite amamus; quid esset, si tranquillam, et securam sine molestia possideremus? quis futuræ optaret? quis ad aliam suspiraret? volens Deus parvulos suos ab huius mundi solatiis ablactare, amarum tentationis aloës uberibus apponit, ut quos terrena amaritudo repellit, dulcedo coelestis vehementer alliciat.

S. P. Aug: nescit se homo, nisi in tentatione discat se. S. Bern.
omnem palmitem in me ferentem fructum, Deus
Pater purgabit eum, ut fructum plus afferat.
nam dum mens possita in tentatione, con-
siderat, quod a virtute sua pristina soli-
ditate repellitur; tunc solicita trepi-
dat, ne hoc, quod durum esse cep-
erat, funditus amittat. tunc qua-
liter ressistere possit tentationi,
inquirit,
Et qualiter eam debellare iam valeat, el-
aborat: tunc ancipitem gladium orat-
ionis, fletum compunctionis, effic-
eam debilitat, et deca triumphat.
et ita fit,
ut mens, quæ pigra, et velut
infecunda in prosperit-
ate iacebat, fortior,
et uberior, ad fruc-
tificandum as-
surgat. ut
S. Ambr: cogitur autem, et adversarius Sanctos Dni, ad
sua damna tentare; dum enim tentat, meliores red-
dit.
Historia in vita S. Hilarionis legitur; et
scribit S. Hieronimus; quod, cum sanc-
tus ille Eremita peteret a demone,
cur ausus fuisset, invadere qu-
amdam Virginem? respon-

Responderit: ut servarim eam Virginem. hoc enim frequenter accidit Demoni, ut dum cunctas suas adhibet vires, omnemq; conatum, ut Deo nos reddat odibiles, et inimicos; nobis ipse suppeditet ansam exercendi multa opera pietatis; unde contingit, quod ipsum, auxiliante divina, superemus, arctiori amicitiæ vinculo, Deo uniamur.

Hinc est, quod S. Bernardus, cum tempore quodam, quendam Regem Francorum in ordine recepisset, Illi solummodo post confessionem, Orationem dominicam iniunxit: quo turbato, putans sibi a S. illudi, respondit Abbas: tu tantum Orationem hanc dicito, et Ordinem custodi; ergo pro peccatis tuis reddam rationem in die Judicii.

S. Greg: dum tentamur vitiis, pia dispensatione nobiscum agitur, ne his virtutibus, quibus proficimus, extollamur.

Ludov. Blos:

Dixit Dns ad B. Virgitam: ut homo intelligat infirmitatem, quam habet a se ipso, et fortitudinem, quam habet a me, necesse est, ut quandoq; permittatur pulsari pravis cogitationibus; quibus, si non consentit, illæ efficientur ei purgatio animæ et custodia virtutum.

Et licet valde amaræ sint ad ferendum, sanant tamen animam, et ducunt eam ad æternam vitam, quæ non potest haberi sine amaritudinibus. diligenter vero laborare debet anima, ne eis consentiat, aut in eis delectetur.

Mater Dei eidem ait Birgitæ:

tu miraris,

Cur in senectute, tentationes tibi accrescant, et eas modo sentias, quas nec in iuventute, nec in coniugio experta es. hoc ideo fit, ut cognoscas, te nihil esse, et nihil posse sine filio meo; nisi enim ille te servaret, non est aliquod peccatum tan grave, quod non conmisisses.

§. D. Aug: melius iudicavit Deus de malis bona facere, quam mala nulla esse permittere. D. Aug: tentare, nihil est aliud, quam experiri, et probare; tentare hominem est probare virtutem eius. S. Antonin: perfecti, et experti debent appetere tentari; tum propter sapientiam; tum propter coronam; tum propter victoriam. in tentatione relucet virtus.

Iustinian:

Quoties eis resistimus, toties superamus, Angelos glorificamus, Deum honoramus, qui mandat, ut pugnemus; adiuvat, ut vincamus, consolidat, ne deficiamus.

§. Thom. a V. N.: honorat te Deus, o piger, cum te istis tentationibus

Pulsat; si enim non agnosceret in te virtutem, non inmitteret tentationem. nescis, quia diabolus, compensato nobiscum agone luctatur? expecta Dominum, viriliter age; confortetur cor tuum, et sustine Dominum. noli diffidere; nam qui probat, ipse iuvat.

Diu. Xptom:

Si demon coactos nos vinceret; utiq. merito de Deo, nos conqueri deberemus, quando demoni potestatem dederat, ut nos vinceret: at, vincit nos spontaneos, et non invitos; nam si non nos consentiremus, fragiles sunt eius vires. Cum diabolus neminem cogat, non est sufficiens excusatio dicere: demon me peccare fecit.

Quod dictum appertissimum mendacium est; nam bene posses teipsum a peccato abstinere, nisi tua voluntate, consensum illi dedisses.

S. P. Aug:

Noli timere permissum aliquid facere tentatorem; habes enim misericordissimum Salvatorem. tantum permittitur ille tentare, quantum tibi prodest, ut exercearis, ut proveris, ut, qui te nesciebas, a te ipso invenias. Xptom: qui enim tentationem permisit, ipse novit, et tentationis solvendae tempus.

S. Bern:

Numquam servi Dei tentationes diaboli sustinere potuissent, si nequitias eorum, pietas Dei non temperaret, non refrenaret.

S. Bernard.

Quoties tentationes ressistis, quoties vincis malignum, noli propriis tribuere viribus; noli in te, sed magis in Dño gloriari.

Dum tentationis impetum senimus in cogitatione, statim fugiamus ad ipsum, et humiliter postulemus auxilium; homines enim aliquando cadere necesse est, dum in hoc seculo detinentur. alii colliduntur, alii non, quia Dnus supponit manum suam.

Histor: in Vitis PP. a Pelagio scriptum reperio; Abbatem Moysem, ferociter a demone infestatum, e Cella sua migrasse ad Abbatem Isidorum, ut ab eo caperet consilium, ac de periculis, et angustiis, quibus expositus erat, cum eodem conferret.

Consuluerat hic hospiti suo tentato, ut ad locum pugnę rediret, ac strenue ressisteret, Dei confixus auxilio: at ille recusabat consiliu, suis diffidens viribus. duxit ergo tentatum ad locum eminentem; dixit q̃, ut oculos suos converteret

Converteret ad occasum solis: fecit, et vidit innumerabilem demonum multitudinem. dixit inde, ut inspiceret quoq; Orientem. inspexit, et vidit, Angelorum multitudinem longe maiorem. tunc subiunxit Abbas Isidorus: ecce auxilia, quæ Deus subministrat nobis; multo plura, et maiora sunt, et qui nobis succurrunt, fortiores sunt eis, qui nos infestant, et impugnant.

Diuinum facientes adiuuant.

Histor:

In antiquis historiis legitur de quodam Milite, qui nomen daturus militiæ prius oraculum Minervæ, ut sciret, qualem, instans pugna, et expeditio sortitura esset exitum, consulere voluit; et hoc excepit responsum: hilari animo eas, victoriam consequeris.

Hac indutus promissione, contentus abiit; militiæ nomen dedit, pugnæ campum ingressus est, munitus scuto, et gladio accinctus, et indutus galea. verum provocatus, et impetitus ab-

ab hoste, non se defendebat, sed totus immobilis stabat; ictum adversarius iterabat, et quidem fortiorem, et vehementiorem, nec illum reparare, nec adhuc se defendere studebat. lethali tandem sauciatus vulnere, suspiciens, et gemens, inclamavit, Minervę: ubi est Deorum fides? nonne mihi victoriam promittit? at vocem replicantem, ait: tu quoq; cum Minerva manum adhibe; Dii enim facientes adiuvant.

Justinian: fortior est, qui in nobis est, quam, qui adversum nos est, et per ipsum validissimus, in cuius virtute confidimus. ob hoc Dns Jesus tentari a tentatore permisit, ut cuius munimur auxilio, eiusdem muniamur exemplo.

S. P. Aug: si semel, aut secundo, nequitias, quas diabolus inmisserit, tota fide contempseritis, ita ipsum diabolum postea a vestra infestatione Deus dignabitur repellere, ut numquam vos possit sua calliditate decipere.

Cassian: Deus in adiutorium meum intende: Dne &c: valet siquidem adversus universa discrimina, invocatio Dei. habet humilitatem pię confessionis; habet solicitudinis, ac perpetui timoris vigilantiam; habet considerationem fragilitatis suę; exauditionis fiduciam; confidentiam presentis semper adstantis presidii. hic versiculus, omnibus, infestatione dęmonum laborantibus, inexpugnabilis murus est, et impenetrabilis lorica, ac munitissimus clypeus.

De tentatione.

S. Bonab: per Confessionem adiuvamur in tentatione ad triumphandum. S. Aug: neque vehementius eum prosternimus, quam dum humilitate Deum consequimur: nec ei dolores acriores infligimus, quam si eum plagas peccatorum nostrorum confitendo, et poenitendo sanamus. Hug. Card: sola memoria, et cogitatio passionis, et Crucis Xpti, maxima est fortitudo, et arma contra demonis potentiam. S. Antonin: sacra lectio, vel audita, vel lecta. Hebr. cap. 4: vivus est sermo Dei, et penetrabilior omni gladio ancipiti: scilicet, ad devilitandum, et vulnerandum inimicos.

Cassian:

His testimoniis docemur, ut fraudulentis sugestionibus inimici nos quoq; similiter, authoritate Scripturarum debeamus obsistere.

S. Antonin: non facile capitur a tentatore, qui alicui bono vacat exercitio. cum quidam S. Vir transiret ante Cellam cuiusdam Anachoretę, vidit diabolum aliq. intrantem, et aliq. exeuntem: et ingressus ad illum, quesivit ab eo opera sua, quę agebat tunc; et invenit, quod, cum stabat bene occupatus, diabolus recedebat a tentatione eius, et foris extra Cellam manebat; cum autem staret otiosus, tunc intrabat, et eum tentabat.

Idem:

Tentatio humiliat, seu ab elatione preserbat. Legit in vit. PP. interrogatus Senex; quare ita impugnaremur a demonibus? respondit: quia arma nostra abiicimus, humilitatę, paupertatę et patientiam.

Discurs. 48.

De Ambitione.

S. Basilius:

Diabolica ista pestis est libidinis dominandi labes, quę proinde insigne est primę illius diabolicę pravitatis inditium. qui in huius vitii potestate est, eo eodem plane cum diabolo malo laborat. S. Greg: cui cupiditas dominii dominatur, subiectus proculdubio malis omnibus demonstratur. Didac. Stell: nullum est flagitium, quod ambitiosus facere non tentet. S. Petr. Damian: humiliantur, ut postea impune superbiant, pedisequos exhibent, ut precedant.

Historia:

Estaba establecido en Roma, que siempre que alguno entraba en la Ciudad triunfante, lelli baban por Calles, i plazas, con musicas, i regocijos, haciendole todos los Ciudadanos, muchos obsequios, i repetidos aplausos: mas Junto al Carro triunfal, en q se lisonjeaba el triumfador, iba uno que con frequencia le decia al oido: hominem te esse memento. no por otra razon, q porque el ambicioso, que se be en la cumbre de la honrra, i dignidad, el no hacer memoria, q es hombre, es comun.

S. Luc. 16:

Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Nacianc: quo magis in altum pedem ponit, eo magis vertigine laborat, et ęstuat. Xpstom: anima omnis, quę honoris tenetur appetitu, et gloriam ab hominibus querit; non videbit Cœlorum Regnum: non mea hec oratio est; a me ipso

Discurs. 48. de ambitione.

Ista non loquor: hec verba Dei Spiritus profert. mirabile est si salventur
multi Prelatorum.

S. P. Aug:

Quid ei profuit, non nulla obedientia, qui pro cupiditate suæ
dominationis exhibuit?

Pius 5:

Cum essem Religiosus, Sperabam bene de sa-
lute animæ meæ: Cardinalis factus,
extimui: nunc Pontifex cre-
atus, pene despero.

De

Adriano Papa 6. refert Platina: hunc lapidi sepul-
chrali, sequentia verba sculpi iussisse:
Adrianus 6. hic situs est, qui nihil
sibi infelicius in vita, quam,
cum imperavit, duxit.

S. Isidor:

Honor ex onere venit, aut potius ex honore
onus.

S. Bernard:

Quem dabis mihi de numero Prepossito-
rum, qui non plus invigilet subdito-
rum marsupiis evacuandis, quam
vitiis extirpandis.

Ecechiel:

Laqueus ruinæ populi mei Sacerdotes mali:
nemo amplius in Ecclessia nocet, quam
qui perverse agens, nomen, vel Ordinem
Sanctitatis habent.

Disc 49. = 9.21

Discurs 49s
De Ludis.

Genes. cap. 21.

Cum vidisset Sara filium Agar Egiptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: eiice ancilam hanc, et filium eius.

S. Antonin:

Vix est dare actum, in quo concurrant tot mala, quot ex ludo. quot enim in taxillis sunt puncta, tot scelera ex eo procedunt, unum gravius altero.
Sub nomine, et titulo ludi cogitavi animarum innumerabilium stragem, per incredibilia scelera procurare.

Div. Xptom:

Aleas tractare, non videtur multis, peccatum esse manifestũ; sed infinita vitæ mala solet inferre.

Card. Host.

Hic cum taxilli ludendo crimina sumit.
Ecclesiæ spretus, usuraq; sive rapina;
Scandala, vel nugæ, seu faciendi
Furti doctrina, violentia, crimina falsi,
Et mortis causa, deceptio, perditioque
Temporis, et dessiderium, corruptio iunget;
Istis predictis adulatio, vitaque turpis.

S. P. August:

Quidquid est peccatorum in dictis, factis, et cogitationibus, exoriuntur ex mala cupiditate.

S. Bernardin:

Scelesti homines sunt lusores. quid enim est ludus, nisi fomes iniquitatis, et cupiditatis.

Berchor:

Sicut noxius est, qui mittit sagittas, et lanceas in mortem; ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo: et cum fuerit deprehensus, dicit: ludens feci. S.

Antonin:

Ipsi querunt decipere alios in puncto taxilli; et diabolus decipit eos in puncto temporis, quod expectant ad poenitendum; sed eis deficit.

S. Cyprian:

Quicumque es, desine ab illa dementia, miser: quid te in laqueum mortis cum diabolo ultro precipitas?

S. Bern:

O maledicti, et indiabolati! ego vellem potius vivere de denariis assassinorum, quam de talibus denariis, qui habentur ex ludo, et cum blasfemiis Dei. inventor omnium malorum Lucifer infernalis, humani generis inimicus, nocendi cupidus, atque de animarum perditione solicitus, novitate impietatum, Christianae fidei semper, et indefesse procurat destructionem. S. Cyprian: Christianus quicumque es, et alea ludis, hoc primo in loco credere debes

Quia non Christianum, sed ethnicum tibi nomen est. S. Antonin: in nullo ex
ercitio ita frequenter blasfematur Deus, et tota Curia cœlestis, ac in
ludo, ponunt mensam fortunæ, qui ludunt, exponentes se fortu-
næ, sive per taxillos ludendo, sive per Chartas; et isti feriun-
tur gladio divinæ ultionis in inferno. Isai. 65: qui pon-
itis fortunæ mensam, et libatis super eam, propte-
rea dinumerabo vos
in gladio.

S. Basil: easdem ille pecunias nunc ad hunc, ad alium tra-
nsfert, atque modo hunc victoria effert, illum victum mœ-
stitia premit; modo contra: illum elatum, hunc de-
missum, ostendit. Thom. Cantiprat: ardor tantus
inest lusoribus, ut omnem verecundiam per-
dant, usque ad verecunda, nudati. S. Ant.ni:
tristitia in eo est tanta, si perdit, quod
nihil boni libet ei agere; quinimo
aliqui intrant in desperationem.
S. Bernardin:
Ait sic: audivi a quodam fidedigno Sacerdote,
qui retulit mihi, novisse virum unum, qui ex
amissione denariorum in ludo, per seme-
tipsum se suspendit; sed primis dua-
bus vicibus, quibusdam sibi su-
ccurrentibus, mortem eva-
dens, in tertia damnat-
us est.
Jerem. 15: non sedi cum concilio ludentium.
S. Antonin: patet ex hoc, quia (ludus)
prohibetur per legem Canonicam,
et Civilem.

Discurs. 49.

Ubi dicitur: quod Clerici ad aleas, vel taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint; et quamvis Cap. loquatur de Clericis, tamen, et laicis prohibetur. Molina: Romani, qui pro boni regimine publici valde soliciti erant; quid lusus Chartarum esse non intellexerunt; quia ludus Chartarum, tempore Romanorum, ac Legum Imperialium non fuerat inventus.

S. Bonab:

Cum autem ludus satis videatur, ex radice rationem habere mortalis peccati, quia, scilicet, ex avaritia videtur procedere, et quia ludo multa communicantur peccata, scilicet, fraus, mendacium, periurium, blasfemia, scandalum, amissio temporis, et ira frequenter; ideo, hec causa prohibitionis ludi esse videtur.

S. Ephren:

Ve iis, qui tempus poenitentie perdunt in iocis; querent namque hoc ipsum poenitentie tempus, quod perperam consumpserunt, et non invenient.

S. Antonin: primum peccatum, quasi primus punctus, sine quo nunquam reperitur lusus, est amissio temporis. Seneca: nulla maior iactura, quam temporis amissio; nam recuperari non potest. S. Antonin: o quam male poterunt reddere rationem de tempore, qui toto die, et aliquando etiam nocte adiu=

Adiungunt circa ludum: & non solum amittunt ipsi ludentes tempus, sed alios amittere faciunt, qui, scilicet, aspiciunt.
Contumelias sibi invicem dicunt; quia ista, & multa alia mala ibi fiunt, propter quod a legibus puniuntur. hoc vitium videtur infectibum: cum filii sint inclinati, & apti ad imitandum mores Parentum, videndo Patrem ludere, sine freno ad ludu assuescunt. non contenti sunt per horam morari in ludo, sed tota die, & quod peius est, toto tempore vitæ suæ; qui enim huic assuescunt, dimittere nesciunt.
Historia. Delrio refert: quemdam nobilem virum, & dignitate conspicuum, lusorem tota vita: ad extremum usq; Spiritum iussisse Chartas lusorias afferri, ut cum ipse nequiret, alios ludentes, aspiceret. Eccl. 30: filius remissus evadet preceps. lude cum eo, & contristabit te.
Pater Octonelius sequentem refert historiam; quæ anno 1639 in Civitate Lombardiæ accidit: etenim posqua Certus quidam Pater familias, ingentia a filio suo perpessus fuisset damna, eo, quod in domo Patris quidquid obium habebat, furaretur, ut venderet: tandem post sepius adhibitam correctionẽ

Suavitatem, nec non reprehensionem, eundem filium ab hoc vitio retrahere, et in viam virtutis perducere, studuit, quamvis in casum. tandem in Carcerem coniici fecit. equo tamen paulo post, per frequentes Cognatorum instantias ereptus, habitationem quandam paternę domui vicinam conduxit; quam publicam lusuum officinam effecit, Demum vero,

Cum nocte quadam, immane patrasset homicidium: Cadaber occisi hominis ante fores Patris sui transtulit, scelusq tanquam ab aliis commissum, Iustitię publicę denunciavit. moxque Pater, una cum fratre in vincula coniectus; dum tormentorum violentia, utriq adhiberetur, dolorem ferre non valentes, delictum, licet minime ab illis factum confessi sunt; indeq ad Patibulum ambo condemnati fuere.

Cuius tamen sententię exequtio, ob Carnificis absentiam, aliquando dilata fuit.

Donec tandem Pater, ut se amortis supplicio eximeret; ad abeundum circa filium, Carnificis officium fuit requisitus: qui ne filium neci traderet, naturali Patris affectu, munus hoc exequi recusavit, sicut, et alius filius minor: at vero discolus ille, et degener filius (qui sceleris author, et homicida occultus fuerat) oblatum sibi idem munus

Acceptavit, Patremque simul, et fratrem infami supplicio affecit.

qui tandem

Rei totius veritatem cuidam amico suo confidenter apperuit, ut illum ad Patrem, e patibulo post mortem deposi-tum, ad sepulturam, reportandum induceret. qui ob rei indignitatem stomachatus, facti seriem Superioribus indicavit: a quibus, cum detestabilis hic homicida, Parricida, et fratricida examinatus, reus inventus fuisset; pariter, et ipse infami patibuli supplicio, delictum luere debuit.

Petrarcha:

O vorago ingens, inexplebilis luxus! O patrimoniorum fluxus tristis, ac subitus! S. Cyprian: o manus crudeles, et ad periculum suum armatæ, quæ bona paterna et opes Avorum sudore quæsitas ignominioso studio dilapidant! O nequam manus in perniciem Dñi sui armata, quæ sordidissimi eris totam substantiam perdit, et cum tot essent ei modi augendæ rei familiaris, et multarum abundantiæ opum, modo inops, et pauper est! hinc pauperes fiunt, hinc opes suas perdunt, hinc iam consumptis omnibus rebus suis, mutuis pecuniis se obruunt.

S. Antonin: si vincunt, augent furtum, unde et furata tenentur restituere, a quibus acceperunt, et lucrata per ludum iis, qui non possunt alienare.

S. Thom:

Circa ludos, et iocos, qui non numquam ad animi solamem necessarii sunt, si secundum rationem fiant, aliquam virtutem esse opportet, quæ Eutropelia vocant.

S. P. Aug: volo tandem tibi parcas; nam sapientem decet interdum remittere aciem rebus agendis intentam; sed ista remissio animi a rebus agendis fit per ludrica verba, et facta: ergo his uti interdum ad sapientem, et virtuosum pertinet. quies enim animæ est delectatio, et ideo remedium contra fatigationem animalem adhibetur per aliquam delectationem, intermissa intentione ad insistendum studio rationis.

Refert quoq (idem S. P.) quod in Collationibus PP. de S. Joanne Evangelista scribitur; de quo, cum certus vir scandalizaretur, eo, quod ipsum cum discipulis suis iocantem, et ludentem vidisset; ipse, ut se defenderet, cuidam, ut arcum intenderet, precepit: quod, cum sepius fecisset, interrogavit eum: an hoc semper, sine intermissione facere posset? qui respondit: si hoc continuo facerem, arcus frangeretur. sub

Subintulit S. Ioannes: quod similiter animus hominis frangeretur, si numquam a sua intensione relaxaretur.

S. Thom:

Principale est, quod non queratur delectatio in aliquibus operationibus, vel verbis turpibus, vel nocivis. si in fortuna fundaretur prohibitio, certe numquam, nec pro parva summa liceret ludere alea; tunc enim id prohibitum foret, quia per se malum. nunc vero videmus, iura permittit lusum aleę pro re modica, seu causa convivii. et est sententia magis consona rationi, et legibus, hoc interdictum solummodo pertinere ad solitos ludere, sive ad frequentantes aleam, sive ad servientes aleę.

Plato: ludus voluptatis causa comparatus est, et relaxatio voluptate afficitur, quippe, quę molestiis, iis, quę ex laboribus capiuntur, medicinam affert.

Idem: negotia cum labore, et contentione animi coniuncta sunt: ob eam causam iocus adhibendus est, observata usus eius occassione.

S. Thom: attendendum est, ne totaliter gravitas animę resolvatur. et idem adducit authoritatem S. Ambrosii dicentis: caveamus, ne, dum relaxare animum volumus,

Solvamus omnem harmoniam, quasi concentum quemdam bonorum operum. non dat Deus ludere, sed diabolus. verbum istud Chistomi est intelligendum de illis, qui inordinate ludis utuntur; et precipue eorum, qui finem in delectatione ludi constituunt, sicut de quibus dicitur Sap. 15: estimaverunt esse, ludum vitam nostram. nimius ludorum excessus; cum contra rationem sit, peccatum mortale contingit esse.

Attendendum est, sicut in omnibus humanis actibus, ut congruat personę, tempori, et loco, et secundum alias circumstantias debitas ordinetur, ut scilicet, sit tempore, et homine dignus.

Tullius:

Ludo, et ioco uti quidem licet, sed sicut somno. S. Antonin: Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleę, seu ebrietati deserviens, aut dessinat, aut certe damnetur. Ex decreto;

Clerici, si assuescant ad aleas, debent moneri, ut dessistant; et si non dessistant, deponuntur. hic S. Antoninus ait: quod credo verum quando ex cupiditate, quis ludit, scilicet, principaliter motus, non ob recreationem, sed ad acquirendum quid notabile per ludum.

Concil: neque in publico ludant pila, aut aliis ludis, maxime cum Laicis. a ludo alearum, aliisq; qui a sorte pendent abstineant, neq; ludentium fautores, spectatores, aut testes existant.

Histor:

In manibus quidem S. Bernardi visi sunt taxilli, quibus cum luxit; sed quomodo, et quo fine luxit, audiatis, velim. Cum enim ipsi in itinere constituto, famosus quidam lusor occurrisset, Sanctum, pro Equo, cui insidebat, ad lusum invitavit, suam econtra in lusum offerens animam. plenissimo igitur consensu propositum acceptavit Sanct. Pacto premisso, ut quisquis plura faceret puncta, victor remaneret. totus itaq; hilaris lusor ille, taxillos iecit, et in punctorum numero prevaluit, dum maximum taxillorum assequutus est numerum. ad quem Dei Ser bus: sustine fili, donec, et ego iecerim; siquidem plura puncta taxilli habent: iecit itaq; Sanct; duoq; tali, duodecim expressere puncta, tertius vero miraculose ruptus in duas partes apparuit; in quarum una sex erant puncta, quę octodecim conficiebant, in alia vero parte divisa, aliud se prodebat punctum,

Quapropter attonitus, miraculo q. compunctus lusor, non perdidit, sed suam lucratus est animam; siquidem se Sancti viri discipline subdens, Monachum induit, et exinde virtuosam, perfectam q. duxit vitam. S. Carl. Borrom: si valetudinis interdum causa, parva pila, aut alio, non indecoro eiusmodi exercitationis genere uti contigerit, nec publice id faciant, nec pecunia intercedat in ludo; nec quidquam quod facile pecunia estimari possit.

Abulens:

Ut siquis interdum ludere vellit, solum ad tollendam tristitiam, quæ affligit eum, et ad evitandum noxias curas, et obviandum iniquis cogitationibus; uti illis absolute non est malum; sed, Quod malum sit, provenit ex intentione ludentium, et conditionibus ludi. ludi, qui sunt ad exercendam virtutem Corporis, sine periculo, sunt liciti. alii ludi, causa solum solatii, et recreationis, isti proprie vocantur ludi. est autem ludus, quædam remissio, vel quies. animus hominis non potest semper esse intentus alicui rei seriæ, vel alicui operationi utili; quia ex his grabatur corpus, et affligitur spus; propter hoc inventa est virtus, quæ regulater ludos. nam Eutropelia est circa ludos, qui in verbis, et factis simul cum verbis existunt.

Discurs. 40.

De Vanagloria

Apost:

Deus operatur in nobis velle, et perficere pro bona voluntate: non ego, sed gratia Dei mecum. S. Aug: Deus coronat in nobis sua dona, non nostra merita. non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui idoneos nos fecit.

Div. Chrysost:

Gravis quidem est, gloriæ amor: gravis, inquam, et multarum ipsa, spinarum plena gloria, et quæ diffícile tolli potest.

S. Prosp:

Quas enim vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit, nisi, qui ei bellum indixerit; quia et si facile est cuique laudem non cupere, dum negatur; difficile tamen est ei, non delectari, cum offertur.

S. Bernar:

Tibi Dne, tibi gloria tua maneat illibata. magna, et rara virtus est ut magna, licet operantem, magnum te nescias; et manifestam omnibus, tuam, te solum latere, sanctitatem; mirabilem te apparere, et contemptibilem reputare: hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico; fidelis revera famulus est, si de multa gloria Dni, et si non ex te

Exeunte, tamen transeunte per te, nihil tuis manibus adherere contingat.

§. Philipus Nerius frequenter in Ore habebat hec: spernere mundum; spernere nullum; spernere seipsum; spernere se sperni.

S. P. Aug: sepe homo de ipso vane glorie contemptu, vanius gloriatur; non enim contempnit, dum gloriatur intus.

S. Basil: fugiamus inanem gloriam, dulcem spiritualium operum spoliatricem, iucundum animarum nostraru hostem.

Raban:

Quasi vas sine oppercula, vel ligatura polluitur, qui per studium ostentationis patens, nullo velamine taciturnitatis opperitur.

S. Petr. Dami:

Occultanda sunt, fratres, bona, que agimus; ne hec, in huius vite itinere incaute portantes, latrocinantium spirituum incursione perdamus.

S. Bern: necesse igitur est abscondere interim si quid habemus boni, quoniam thesaurum Regni Coelorum, qui invenit homo, abscondit; necessaria enim est hec absconsio, non solum ante oculos aliorum, sed etiam multo magis ante seipsum.

S. Basilius:

Qui spirituales divitias habet in animo suo, illas abscondit, ne has per inanem gloriam predatores animarum furentur.

Jansen: adeo secrete eleëmosynam facito, ut ne familiares quidem tui conscii sint, eius, quod agis. theofil: sinistra, est inanis gloria; dextera vero, eleëmosyna: nesciat igitur eleëmosynam inanis gloria.

D. Angel: per sinistram, intentio perversa designatur vane laudis: per dexteram, intentio sancta implendi precepta Dei, ut ait Augustinus. unde nesciat sinistra tua, idest, non se inmisceat perversa intentio laudis, et elationis, quid faciat dextera tua, idest, cum precepta Dei implere contenditis.

S. Philip. Ner. quotiescumque aliquid dicebant, quod in eius resultabat laudem, subito aiebat: secretum meum mihi, secretum meum mihi.

Preterea iuxta doctrinam SS. PP. distinguebat tres species vane glorie. primam vocat dominam; quia tunc vana gloria instar domine est, quotiescumque illa precedit, et propter illam fit opus. secundam vocabat sociam; quando homo non facit quidem directe opus propter finem vane glorie; nihilominus in ipso opere percipit aliquam propriam complasentiam, et vanam gloriam. tertiam, dicebat esse serbam; sive, ancilam; quando ex opere peracto consurgit vana gloria; at subito reprimitur: unde monere solebat suos, dicens: advertite diligenter, et adminus curate, ne vanagloria sit Domina

Senec: nemo mihi videtur pluris estimare virtutem; nemo illi magis esse devotus, quam, qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet.

S. Greg. sup. ut glorificent Patrem vestrum, qui in Coelis est. ait: aliquando Sancti viri, et coram hominibus compelluntur bona facere, aut eadem hominibus sua facta narrare; sed ad eum finem omnia referentes, ut non ipsi eisdem operibus, sed Pater eorum, qui in Coelis est, debeat glorificari. fit plerumq, ut bonum opus, et in occulto sit, ac fit publice: et rursus in publico, cum agitur occulte: qui enim in publico bono opere non suam, sed Superni Patris gloriam querit, quod facit, abscondit, quia solum illum testem habuit, cui placere curavit.

Et qui in secreto suo bono opere deprehendi, ac laudari concupiscit, et nullus fortasse vidit, quod exhibuit; tamen hoc coram hominibus fecit; quia tot testes in bono opere secum duxit, quot humanas laudes in corde quesivit.

S. Petr. Paschas: hominibus ille ieiunat, qui favore eorum captus, vanam gloriam querit.

Beda-

Beda: penam de pretio salutis, miseri, mercantur, eternam. Crisolog: nec ab hominibus invenisti laudem; et apud Deum, fructum ieiunii perdidisti. elaborasti ieiuniis, ut labor tibi ieiunii non prodesset. abstinentie fluctus intrasti, continentie conscendisti undas, enatasti ieiunii pelagus; at in ipso portu ieiunii naufragasti. quia non comparasti lucrum, sed mercatus es vanitatem; qui de Dei credito humanum negotium perfecisti. hinc est, quod Deo redditurus es rationem, qui ab hominibus percepisti misere fraudis usuram.

S. Ciril. Alexand. in Persona Xpti sic ait: non enim probe me quesivistis, nec sanctimonia splendere voluistis; sed mercature modo, religionem ostentastis; propterea vos non novi.

Chrisolog:

Quam securus dormit, qui Deum, suorum meruit habere custodem; quam nescit curas, quam deponit angores, quam non est anxius, quam servorum caret fastu, qui sua Patri serbanda conmittit.

Kempis:

Qui veram, et eternam gloriam dessiderat,

Temporalem non curat; et qui temporalem requirit gloriam; aut non ex animo contemnit, minus amare convincitur Coelestem.

Div. Crisolog: misericordiam coram se solum vult fieri, qui solius est misericordiæ, et remunerator, et testis.

S. Greg: qui pro virtute, quam agit, humanos fabores dessiderat, rem magni meriti, vili pretio venalem portat; unde qui Cœli Regnum mereri potuit, inde nummum transitorii sermonis querit.

Aug. Card: noli tuba canere, idest, noli innotescere ad gloriam tuam. Ang. D: tuba canere est, pompam vanæ laudis appetere. Raban: ante se tuba canit, qui ante alios vult laudari. Auth. Imp: tuba est omnis actus, per quem operis iactantia demonstratur. qui intercedente aliquo facit eleëmosynam, ubi autem non est intercessor, non facit; hec consuetudo mala tuba est.

Abb. Joan: qui ab hominibus gloriam querit, odit eam quæ a Deo est.

Aug. Card. sup. cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in sinagogis, et in angulis platearum, stantes orare, ut videantur ab hominibus. subdit: in hoc, quod in angulis, notatur, absconditæ; in hoc, quod dicitur, platearum, manifestatio; quasi dicat: abscondunt se, ut appareant.

Speciem vacuam religionis vendunt; et verbum vanum laudis emunt finito verbo, finitur bonum, quod possitum erat in verbo.

Div. Xptom:

Si humanam gloriam concupiscis, etiam si in soli- tudine fueris, omni virtute nudaveris. Rup. Ab:

thesauros nostros, scilicet, virtutes interiores, vel etiam bona exteriora propalare, et in publicum hominibus propter inanem gloriam aliis ostendere, seu revelare,

Non debemus; alias occassionem surripiendi, et subtrahe- ndi, ipsa diabolo daremus. S. Nilus: inanis gloria est, veluti scopus sub aqua latens, ad quem, si navim alliseris, periisti. S. Ephren: alii, gloriam van- am, mediante pœnitentia sibi comparant, et pro venia aliud debitum trahunt. heu mi- hi, quoniam, quod ait Xptus, in talibus complebitur, atque firmabitur, quę septem alios Sptus, nequiores se assumit, qui in eum in gressi, habitant ibi.

S. Cypria:

Omnia opera sua faciunt, ut vi- deantur ab hominibus; ieiu- niorum sudoribus laus im- portuna se ingerit, et subtilissimis acule- is penetrans ani- mam, dum ext- ollit, emollit, et pungit, cum ungit; virtutem in hypocri sim vertit, et simpliciter inchoata, pervertit;

Quasi tinea, quæ integrum erat, rodit, et occupat, et sanctitatis fundamentum evellit, et dissipat. subtilissimum malum proprio laqueo hypocritam iugulat, et propriis armis sanctitatem impugnat.

Dominus noster suis, ait, Apostolis: cum hec omnia feceritis, dicite: servi inutiles sumus.

S. Anton. sup. nemini dixeris. exponit: hoc non dicunt, qui cum aliquid boni faciunt, tuba ante se canant, quorum sinistra novit, quid faciat dextera: qui filiam suam prostituunt, prohibente Moyse, filia tua, operatio tua, quam tunc in prostibulo ponis cum in lupanari mundi pro denario vanę gloriæ vendis.

O comercium infelix, pro vento humani oris, vendere premium Regni cœlestis!

Div. Crisolog: fratres, hic Dominus non iudicat, sed exponit. pandit cogitationum dolos; secreta mentium nudat;

Iniuste iustitiam tractantibus, modum iuste retributionis indicat,
Iustitia, quæ se humanis oculis locat, divini Pa-
tris non potest expectare mercedem: vol-
uit videri, et visa est: voluit homini b-
us placere, et placuit: habet merce-
dem, quam coluit, premium
quod habere voluit,
non habebit.

S. Cypria:

In desertum Christus ingre-
ditur; locus secretus eli-
gitur, quia solius Dei
iuditio, ieiunia
sunt agenda.

S. Greg:

Sed querendum nobis est; quid sit hoc,
quod ipse Omnipotens, cui ipsu
est velle, quod posse, et tacere
virtutes suas voluit; et ta-
men ab illis, qui illum
inati sunt, quasi in-
vitus indicaretur?
nisi quod
Servis suis, se sequentibus ex-
emplum prebuit, ut ipsi
quidem virtutes suas
occultare dessider-
ent; et tamen ut
alii eorum ex-
emplo

de Vanagloria.

Proficiant inviti: et quidem, sua occultando, seipsos custodiant; sed dum produntur inviti, bona ad proximos suos exempla transmittant.

S. Bernard: numquid inanem gloriam metuebat? quid timeret ab inani gloria, qui est gloria Patris? utique timebat, sed non sibi; timebat nobis ab illa, quibus noverat esse timendum: nobis cavebat, nos instruebat.

Oleast: nos, si quidquam iniurium pati videamus, latebras, et solitudines quaerimus: si quid vero honoris ostendendum est, publica loca: Xptus vero ad dedecora, et ignominiam, populosam Urbem requirit: ad gloriam vero ostendendam, secretissimum montem.

Prov. Intus Cato - Foris Nero.

Discurs. 71.
De Mendatio

Prov. 12:

Abominatio sunt Deo, labia mendatia. Sap. 1: os, quod mentitur, occidit animam.

S. P. Aug:

Ille mentitur, qui aliud habet in animo, et aliud verbis, vel quibuslibet significationibus enunciat, esse mendacium, quando aliquid dicitur aliter, quam animo sentitur; unde homo mendax dicitur habere duplex cor. S. Bernardin: quisquis aliquod genus mendacii putaverit, non esse mendacium, decipit turpiter semetipsum, cum honestum esse deceptorem aliorum arbitretur.

Concil. Toled:

Vir Sanctissimus Augustinus vestigationis accumine cautus, inveniendi arte precipuus, asserendi copia profluus, eloquentiæ flore venustus, sapientiæ fructu foecundus, hec in suis narrat affatibus:

Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa; cum aut iocamur, aut proximis mentimur:

Illud primum, in iocando; ideo non est pernitiossissimum, quia non fallit; novit ille, cui dicitur, ioci causa

Esse dictum. secundum autem ideo mitius est, quia retinet nonnullam benebolentiam; ideo ipse non auferat, inquit veritas, misericordiam, non misericordia impediat veritatem. San. S. Thom:

Aggrabat culpam mendacii, si aliquis per mendacium intendat alterius nocumentum, quod vocatur mendacium perniciosu: contra diminuitur autem culpa mendacii, si ordinent ad aliquod bonum, vel delectabile; et sic est mendacium iocosum; vel utile, et sic est officiosum, quo intenditur iuramentum alterius, et remotio nocumenti.

§. 1. Aug: quere, quid sit hominis proprium: mendacium invenies; quere, quid sit hominis proprium: peccatum invenies. S. Bernardin: quisquis aliquod genus mendacii vta. Innocent. 3: Divini precepti verbo constanter vetari, ne quis etiam pro alterius vita salbanda mentiatur. Aug. Victor: male enim mentiendo, vitam serbat in alterius corpore, qui per mendacium extinguit veritatem in suo Corde.

S. Ambr: cavete, fratres, mendacium; quia omnes, qui amant mendacium, filii sunt Diaboli, qui non solum mendax, sed, et Pater, et inventor ipsius mendacii.

Justinian: refugiunt venire ad lucem; ne redargui a lumine, deprehendantur in scelere. latebras querunt, imitantes illum, qui fuit mendacii primus inventor; is, quoniam in veritate non stetit, in eo minime veritas est.

S. Ephren: non iures, neq. mentiaris unquam, quia in hoc gaudetur improbus semper Satan. mendacium, ut draconem fugito, et in paradysum introibis.

Attendamus, fratres, ne assuescamus mendaciis, ut cum parente mendacii, in ignem tradamur æternum.

Conc. Turon:

Omnes homines admonemus, ne per singula verba, quasi ad confirmationem suę assertionis, nomem Dni in vanum assumant, quod ipse Dns interdicit faciendum, ubi ait: ne assumas nomem Dei tui in vanum. tunc enim in vanum nomem Dei assumit, quando aliquis ad singula verba, quibus vult, ut sibi ab alio credatur, Deum Omnipotentem, testem rei, de qua ait, invocat, eumque sibi esse adiutorem, sicut ea vera sunt, quę loquitur.

S. Joan. Climac:

Rerum omnium potentissimum est veritas, et extrema malitię linea, mendacium. Justinia: in corde, et corde loquutus est, qui in duplicitate cordis, et mentis suę, mala, ac noba loquutus est; aliam intra animam,

Sententiam servans, et aliam in verbis exprimens. S. P. Aug. sup. odisti observantes vanitatem, superbacue, sic ait: quis observat vanitatem? qui timendo mori, mentitur: timendo enim mori, mentitur, et moritur, antequam moriatur, qui ideo mentiebatur, ut viveret. mentiri vis, ne moriaris? et mentiris, et morieris; et cum vitas unam mortem, quam differe poteris, aufere non poteris, incidis in duas, ut prius in anima, postea in corpore moriaris.

S. Hieron. sup. perdes omnes, qui loquntur mendacium, sic ait: rem novam vide: qui malum operatur, odio habetur; qui mentitus fuerit, periit: qui odio habetur, adhuc vivit, qui periit, esse dessinit: ergo infelicior, qui mendax.

Paul. de Palat: equidem facilius feram famulum, qui semel furatur, quam, qui semper mentitur.

Aug. Card: potior est fur, idest, minus malus: fur enim potest restituere, quod abstulit, scilicet, pecuniam; mendax autem non potest restituere, quod retulit, pacem cordis sui, et famam proximi.

S. Greg:

Illi quidem peccatum non imputabitur, in cuius spiritu dolus mendacii non invenitur. S. Albert. mag: mendacium in ore omnis hominis, peccatum est; in ore autem Doctoris veritatis, saccrilegium est.

S. Hieron: congregationem divitiarum sequitur mendacium; manus enim assueta thesauros condere, fraudulentam linguam possidet; veritas paupertatem; mendacium divitias parat. Lactant: voluntas fingendi, aut mentiendi, eorum est, qui opes appetunt: qui lucra dessiderant. Bercor: communiter viri mendaces solent, desolati, et miseri, et pauperes inveniri. isti enim a Deo vilipenduntur, a mundo contemnuntur, quia, sicut dicitur Prov. 12: abominationes sunt Deo labia mendacia. a mundo etiam abominantur. Prov: verbum mendax, iustus detestabitur. Osee: tota die mendacium, et vastitatem multiplicat.

S. Ephren: ipsa veritas in omni actione, atque regimine lux sit, et tua sint verba, est, est, non, non; ut quilibet te, verum dicere, credat: veridici sermones tui sint, ut ab omnibus diligaris; et pro te, pariter bene tibi precentur absentes, atque presentes.

S. Joan. Clim:

Qui timore Dei imbutus est, alienus est a mendacio; habet enim incorruptum Iudicem, conscientiam suam. S. Hieron: nemo circumveniat fratrem; quia unum corpus sumus, et non possunt alterutrum membra se fallere;

Nec enim manus illudit oculum, aut dentes lacerant membra, nisi forte ubi spiritus inmundus inhabitat. S. Thom: periurium definitur, esse mendacium, iuramento firmatum; à falsitate precipue specificatur perversitas iuramenti, quę periurium dicitur. S. P. Aug: interest, quemadmodum verbum procedat ex animo; quia ream linguam non facit, nisi rea mens.

S. Thom:

Propter unum quodque tale, et illud magis: videmus autem, quod ea, quę ex se sunt peccata mortalia, vel etiam bona ex genere; si in contemptum Dei fiant, sint peccata mortalia; unde multo magis, quidquid est, quod de sui ratione pertinet ad contemptum Dei, est peccatum mortale: periurium autem, de sui ratione importat contemptum Dei: ergo etc.

S. P. Aug: et putas, quia non recedit Deus, cum ipsa anima feritur periurio; vis videre, quia mortuus est, de quo loqueris? lege Scripturam; os, quod mentitur occidit animam. Spiritum, quo vivificabatur, eiecit, idest, spiravit: exclusit Spiritum, quo vivebat caro: peieravit, exclusit Spiritum, quo vivebat anima: expiravit, sed nescis; expiravit, sed non vides: carnem enim iacentem, sine anima vides; animam miseram, sine Deo, videre non potes. Crede ergo, adhibe oculos fidei; nemo periurius.

Impunitus, nemo prorsus; cum illo est pena sua. si haberet in cubiculo suo tortorem carnis, punitus esset; habet in secreto cordis sui tortorem conscientiæ suæ, et impunitus vocabitur.?

iuravit per invisibilem, punitur pena invisibili.

quanto per quod iuratur, magis est sanctum,

tanto magis est penale periurium.

S. Bern:

Puniuntur mendaces punitione æternali, sicut Prov. 20, scriptum est: suavis est homini panis mendacii, scilicet, in presenti; postea, idest, in altera vita, os eius implebitur calculo, idest, durissima punitione.

Deuteron: 32:

Ignis succensus est in furore meo. ut innuatur; quod sicut in presenti mendaciis usi sunt, ne evaderent adversa, et acquirerent prospera;

Ita in inferno, duas patientur ex hoc afflictiones, et penas; scilicet, ignis, qui correspondeat adversitati, et sulphur qui correspondeat prosperitati.

S. Aug: iurare per execrationem est gravissimum iuris iurandi genus; ut cum homo dicit: si illud feci, illud patiar.

Historia.

Cardinalis Baron. refert: quod, cum aliqui S. Narcisi inimici, correctiones eius non sufferreva-

Valentes, eidem per calumniam, enorme quoddam impegissent delictum;
primus dixerit: si non est verum, quod dico, faxit Deus, ut ignis me
consumat. secundus vero dixerit: si falsum astruo, rogo Deum,
ut turpe, et abominabile malum, corpus meum invadat.
tertius vero subiunxit: Caecitate me Deus percutiat,
si non est ita, ut dico. et tamen, si neutri illorum
trium fides adhibita fuerit, ut notam omni-
bus S. Episcopi honestatem, hic tamen
in solitudinem se subduxit.

eodem vero tempore,

Super periuros Calumniatores ira Dei descendit.
primus, per coelitus dilapsum ignem cum
tota sua familia conflagravit. 2.us vero,
a capite, ad pedes usus horribili ma-
lo infectus; et consumptus fuit.
3.us denique,
subiunxit, ob collegarum horre-
nda supplicia perterritus, et
Compunctus,
Calumniam confessus est, adeoque am-
are peccatum suum deflevit, ut oc-
ulorum suorum lumen in-
de amisserit.

Historia.

Martin. Delrius scribit; quod, cum in Saxonia, Puela quedam valde
locuplex, Iuveni cuidam pulchro, et specioso, sed mediocris subs-
tantiae, matrimonium promisisset: hic vero sagans, et pru-
dens, ob Sexus illius instabilitatem, promissioni sibi
factae non fideret: puella multis adhibitis iuram-

Juramentis, illum assecurare attegerit, adeo etiam, ut diceret: si alium, preter te Sponsum elegero, faxit Deus, ut in mediis nuptiis diabolus me rapiat. tantum vero, post aliquantulum tempus evolutum, Puella mentem suam mutans, alteri oppulentiori Sponso fidem adaixit; nec tamen primus ob id illam deseruit; promissiones cum iuramento, et imprecationes sibi factas ei revocans in memoriam; quę tamen omnia ipsa per risum explosit. adveniente autem nuptiarum die, quando universa domus, gaudiis nuptialibus perstrebat, et tan Parentes, quam amici, solemnia agebant festa; sola ipsa, ut pote quam propria remordebat Conscientia, turbata erat, et moesta, quasi sequturi infausti exitus sibi omen presagiens. nam Circa Convivii finem, in medio convivantium, duo apparuerunt diaboli, ementitam, duorum nobilium Equitum Speciem; Qui cum eo se fine venisse dicerent, ut faustis nuptiis applauderent; mox, ut domum ingressi erant perbenigne, et humanissime accepti fuere, atque inter ceteros Convibas collocati. qui aliquantis per quiescentes, liberaliter, et quidem, non sine multa mendacione, voragine discurrere ceperunt; docet tandem, sublatis mensis, ad sonitum

Musicalium instrumentorum Choreę indicerentur, et tripudia; primus-
que duorum illorum personatorum nobilium, honore peregr-
inis exhiberi solito ad tripudium cum Sponsa faciendu,
invitatus fuit.
Qui oblatum sibi honorem minime renuens, manu
Sponsę data tripudiare cepit, ac tandem, eandem,
et triclinii foribus raptans, predamque sua,
in aere elevans, simul cum ipsa e circums-
tantium oculis evanuit, omnibus,
in cassum vociferantibus, et infau-
stum tripudii exitum plangen
tibus:
Die vero sequenti, cum Parentes nonnullos emisissent
exploraturos, si Corpus saltem filię in confinibus com-
prehendi posset, duo illius occurrere diaboli,
qui Sponsalitias Sponsę vestes, eis restituen-
tes, dixerunt: a Deo nobis in Sponsam,
non vero in vestes illius data est au-
thoritas; has igitur accipite, et
Parentibus reportate, Spon-
sa etenim nostra est.
Zachar. Cap. 8.
Juramentum mendax, ne diligatis, om-
nia enim hec sunt, quę odi,
ait Dominus.
S. Thom.
Qui iocose periurat, non evitat di-
vinam irreverentiam, sed qu-
antum ad aliquid, magis

 q. 29.

Auget, et ideo non excusatur a peccato mortali. S. Bernardinus sic ait:
Puniuntur periuri punitione temporali,
in triplici foro. in foro poenitentiali; nam
pena periuri, est pena, velut homicidij. in foro iuditiali;
nam secundum iura,
periuri sunt infames; nec permittuntur ad Ordines ascendere,
Nec admittuntur ad testimonium, non obstante, quod egerint poenitentiam. et
tertium in foro divinali.
S. Isidorus: sicut mentiri nequit, qui non
loquitur; sic periurare non poterit,
qui iurare non appetit: cavenda est igitur iuratio, nec
ea utendum nisi in
sola necessitate.
S. P. Aug:
Vis ergo longe esse a periurio?
iurare noli; iuret Deus, qui
iurat securus, quem nihil fallit, nihil latet,
quia omnino fallere ignorat,
neque falli potest.

S. Ambr:

Crux tibi preeat, si iurare disponis; nam ut Sapiens ait: qui testis est repentinus, concinnant linguam mendacii. Div. Xprom:

sicut venenum quodpiam, numquam gustare, quis eligeret, neque instante necessitate sic neque iuramenta admitere.

S. Bernardin: ego autem dico vobis, nolite iurare, omnino, idest, nolite iurare in quolibet casu. non est contra Dei preceptum iurare; sed dum usum iurandi facimus, periurii crimen incurrimus: numquam ergo iuret, qui periérare timet.

Eccl. Cap. 23: iurationi non assuescat os tuum; multi enim casus in illa. nominatio vero Dei, non sit assidua in ore tuo, et nominibus Sanctorum non admiscearis.

Discurs. 52.

De Iuditio temerario.

S. Luc. cap. 6.

Nolite iudicare, et non iudicabini: nolite condemnare, et non condemnabimini. Didac. Stella ostendit, in quo consistat misericordia, quam erga proximos exercere debemus; nempe, si eos non iudicaberimus. Charitas quippe, et misericordia vetant, ne quid mali de proximis suspicemur.

1. ad Corint. 13.

Charitas non cogitat malum. S. Doroth: tanto quisq ad Deum proxime accedit, quanto magis in amore, et benebolentia Christiana proximo suo adhesserit.

S. P. Aug: maxime hi temere iudicant de incertis, et facile reprehendunt, qui magis amant vituperare, et damnare, quam enmendare, atq corrigere.

S. Antonin:

Iudicium temerarium est, cum aliquis opus proximi, de quo non habet sufficientia inditia ad cognoscendum, utrum bonum, vel malum sit; in mente sua firmiter estimat, illud esse malum.

S. Petr. Paschas: non dico, ut contradicam illud Apost: auferte malum ex vobis, quod contrarium huic loco sonare videtur; sed aliud est de manifestis, appertisq criminibus

judicare in Ecclesia, aliud de his, quæ adhuc in herva latent. S.

S. Doroth:

Adeo grabe, et molestum est, de quovis peccato iudicare, ut Christus in Evangelio apperte dixerit: hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo, et tunc poteris eiicere festucam de oculo fratris tui.

Comparavit proximi peccatum festucæ, iuditium vero trabi: usque adeo grave, et insuave est, proximum iudicare, ut fere omne peccatum excedat.

S. Antonin: per huiusmodi iuditium ledit homo seipsum: nam ut ait S. P. Aug: de occultis alieni cordis iudicare, peccatum est. in quo enim alium iudicas, teipsum condemnas, idest, tibi noces, conmitendo peccatum, unde punieris. quantum hoc displiceat Deo, ostenditur per punitione.

Caietsup. nolite iudicare. ait:

Quamvis cognoscamus personas blassfemas, adulteras etc. S.

Bernardin:

talis iudicii usurpatio, tanto gravior est, quanto summo iuditio iudicandi authoritas usurpatur.

Ad Rom 14. tu quis es, qui iudicas alienum serbum? Dno Deo suo stat, aut cadit. S. Bonab: sicut enim non videmus aliorum cogitationes, ita nec intentiones eorum, quare hoc, vel hoc faciat. unde quidquid aliquo modo potest excusari, semper ad meliorem partem interpretemur, si volumus tranquillum cor nobiscum habere, et cum aliis, et alios non turbare, et Deum non offendere: quia semper iudicamus malum esse, quod in se non est malum. peccamus enim per temeritatem, usurpando nobis iuditia Dei de occultis cordium.

S. P. Aug: possunt homines videre, quod agimus; cuius autem rei contemplatione agimus, occultum est; et ideo datur suspitionibus locus, ut audeat homo iudicare de occultis hominum, et falsa plerumq, et si vera, tamen ei incognita temere suspicari.

Historia.

In prato florido legitur sic: Margarita olim Hollandiæ Comitissa, pauperculam quandam fœminam, duobus Infantibus, quos uno partu enixa fuerat, onustam videns; eam illos ex a

Discurs. 52.

Ex adulterio genuisse, temere iudicavit; et ut adultera publice calumniata fuit. quę, calumniam hanc sibi iniustam, cum dolore audiens, comitisse respondit: ego tametsi pauper, et egena sim; mulier tamen sum boni nominis, et honesta; neq' huius mihi iniusti criminis, vel minimum conscia: ac proinde Deum obsecro,

Ut ad innocentię meę tutandę, testimonium circa te disponat, ut tot filios, unico partu enitaris, quot sunt dies in anno. 18

Necdiu

Suspensum est iustum Dei iuditium, quia in huius temerarii iudicii penam, post multos menses

Trecentos sexaginta filios unico genuit partu; qui omnes vivi simul ab Ottone Episcopo sacri Baptismatis undis abluti fuere. Abulens: Deus iudicat tali iuditio,

Idest, tanto, quanto nos iudicaberimus; tantum malum nobis infert, quantum nos proximo intulimus.

cum hac tamen differentia,

Quod cum nos iniuste de proximo iudicaberimus

Deus econtra

nos iudicet.

S. Joan. Climac: vidi, qui palam peccaret, et clam poeniteret: et quem ego, ut impurum, et nequam damnaveram, iam apud Deum, temperans, et pudicus habebatur, cum per sinceram emendationem, Deum sibi propitiasse.

S. Ephren:

Si fratrem peccantem aspexeris, et postero die eum videris, ne ipsum, ut peccatorem tecum repures; ignoras enim, ante absentem post lapsum, bene operatus sit, et suspiriis, atq; gemitibus Dnm placaverit.

S. Bernard:

Cave, alienę conversationis esse, aut curiosus explorator, aut temerarius Iudex. etiamsi perperam actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa. excusa intentionem, si opus non potes; puta ignorantiam, puta surreptionem, puta casum. quod, si omnem omnino dissimulationem rei, certitudo recusat; suade nihilominus ipse tibi, et dicito apud temetipsum: vehemens fuit nimis tentatio; quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem?

S. Hieron: premonet Dominus, ne ubi quid ambiguum est, cito sententiam profera-

Proferamus, sed Deo Domino Iudici terminum reservemus.

Historia.

In vitis PP. de Abbate Josepho refertur, quod Abbatem Pastorem, die quadam interrogavit, dicendo: dic mihi quomodo Monachus fiam. qui respondit: si vis invenire requiem in hoc seculo, et in futuro, in omni causa dic: qui sum ego? ne iudices quemquam.

Blesens:

Temerarium est, si tuum dilectum dissimulas, et iudicas alienum.

S. Bernardin:

Stultum est, in domo propria habenti mortuum, ad alienum deflendum pergere.

S. Aug: vide, si non in corde tuo conspicis iniquitatem, ne forte quod reprehendis in altero, cogites facere. redi ad te, intus esto tibi Iudex.

S. Doroth: quid nobis de proximo? quid nobis de alieno malo, et peccato? habemus in nobis, quod curemus; habemus in nobis, quid cogitare, et satagere debeamus: unusquisque nostrum attendat sibi ipsi, et sua, ipsis mala Caveat.

Discurs. 53
de Negligentia, seu Acedia.

Prov: Cap. 13:

Vult, et non vult Piger. hic

Carthusi: vult, et non vult; habet voluntatem optativam. ita q vult finem, sed media ad finis adeptionem necessaria non vult amplecti. vult perfectionem, et beatitudinem obtinere; sed non vult ieiunare in vigiliis, disciplina, et orationibus perdurare; cunctas vanitates, et delectationes pravas derelinquere, iniurias, persequtiones, et contemptus propter Deum gaudenter perferre.

Damian:

Acedia, est quedam tristitia aggrabans, que, scilicet, ita deprimit animam hominis, ut nihil agere libeat, sicut ea, que sunt acida, frigida sunt. et ideo acedia importat quoddam tedium operandi, ut patet in Glosa super illud Psalmi:

Omnem escam abominata est anima eorum: et a quibusdam dicitur, quod acedia est torpor mentis bona negligentis inchoare.

S. P. Aug:

Acedia est tedium interni boni.

Bellovac: negligentes, cultum Dei fastidiunt, et divinum officium indevotissime reddunt. S. Ioan. Climac: acedia est animi remissio, mentis enerbatio, neglectus religiosæ exercitationis. Carthus: varias, et leves acediosus quærit occasiones, et excusationes, quibus evadat, ne cogatur aggredi, et exercere opera bona.

Prov. 6: usque quo piger dormies, et quando consurges a somno tuo? paulululum dormies.

S. Hiero. hic:

Dormis in vitiis, quando potes resurgere ad bene operandum, qui noxio sopore depressus, semper dicis: paululum adhuc iacebo, et sic postea pœnitendo resurgam. fit namq, ut te semper differente opus bonum, repente iudex, qui tua mala facta puniat, adsit.

Prov. Cap. 4:

Propter frigus piger arare noluit. S. Ioan. Climac: acedia, et ignavia totum virtutis thesaurum dissipat.

S. Bern: tunc vere Deum diligis, si pro amore illius, bona, quæ potes, operaris. unaquæq[ue] S.ta anima debet in se monstrare amorem Dei, et verbis sanctis, et actionibus: unde in Cant. Cantic. Sponsus, scilicet, Christus, Sponsam, idest, Sanctam animam ornat, dicens: pone me, ut signaculum super cor tuum, et super brachium tuum. in corde sunt cogitationes, et in brachiis operationes. ergo super cor, et super brachium Sponsæ, dilectus, ut signaculum.

Ponitur, quia in S.ta anima; quantum ab ea diligatur, et volunta te, et actione designatur; quia amor Dei numquam est otiosus.

S. Bernardin: si aliqua anima non timet malum, tunc facit omne malum; quia sicut timor inducit ad bonum; sic, qui caret timore, inducitur ad omne malum. ratio; quia timor offense ab amore procedit; et ubi non est amor, non est timor; et ubi non est timor, non est occassio bonum faciendi: unde talis tepidus, est pessima bestia. inde Gregor. concludit, quod tepidus est pronus ad faciendum omnia mala.

S. Joan. Climac: parens quedam vitiorum est pigritia; que enim bona tibi comparasti, facile eripit; quibus cares, cavet, ne acquiras.

S. Isidor: ex acedia, septem oriri, que sunt otiossitas, somnolentia, importunitas mentis, inquietudo corporis, instabilitas, verbossitas, curiossitas; et ideo luxuria, quam Clemens Alexand. metropolim vitiorum appellat, propago est acedie.

apud Petrum Blesensem versus hi leguntur:

Queritur Egystus, quare sit factus adulter?
In promptu causa est, dessidiosus erat.

Salvator noster apud S. Lucam -

Hominem, qui in via Dei negligenter ambulat, describens, ait: qui autem audit, et non facit, similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento, quam illi illisus est fluvius, et continuo cecidit, et facta est ruina domus illius magna.

S. Bernardin: primum pœnitentis impedimentum, ne homo pœnitere possit, negligens pigritia nuncupatur.

S. Albert. mag: locum diabolo preparat, in ollam tepidam, libenter muscæ insident, quæ ferventem fugiunt. tentationibus patet.

Legitur

In Collationibus PP. quod Monachum operantem, demon unus pulsat; otiosum vero, innumeri. est enim homo acediosus, quasi Urbs absque murorum ambitu, et quasi signum positum ad sagittam. preterea acediosus, receptaculum sordium se facit. S. Joan. Climac: tribus modis, vel maxime generalibus, bello nos diabolus oppugnat. negligentia, superbia, et sua invidia.

Cesariens refert: Monachum quendam, diabolus, sicut exitus probavit, ita reddiderat acediosum, ut quoties esset ad Matutinum surgendum, statim, ex quadam pusilanimitate, sudore perfunderetur. putans esse ex infirmitate, iacuit, vestibus se opperuit, et piger vertebat se in lecto suo. nocte quadam, ad signa nolarum, surgentibus ceteris omnibus, ...

Festinantibus ad divinum officium, cum ille surgere tentaret, audivit de sub lecto vocem incognitam, clare satis ei dicentem: noli surgere, noli sudorem tuum interrumpere, quia non expedit tibi. tunc sentiens, sibi a diabolo per vitium acediæ esse illusum, a fantastico illo sudore se excussit.

Prov. 22: dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.

Lyra: semper enim imaginatur in operibus sibi conmissis maiora pericula.

Caetan:

Ab hoc uno periculo Leonis disce; quod pigritia proponit pigro pericula multa, et efficit, ut piger magni pendat illa, et sic otiosus maneat. affectat enim piger otium.

In Vitis Patrum:

Omnino opportet, hominem habere intra Cellam opus, quod laboret. si autem in opere Dei occupatur, venit ad eum diabolus die, inter diem, sed non invenit locum, in quo maneat.

Septuaginta:

Myrmicoleon periit, eo, quod non haberet predam.

Historia in Vitis PP. narratur: quod, cum quidam S.^{tus} transiret ante Cellam cuiusdam Eremitæ incipi-

Discurs. 93.

Incipientis servire Deo, vidit diabolum manentem ante Ostium Cellæ suæ; et cum aliquando moratus fuisset, postea introibit; et firmavit se ille S. P. ad videndum finem rei: inde ergo ad modicum diabolus exivit, sicq alternatim pluries fecit. demum P. ille S. ingressus visitavit Juvenem, et perquirens diligenter de operibus eius; invenit, quod cum ille aliquid boni operabatur, diabolus tunc exibat, quasi non volens tentare eum: cum otio vacabat, tunc intrabat, et diversissimode tentabat eum. unde admonuit, ut sibi caveret semper ab otio.

S: Ephrem:

Si obveniente acedia ressisteret frater operando, et se exercendo, tunc acediæ spiritum, divinæ gratiæ auxilio repelleret.

S. Hieron:

Sup. qui dormitis in lectis eburneis. ait: qui athleta est Dni, et exercetur ad luctam, et preparat se contra adversarias potestates, dormit in nuda humo, imitans Jacob, et ponit sibi lapidem ad caput, quem reprobaberunt ædificantes, et factus est in caput anguli. qui vero deliciis vacant, atque luxuriæ omnia, causa ventris faciunt, dormiunt in lectis eburneis mortui animalis, et inmundis herent ossibus;

Et quia pulchra videntur vitia, et praesenti nitore delectant, requiescunt in eorum lectulis, et sopore gravissimo deprimuntur. Semper aliquid boni facito, ut te diabolus non inveniat otiosum.

Facilius enim diabolus occupat illos, qui in bono opere non invenit occupatos; nam inmundus Spiritus, cum invenit domum vacantem, scilicet, per acediam, assumit alios septem Spiritus nequiores se, idest, universa vitia, et ingressi habitant ibi.

Blosius:

Vae, et iterum vae, perversis, tepidis, negligentibusque Monachis, qui status sui reverentia contempta, votisque violatis, in torporis, ac vanitatis, et passionum sterquilinio iacere, neque erubescunt, neque formidant.

S. Thom. a V. no ba: sup. multi sunt vocati, pauci vero electi. ait: quia vitam inutiliter expendimus in vanitatibus, ex hoc provenit illud, quod valde timendum: quod multi vocati, pauci electi. o quam timenda sententia, et quam expavescenda!

Quis hoc ait, nisi ille procurator, cui commissum est, premiare operarios?
Credite mihi fratres, credite, quod saepius admonui, saepius clamavi, nisi viriliter laboraberitis, non recipietis premium.

Discurs: 93.

Beda: Regnum Cœlorum non otiosis, et negligentibus, sed petentibus per orationem, querentibus per lectionem, pulsantibus per virtuosorum operum impletionem datur.

Prov. 1: quia vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit, qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit; quando venerit super vos tribulatio, et angustia; tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me, eo, quod exosam habuerint disciplinam.

Caietan:

Hyeme terrente pigrum, omittit arare, et consequenter, tempore messis, nihil inveniet metendum; sed si mendicabit, nequaquam dabitur ei, eo, quod nota sit pigritia eius.

Imperfect: sciendum est, quod non tantum pro eo, quod peccaverunt homines, condemnandi sunt, sed etiam pro eo, quod bene non faciunt, si autem pro eo, quod bene non faciunt, et sic con-

Sic condemnantur, putas, quales penas exolvent pro eo, quod peccant. et digne; Deus enim hominem ideo fecit, ut bene faciat; non ideo tantum, ut non peccet. nam si non faciat bonum, non est, quare creatus est.

S. Bern:

De Coelo in Coenum.

Div. Chrysost:

Judas Apostolus erat, sed pigritians, factus est proditor.

S. Bern:

Qui enim nunc propter pavorem mentis, aut torporem macerare se per poenitentiam, et affligere negligit; cum Sol justitiæ in Judicio, velut in Æstate claruerit, quæret requiem, et non accipiet; quia propter illam operari bona contempsit.

S. Antonin:

Sup. illud Isai: venerunt filii usque ad partum, et virtus non est pariendi. sic ait: quod fit, cum peccatum est in ore, sed præ confusione non apperitur; et sic moritur infelix anima; quæ si doleret, et laboraret, proculdubio de partu gauderet. sed quietem, et tepeditatem habet, ex qua congregatur in ea multarum malarum cogitationum superfluitas; ideo eius dispossitio peioratur, et in partu periclitatur.

S. P. August:

Contempsi Judicem, quem temere postulo adjutorem. insolens renui audire Patrem, quem demum puto habere tutorem.

heu mihi! quam sero venio! heu! heu! quam tarde festino! heu me! quia curro post vulnera, dedignans incolumis precavere iacula.

Neglexi prospicere tela, modo vero solicitor de morte vicina.

S. Basil: idcirco dormitantibus nobis, et pigre agentibus, dormire Deus, indignos eius erga nos custodia indicans.

Historia

Narrat Cesarius de quodam Monacho somnolento, et ait: vix sunt duo menses elapsi, quod Dns Abbas Campensis retulit nobis de Religioso quodam, qui semper in Choro solebat dormire; rem terribilem valde! nocte enim quadam, cum ex more dormiret, aliis psallentibus; Crucifixus de altari venit, dormientem excitavit, et cum tanto nisu, maxillam eius percussit, ut infra tertium diem moreretur.

Idem Cesar. ait: Monachus acediosus nauseam Deo provocat, et Angelis Sanctis.

Prov. 21: desideria occidunt pigrum; noluerunt enim quicquam manus eius operari.

Plato: corporum habitus, otio, et torpore corrumpitur; exercitatione autem, motuque plurimum conservatur; animi quoque habitus, disciplina, et meditatione, quae motiones sunt, doctrinas

Doctrinas consequitur: otio autem, idest, negligentia, et pigritia, ni-
hil penitus discit; et si quid didicerit, obliviscitur. Dion.

Chartus:

Somnus corporalis inmoderatus, non solu[m]
anime, sed, et corpori quoq[ue] est valde
nocibus, et gravat naturam, he-
betat sensus, malos parit hu-
mores, obrruit intellectu[m],
tempus infructuosum
expendit, et multoru[m]
fomentum est vi-
tiorum.

Hyppocrat: sanitatem hec duo
tuentur; cibis non satiari,
et in pigrum esse ad
labores.

S. Ephr:

Si quis, seipsum ad opus Dni compulerit; tanto magis corpus eius sanum
validumq[ue] reddetur, et anima illustrabitur. nam quemadmo-
dum athleta corpus suum studiose exercet, ut illud ad
certaminis artificium aptum, compositumq[ue] red-
dat; ita, et pietatis pugil, seipsum ad omne op-
us bonum exercere debet; cum dicat Apost:
. teipsum vero ad pietatem exerce; nam
corporalis exercitatio, ad modicum
utilis est, pietas autem ad omnia
utilis est, promissionem
habens vite, que nunc
est, et future.

S. Bern: raro diligentiam cum infortunio sociabis; sed -

Discurs. 93.

Sed rarius à pigritia infortunium separabis. Prov. 24: per agrum hominis pigri transivi, et ecce totum repleverant urticæ, et operuerant superficiem eius spinæ. S. Bernardin: nihil homini ignavo, se ipso vilius est. Xptom: quid fœtidius homine, qui non habet, quod operetur! quid miserius! Stobeus: nullus socors, celebris vir est. Proverb: pigredo immittit soporem, et anima dissoluta esuriet.

S. Bonav: egestatem operata est manus remissa, idest, pigra.

Stobeus:

Is, qui laborem recusat, fere seipsum condemnat, tanquam bonis omnibus indignum; quid quid enim est ubiq boni, labore comparat. Xptom: Deus hoc animal condidit, operationibus deditum, et ex natura eius est operare; et preter naturam eius, esse otiosum.

Diony. Carthus:

Sunt quidem labores boni, virtuosi, laudabiles, ad quos nascitur homo, ut scilicet, per studium, et labores, scientiis, atq virtutibus decoretur; divinis preceptis obtemperet; pro peccatis suis per labores pœnitentiales satisfaciat; omni custodia cor suum conservet, quo nihil laboriossius invenitur. itaq, væ eis, qui in his hominum laboribus non sunt, nec cum hominibus flagellantur, qui otiositatibus, ac vanitatibus vac-

Vacant, et tempus sibi concessum, non infructuose duntaxat, sed, et vitiose expendunt.

S. Bern: quomodo scit, se esse hominem, qui ad id non est paratus, ad quod natus? homo, ait, natus ad laborem.

S. Basil: quomodo enim, non odio prosequendum otium, quod formica, et apis peiorem efficit hominem; qui utique initio suæ conditionis positus in paradyso est, ut operaretur, et custodiret eum? primum igitur, et maxime proprium humanæ conditionis studium, est operatio; ita ut iners otium propemodum sit contra hominis naturam, id, quod asserit, se Dns odisse.

Philo: sicut se habet cibus ad vitam; sic labor ad honestatem. Cassiodo: natura humana, sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia, infatuatur. S. Greg. mag. sup. homo nascitur ad laborem, ita discurrit: inde mens ad summa volat, unde caro in infimis durius laborat.

Quidam Author:

Mens hominis otiosa esse nequit: quare si honesto labore non occupetur, ad vana inhonesta, carnalia, ad murmurationes, detractiones, aliaque scelera cogitanda, et designanda, deflectit.

Apost: non coronabitur, nisi, qui legitime certaverit. Dion. Carthus: spiritu-
ali luce (Pastores) perfusi sunt ad cognoscendam veritatem
de Xpto. non Pontificibus, et Sacerdotibus templi in
mollibus stratis iacentibus, sed pastoribus Angeli-
cus apparet exercitus; per quod figuratur, quod
non otiosis, sed studiosis, veris q. Dni gregis
custodibus, seu dignis, et virtuosis pas-
toribus; precipue his, qui noctur-
nis temporibus, laudibus vac-
ant divinis, supernę illumi-
nationes, Angelicę vissita-
tiones, Coelestes consola-
tiones prestantur.

Stabeus:
Necesse est, ut laborent,
qui volunt foeliciter
vivere.

S. Bernardin: multi sapientes huius seculi, hora illa, in stratis molli-
bus quiescebant, et nemo eorum dignus habitus est, nova
videre lucem, scire magnum illud gaudium, Ange=
los audire cantantes: Gloria in excelsis Deo.
agnoscant igitur homines, quia, qui in la=
boribus hominum non sunt, vissitari
ab Angelis non merentur: agnos=
cant, quam placeat supernis
cibibus labor.
S. Carol. Borrom: illud autem
unusquisq. Clericus sepe re-
perat, se non ad inertiam, at-
q. ignaviam, sed ad spi=

Spiritualis, et Ecclesiasticæ militiæ labores vocatum. Hug. Carden:
fideles, qui operantur instanter, ne tempus pereat:
letanter, ut opus Deo placeat: perseveran-
ter, ut premium æternu accipiant.

S. Thom. all.a nova:

Via Coelorum patet; ianua paradysi apperta
est. quid ergo statis? tanta vos gloria ma-
net, et statis? tantum vobis premiu
repositum est, et heretis? talis vob-
is corona promittitur, et desi
diose pugnatis? quod gra-
vius est; aspicientes in
Coelum, aspicitis, et
contemnitis, vide-
tis, et negligitis.

Stobeus.

Virtus per labores incedit. boni vi-
ri subire labores audent: labor
bonæ famæ Pater est; labori-
bus veniunt nobis om-
nia bona Divi.

Historia.

Bellovac. in Vitis PP. refert: quidam frater extraneus visitavit Abba-
tem Silvanum, qui videns fratres operantes, ait: opera-
mini non cibum, qui perit, sed qui permanet. Maria
optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.
quem Abbas in Cella reclussit, librum ei tradens,
ut legeret. cum autem usq. ad nonam ieiu-
nasset, expectans, si quis eum ad refectio-
nem vocaret; ad ultimum quesiwit

Ab Abbate: si forte fratres comedissent? respondit: tu spiritualis non indiges hoc cibo temporali; nos, qui carnales sumus indigemus, et comedimus: quo puncto Abbas intulit: ergo necessaria est Martha Mariæ.

Historia.

In vitis PP. de S. Antonio mag.o legitur; quod in Eremo constitutus, magnum senserit tedium, expertus que fuerit variarum tentationum, et cogitationum fluxum, et refluxum; elevata in Deum mente, eumdem interrogarit: quid faciam in hac tribulatione, quomodo salvus era? et modice assurgens, cepit foras exire; et vidit quemdam, tanquam seipsum sedentem, atq; operantem; deinde surgentem ab operibus, et orantem; et iterum sedentem, et plectram de palmis facientem. et inde rursum adorationem surgentem.

Erat autem Angelus Dñi missus ad correctionem, et cautelam Sancti Antonio; et audivit vocem Angeli dicentis: sic fac, et salvus eris. ille autem hoc audito, magnum gaudium sumpsit, atq; fiduciam; et ita faciens, salutem, quam querebat, invenit.

Philo:

Opportet, qui boni aliquid faciunt, pervolare, et incunctanter amoliri impedimenta omnia.

S. Bern: noli proficere, non nisi deficere est. S. P. Aug: semper tibi displiceat, quod es, si vis pervenire ad id, quod non dum es.
nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti; si dixisti: sufficit; periisti.
S. Hieron: felix, qui quotidie proficit, qui non considerat, quid heri fecerit, sed quid hodie faciat, ut proficiat.
Apost:
Noli negligere gratiam, quæ est in te. negligit autem gratiam, ait S. Hieron. qui acceptum talentum, non exercet.
S. Gregor:
Admonendi sunt, qui inchoata bona minime consummant, ut cauta circumspectione considerent; quia dum proposita non perficiunt, etiam quæ fuerant cæpta convellunt.
S. P. Aug:
Sup. quærite faciem eius semper. ait: quæritur inveniendus, et invenitur quærendus. quæritur, ut inveniatur dulcius; invenitur, ut quæratur avidius.
S. Bern:
Vidit Jacob scalam, et in scala Angelos. ubi nullus residens, nullus subsistens apparuit; sed vel ascendere, vel descendere videbantur universi; quatenus daretur intelligi, inter profectum, et defectum in hoc statu mortalis vitæ, nihil medium inveniri, sed quo

Quomodo ipsum corpus nostrum, continuo crescere constat, aut decrescere, sic necesse sit, et spiritu, aut proficere semper, aut deficere.

S. Leo:

Quamtumlibet quisq' iustificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quo probatior esse possit, et melior.

Prover. Cap. 6:

Vade ad formicam, o piger, et considera vias eius, et disce sapientiam.

S. Greg:

Pleriq' sunt intra S. Ecclesiam, quorum iste servus (o piger) qui consignatum sibi talentum neglexit; imaginem tenet, qui melioris vitę vias aggredi metuunt, et tamen iacere in sui corporis ignavia non pertimescunt; cumq' se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere, trepidant, et remanere in suis iniquitatibus non formidant.

Disce sapientiam eius, quę cum non habeat ducem, et preceptorem, nec principem, parat in ęstate cibū sibi, et congregat in messe, quod comedat.

Bellovac:

Non habet hominem, qui eam verbo instruat, et leges ei instituat, aut principem, quem timeat, qui penas infligat, aut premia tribuat pro tanto labore suo.

S. Laurent. Iust:

Divinum, atq' naturale ius: necnon, et humanę leges clamant, ut, cui plus dilectionis, et muneris elargitum est: tanto amplius

Exigatur ab eo; et tanto magis ingratitudinis vitio quisque sit reus, quanto contra honorem, voluntatem, et precepta sui largitoris segnior, atque proterbior extiterit. propter hoc rationalis creatura, que pre ceteris nobilitate nature, et gratuitis donis nobilitata est, plus cunctis suo debet famulari Conditori. debet quippe ipse homo infatigabiliter exercere se, quatenus ad cognitionem beneficiorum Dei valeat pervenire.

S. Bern:

Desidiam facimus quando per torporem languidi, ea, que Dei sunt operamur.

Aristotel:

Cum minutissimum animal sit (formica) continua itinera, silices durissimos, earum cursu, et recursu attritos videmus.

S. Paul. ad Thessalonic: Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Dni nostri Jesu xpti, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis. ipsi enim scitis, quemadmodum opporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos neque gratis panem manducabimus ab aliquo, sed in labore, et fatigatione nocte, et die operantes, ne quem vestrum gravaremus.

Non quasi non habuerimus potestatem, sed, ut nosmetipsos formam
daremus vobis ad imitandum nos; nam, et cum essemus
apud vos, hoc enuntiabamus vobis, quoniam si quis
non vul operari,
nec manducet. audivimus enim inter vos, quos-
dam ambulare inquiete, nihil operantes, sed
curiose agentes.
Iis autem, qui huiusmodi sunt denunci-
amus: et obsecramus in Dño Jesu xpto,
ut cum silentio operantes suum
panem manducent.
Idem ad Cori:
Nescitis, quoniam, qui in Saccrario oper-
antur, quæ de Saccrario sunt, edunt;
et qui Altari deserviunt, cum Alta-
ri participant? ita, et Dns ord-
inavit iis, qui Evangelium
anuntiant, de Evangelio
vivere. ego autem nul-
lo horum usus sum.
Hug. Card:
Ut erubescas pigritiam tuam, vade ad formicam, considerans eius solici-
tudinem, et vigilantiam. vade per imitationem, propter exci-
tandam pigritiam tuam, considerans, et attendens; si
tan vile animal tantum facit pro vita sua con-
servanda, et sustentanda; quid tibi faciendum
sit pro vita gratiæ in presenti, et vita glo-
riæ in futuro acquirenda,
et conservan-
da?

Aristot: eadem semita semper ambulat, nec declinat a faciliori, securiorique, aut a communi reipublicæ, illi consulit, non sibi.

S. Ambr: neque servitio ad operandum cogitur, sed spontaneo proposito prospicientia futura alimentorum subsidia sibi præstruit.

Plinius: gerunt ex morsu gemina arrosa; condunt, ne rursus in fruges exeant de terra.

S. Hieron: grana, ne germinarent, rodebant, et germen removebant. Hug. Card: detruncat granum, ne germinet; sic docet vitare, et cavere elationem de bono opere.

Mittit Salomon ad formicam, quia in eius natura fere contra omnia vitia cautela reperitur; quia parvum animal est; sic docet humilitatem. item; solicitum; sic docet vitare otium.

item

Providum; sic docet providentiam de futuro. ad Galatas. 6: ergo dum tempus habemus operemur bonum. item arcto calle incedit; et sic docet poenitentiam.

S. Luc 13:

Contendite intrare per angustam portam. item terram egerit de cavernis; sic docet contemptum terre-

Terrenorum. item grano pascitur; sic docet honestatem vitę. Bartholo. Fulgosi:

Requievit (Deus) ab universo opere. ut eo exemplo doceret: post certa spatia animi, atq corporis in labore, interlaxamentum querendum esse; ob id precipue, ut cum eius cultui operam damus, agendaru pro tot eis meritis gratiarum, non inmemores simus.

tum postea, ut etiam salutari hoc exemplo doceamur; longos labores ut leviores fiant, intermissione aliquando opportere leniri, ut per hunc modum instauratis viribus, recentiores, animo, corporeque, ad novos perferendos labores reddamur.

Oleast:

Est, quod hic advertas, scilicet, non quiescendum esse, nisi prius laboraberis; similiter pluribus diebus laborandum, paucioribus quiescendum.

Origen: indecens est Christiano, si eum radius solis in lecto suo inveniat. dicit Petr. Alphonsus, quod quidam Philosophus dixit filio suo: fili mi, vide, ne formica sit sapientior te, quę congregat in ęstate, cum tanto, et tan solicito labore, unde vivat in hyeme. ne sit Gallus te vigilantior, ut matutinas horas, ita

Ita diligenter observat, ut se alis ververando, ad cantus nocturnos excitat.

Poet: Ignavum fucos pecus a presepibus arcent.

S. P. Aug:

Vide, quam pudendum sit; si delectat labor, ut fera capiatur, et non delectet, ut Deus acquiratur.

Kempis: promittit mundus temporalia, et parva, et servitur ei aviditate magna: Xptus promittit summa, et æterna, et tepescunt mortalium corda.

Senec:

Punctum est istud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo Regna disponitis ::: brebi tempori, maximam curam; et maximo tempori, curam brebem impendunt.

S. Bern: quid ignaviæ est, fratres? ardentius enim appetunt homines perniciosa, quam nos utilia. alacrius currunt ad mortem, quam nos ad vitã.

Poeta.

Impiger extremos, currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

S. P. Aug:

Non est gravis avaritia? quare ergo te, de somno excitat, quæ te aliquando etiam dor-

Discurs. 53.

Dormire non sinit? et fortasse habes cum illa alterum onus pigritiæ:
et ista duo nequissima onera secum
quæ pugnantia, premunt te, et
dilaniant. pigritia ait: dor-
mi. avaritia dicit: sur-
ge. pigritia ait: noli
pati frigidos dies.
avaritia dicit:
tolera in mari etiam tempestates. illa
ait: quiesce. ista non sinit quie-
scere. iubet; non solum pro-
cede, sed naviga transma-
re: quære terras, quas
ignoras. merces in
Indiam deporta
nos sunt.
Non nosti linguam Indorum, sed intelligibilis
videtur sermo avaritiæ. venies ignotus ad
ignotum.
Das, accipis, emis, portas; periclit-
atus pervenisti, cum periculis
reddis.
Exclamas in mari periclit-
atus tempestate: Deus
libera me.
Non audis respondentem. quare? missi te? avaritia tibi iussit,
ut acquireres, quod non habebas. ego tibi iussi,
ut sine labore ante Ostium tuum pau-
peri dares, quod habebas. illa
te ad Indos missit, ad= reportandum

Ad reportandum aurum: ego tibi ad ostium Xptum posui, a quo emeres Regnum Cœlorum.

Laboras in iussione avaritię: in iussione mea non laboras.

Div. Xptom:

Si forte in corpore parum aliquid morbi pulsaverit, statim, et medicos adhibemus, et pecunias profundimus, et omni observantia, quę competunt, gerimus. nec prius cessatur, quam, quę molesta sunt, mitigentur. anima vero, cum quotidie vulneretur, cum per singula lanietur, uratur, precipitetur, et modis omnibus pereat, nec parva quidem pro ea nos cura sollicitat.

Bellov: quidam Philosophus dixit cuidam pigro: indignareris, si quis optaret, ut inutiles pedes, et manus haberes: nunc cum integra sint tibi, non vis eis uti?

Aristot: impossibile, nihil agentem, bene agere.

Div. Xptom: homines, animę perditionem, nec plangunt, nec cogitant: lugent pro famulis mortuis, pro detrimenta pecunię:

Animam autem quotidie perdentes, nec cogitant quidem. Hug. Card.

Mira dementia est, quod propter unius diei hospicium, Cursor premittitur; et de æterna mansione, vel non, vel parum curamus. imo, quod misserabilius est, domum lapideam contra hyemem omnibus victualibus abundanter munimus: et domum conscientiæ, omnino vacuam relinquimus, nisi forte plena peccatis.

Prov. 6: usq' quo piger dormies? quando consurges a somno tuo?

S. P. Aug:

O si possemus excitare homines, et cum illis pariter excitari, ut tales essemus amatores vitæ permanentis, quales sunt amatores vitæ fugientis?

S. Thom. a Kem:

Debent nos provocare exempla Sanctorum, O, quam diligenter die, ac nocte operantes: quanta temporis parsimonia, quam modicum dormiebant!

Arsenius dicebat; Monacho sufficit una hora ad somnum; et cum manibus operabat tunc orabat.

De negligentia, seu acedia.

Bellovacensis: qui fideliter diligit, nec faciliter oblibiscitur dilectum nec negligit implere beneplacitum voluntatis eius: unde ubi parvus est amor, ibi frequenter invenitur negligentia: ubi magnus amor, ibi parum invenitur de negligentia: ubi perfectus amor, ibi nulla negligentia. Deuter. Cap. 8: cave ne oblibiscaris Dni Dei tui, et negligas mandata eius. unde ergo in nobis tanta negligentia, nisi ex defectu amoris?

S. P. August:

Attendis te habere laborem, sed attende, quale illa requiem pollicetur. nunquid cogitare poteris? si illam posses cogitare, videres te nihil laborare ad compensationem. omne opus leve fieri solet, cum eius premium cogitatur, et spes premii solatium est laboris.

S. Bonab: si curare parva negligimus, insensibiliter seducti statim audenter etiam maiora perpetramus. plerumque de bonis per incuriæ vitium mala nascuntur. S. Bern: necesse est nobis cor in oratione ad Deum levare, et manus cum operatione ad Deum extendere. quare? ne de negligentia mandatorum reprehendamur, dum salutem querimus obtinere sola oratione, aut sola operatione. delectatio carnis per laborem vincitur.

De negligentia, seu acedia.

Hist. Bellovac. factum quoddam refert curiosum, quod contigit cuidam qui in suis agriculturæ laboribus socors, et negligens, consequenterq; paupertatem redactus fuerat. hinc enim ad Vetulam quamdam, quæ apud omnes benefica audiebat, accessit, ab eadem exploraturus, unde mala eius sors derivaretur, quem quotidie de malo in peius abibat; ab eaq; aliquod ad conciliandam sibi rerum suarum prosperitatem, remedium poposcit.

Illa circunspiciens eum, notavit, illum multa oppressum pigritia, dixit: quod mane surgeret, et attenderet, quid primum ei dicerent hirundines, aut Cornices, cum primum surgerent: similiter hoc idem attenderet, cum sero iret cubitum; et ad eam rediret, et dicta harum avium referret. quod cum attendisset, rediens, ait: quod voces dictarum audierat, sed non intellexerat, quid vellent ei dicere, vel quid garritus earum significaret. tunc illa ait: dixerunt tibi, si intellexisses: cuba tarde, et surge cito, et discurre pro cibo, et habebis bladam in sacco. si non dixerunt hoc tibi verbo, dixerunt tamen; exemplo suo, quia eiusmodi aves mane surgunt, et tota die discurrunt, et per multum laborem sibi necessaria acquirunt. unde tu fac similiter. Paul. in Plut: qui nihil agit, esse omnino

Non videtur. Dion. Carth: pigritia ex Charitatis defectu, et inconsideratione divinæ maiestatis, ac novissimorum procedit.

Discurs 54s
de Occasionibus peccandi.

Eccl. Cap. 9.

In medio laqueorum ingredieris. S. P. Aug: mundus iste, periculosior est blandus, quam molestus. S. Hieron: tunc maxime impugnaris, si te impugnari nescis.

Seneca: momento mare vertitur: eodem loco, ubi luserunt, navigia sorventur: noli huic tranquilitati confidere; Citius invenitur periculum, cum contemnit.

S. Cypria:

Plus cavendus est inimicus, cum latenter obrrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit, unde, et serpentis nomen accepit.

Div. Xptom:

Si unus tantum, et duo laquei forent, facilis esset custodia: nunc autem ipsorum multitudinem ostendere volens Salomon, quomodo ait, audias: agnosce, quod in medio laqueorum pertransis. non dixit: Juxta laqueos pertransis, sed in medio laqueorum. utrinq nobis voragines, utrinq doli. processit quispiam in forum, vidit inimicum, exarsit

In aspectu eius; vidit amicum, laudem consequentem, et invidit. vidit pauperem, contempsit, et despexit: quempiam vidit affectum iniuria, aegre tulit: quempiam vidit infestantem, et indignatus est: speciosam vidit mulierem, captus est. vidisti quot laquei? ideo dicit: agnosce, quod in medio laqueorum pertransis.

S. Ambr:

Quis inter tot passiones huius corporis, inter tantas illecebras huius seculi, tutum, atque intemeratum serbare potest vestigium? Respexit oculus, et sensum mentis evertit; audivit auris, et intentionem inflexit; inhalavit odor, et cogitationem impedivit: os libavit, et crimen reddidit: tactus contigit, et ignem adolevit; intravit mors per fenestras.

Ephes: 4: nolite locum dare diabolo.

Galfrido:

Sup. quasi a facie Colubri fuge peccata. ait: non sis contentus, non incurrere morsum, fuge etiam tactum; imo etiam non sufficiat tactum evadere, sed etiam accessum. parum est serpentis non sentire contagium, periculosum est, vel habere vicinum.

S. Ambr: rarius delinquit, cui deest illecebra peccati.

Latet Anguis in herba.

Dioni. Carth: qui amat periculum, idest, vitium, seu peccandi occassionem, in illo peribit, idest, damnationem incurret; nec potest peccata evadere, qui non curat occassiones vitiorum effugere. quidam ait: Qui non elongat se a caussis vitiorum voluntarie; invitus trahitur ad peccatum. S. Bern: sepe occasio voluntatem peccandi fecit, et facit. quis colligavit ignem in sinu suo, et non comburetur? ignis, et stupa in unum possita flammas nutriunt. Si culpa non est, culpe tamen occassio est, et inditium conmisse, et causa conmitende. S. Cypria: Incerta victoria est, inter hostilia arma pugnare. S. Nilus: quo circa nobis faciendum est, ut malorum radicem evellamus: hac enim manente, rami quoque pullulabunt. Interp: non sufficit, ut a peccatis laberis, illa que foras eiicias, si mater domi remaneat, que est occasio. S. Bern de modo confitendi, sic ait: cum viderem expresse, quod loqutio, et conversatio v

Discurs. 54.

Cum quadam persona esset mihi inutilis, et periculosa, et sentirem affectus cordis mei ad illam personam, aut ipsius ad me; non esse purus et secundum Deum, sed potius secundum carnem; et in aspectu, et presentia eiusdem haberem nimiam complasentiam sensualem; et ex hoc semper haberem imaginationes impudicas de illa, cum libidinosis motibus carnis; ita quod propter hec debebam fugere ipsam, nihilominus fui secutus voluntatem carnis.

S. Ambros:

Avertamus oculos nostros a vanitatibus, ne, cum oculus viderit, animus concupiscat.

S. Cyprian: Lubrica est illa Spes quę inter fomenta peccati salvari se Sperat.

S. Ambr: causa peccandi, etiam justos decepit.

Idem: impossibilis liberatio est, flammis circundari, et non ardere, et erit fortitudo nostra, ut favilla Stupę.

S. Basil:

Non in eo tantum laborandum nobis est, ut motus animi, in cogitando, moderemur; sed quo ad fieri possit, ab earum etiam rerum conpressu longissime fugiendum est, cum primis quęcunque in conspectum nobis adducet, refricata libidinum memoria, consilium, rationisq vim nobis –

Nobis perturbant, atque confundunt. quo circa fugiendę in prim-
is cum mulieribus congressiones sunt, colloquutio-
nesq;, nec ad eas unquam accedendum, nisi cum
gravissima nos, aliqua ad eas necessitas
impellat, et aliter facere non possimus.

S.ᵗᵘˢ Antonin:

Ea circa Monachos cautela serba-
ta, ut remoti a familiaritate
Monialium, nec usque ad
Vestibulum habeant,
accedendi familiare
permissum.

Div. Xptom: vis temperans esse? nec tantum fu-
gias adulterium, sed etiam petulantem asp-
ectum. vis a verbis turpibus abesse? nec
verba tantum turpia, verum et ri-
sum solutum, et omnem concu-
piscentiam. vis Cędibus esse
procul? fuge delicias, et
lautas mensas.

Idem:

Agnoscamus igitur laqueos, et ab ipsis procul eamus; agnoscam-
us precipitia, nec appropinquemus. hoc magnę secu-
ritatis nobis erit occassio; non tantum peccata
fugere, verum, et quę videntur media quidem
esse ad peccata, quę nos supplantant. ex-
empli causa:

Ridere, et iocosa verba dicere, non ma-
nifestum quidem peccatum esse vi-
detur,

Sed in manifestum crimen inducit; nempe sepius ex risu, turpia verba nascuntur; a turpibus verbis, actiones turpiores; sepius ex verbis, et risu, convitia, et contumelię, de convitio, et contumelia, plagę, et vulnera. Eccl. cap.

Eccl. Cap. 9:

Propter speciem, multi perierunt, et ex hoc concupiscentia, quasi ignis exardescit.

S. P. Aug: nec propter utilitatem Clericorum temporalem::: est habenda cum fœminis familiaritas,

Nec propter Charitatem, ad salutem earum; nec propter quedam exempla Xpti, et Sanctorum. nam et si Xptum sequebantur mulieres, quę ministrabant ei, et Apostolis. et Elias pastus sit a Viduis, non se, debent homines fragiles tantis viris equare, ut credant hoc, ita pure agere, sicut illi.

S. Paul:

Bonum est homini, mulierem non tangere. Div. Xptom. ait: si bonum est, quod non longe prestat, inquitis; melius omnino est, cum muliere non conversari

S. Ansel:

Potest homo in mente sibi eremum facere, si seculi postponat tumultum. S. Bernardin: inter Consilia Xpti, unum celeberrimum, et quasi omnis Religionis fundamentum,

Est, fugere peccatorum occassiones. e'ait
Blosius:
Occassiones, et pericula peccandi, prudenter declinet; solitudinem diligat,
eamq; convenienter colat; si enim superflua hominum
societate delectatur; si est impatiens silentii; si hec,
aut illa, videre incontinenter appetit, si avide
inquirit, quid dicatur, aut fiat, vanis ru-
moribus audiendis libenter vacat, fr-
ustra sibi, vel infimum sanctioris
vite gradum promittit. secedat
igitur, et taceat, ut in ve-
ribus virtutibus profi
cere, et rebus divinis
Animum intendere commode possit,
Seneca:
Utique, quo maior est populus, cui con-
miscemur, hoc periculi plus est.
S. Hieron:
Multitudines hominum, et
officia, et salutationes, et co-
nuivia, veluti quasda,
catenas fugias vo-
luptatum.
S. Cypri: sup. beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei. 25
Ecles. ita ait: beatus vir, qui veretur omnia per metum.
ille tutius sibi consulit, qui circa malos semper in-
fidus, species quascumq; noxias extimescit.
S. Bern: cum foemina semper esse, et non
cognoscere foeminam, nonne plus est,
quam mortuum suscitare?

Quod minus est, non potes, et quod maius est, vis, credam tibi? quoti
die latus tuum ad latus iuvenculæ, est in mensa;
lectus tuus ad lectum eius in camera, ocu-
li tui ad illius oculos in colloquio, ma-
nus tuæ ad manus ipsius in opere,
et continens vis putari?

Exod. Cap. 34.

Munus boni rectoris est, occassiones malorum, su-
is auferre.

Oleast: foeminarum genus, docet, non hinc, in-
de discurrere etiam pietatis, et religionis pre=
textu; amat hoc genus exire, amat hic,
inde discurrere; sed quia a Viris su-
is sepius arcentur, causam re-
ligionis, et pietatis mentiu=
ntur

Ut ergo licensiosum genus teneret in officio, occassiones vagandi pre
clusit. dicendo in Exodo ipsemet Deus; tribus
temporibus anni, apparebit omne mas-
culinum tuum in conspectu omni-
potentis Dni Dei Israël. et Oleast.
dat rationem:
tanquam pius, et misericors,
hoc fieri voluisti, ne sex-
us infirmior longo
itinere gravaretur.

S. Ambr:

Discant enim viri cavere oculos
fœminarum, adamantur eti-
am, qui nolunt amari.

Lyra super illa verba Deuteron. 22: cum ædificaveris domum novam facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, et sis reus labente alio, et in preceps ruente. sic ait:

Debet talis sensus suos, et actus diligenter custodire, ne sint aliis occasio ruinæ, sibiq. imputetur ad interitum gehennæ.

Imperf. sup. si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam. ait: vult Xptus, ut non solum de periculo peccati nostri curemus, abstinentes nos ab omni concupiscentia mala, sed etiam, ne vel propinqui nostri, vel aliqui ad nos pertinentes, turpe aliquid agant:: quia non solum pro peccato nostro, sed etiam pro peccato proximorum nostrorum, quod tamen possumus cohibere, nisi aut prohibuerimus, aut repulerimus a nobis, dabimus rationem.

Et quoniam Christiani unum corpus sumus, et alter alterius membra; melius est, ut sine uno, aut altero membro tali salvemur, quam ut volentes, illos tales habere, et ipsi pereamus cum eis.

Discurs. 54.

Eccl. 14: non defrauderis a die bono: et particula boni doni non te pre-
tereat.

A lapide: particula bonæ diei non te pretereat, quæ utiq; non
est alia, quam præstandæ alicuius bonæ actionis occasio.
quasi dicat:
nullam occasionem exercendæ virtutis omitte.
ita virtutibus, meritisq; dives, in iisq; per-
fectus efficieris.
Quidam dixit: virtus est, ubi occa-
sio admonet despicere.
Valer. maxim. dixit:
accedit pretio rei
inestimabile mo-
mentum occa-
sionis.

Seneca: vigilantis est, occasionem observare properantem. itaque
hanc circumspice, et si videris, aprehende. Tertulianus:
rape occasionem inopinatæ fœlicitatis. amplec-
tenda occasio est, ac primum se ostendit.
Martius:
Si occasionis momento, cuius pretervo-
lat opportunitas, cunctatus fueris
paululum, nec quicquam
mox amissam queraris.
Nicephor:
Occasio aliqua est ad pedes advolans, et facile capi se sinens. neg-
ligis? in altum aufugit. vis sequi? ridet illa. tam
cito, non reditura. Prov. 9: da sapienti
occasionem, et addetur ei sapientia.
in hebreo legitur: et sapiens erit amplius.

S. Ambr: si autem tibi aurum offeratur, non mihi dicis; veniam, sed iam exigis: redemptio animæ aufertur, et nemo festinat. Alvarez: homines huius seculi accerbissime deflent, si occasione ditescendi, atq dignitatem quampiam acquirendi de manibus elabi sinant: et nos non dolebimus, si mille occasiones, animas virtutibus ornandi, et dilatandi perdamus.

Didac Stella: propter parvam curam, quam adhibes erga salutem animæ, statim revertitur demon. ideo Apost. monet: nolite locum dare diabolo. sagacitas etenim huius serpentis in eo precipue consistit, quod sinat homines obdormiscere, sibiq ipsis nimium fidere; adeo, ut cum eisdem personis lascivis, in iisdem locis infamibus denuo conversari presumant; omnino credentes, se deinceps labi amplius posse.

Et ideo, nisi omnem peccati illius occasionem, omnem affectum, et si possibile esset, omnem memoriam, ac imaginationem de medio sustuleris; inmundus hic spiritus ad possidendam animam tuam, denuo redibit. si enim impedire vellis, quo minus iterum reddat, et de novo progerminet, radicitus illam evellere debebis, omnem impudicitiæ, Aliorumq vitiorum herbam venenosam. nam ut S. Ant. ait. 261.

Mansi: In vita S. Filip. Ner. legitur de Adolescente quodam, eius poenitente, quod dum post frequentatam cum impudica quadam muliere, lubricam conversationem aliquot ab eadem mensibus obtinuisset; iamq ad culmem perfectionis pervenisse, existimans; nimiumq sibi ipsi confidens: celo indiscreto permotus, eam denuo, eo quidem fine invisérit, et eam converteret, et ad veram poenitentiam agendam, perduceret; atvero, in eamdem iterum turpitudinis lubricitatem lapsus fuit, et ideo Eccles. 12. ait: et sic, qui commitatur cum viro iniquo, et obolutus est in peccatis eius.

Imo, quantacumq circunspectione quis procedat, dum, cum impiis familiariter conversatur, mali tamem eorundem mores facilime contrahuntur. cum perverso perverteris. et iuxta proverbium: latet anguis in herbis; id est, astutus Coluber in viriditate illecebrarum, ludorum, conversationum, Conviviorum, Chorearum, aliarumq recreationum, quamtumvis honestarum, absconditus, delitescit, ibiq laqueos suos, idest, obscenorum obtutuum, verborum minus pudicorum, gulle, mordacitatis, adulationis luxus, et otii, aliorumq vitiorum complasentiam, explicatos tendit. Job 4: tygris periit, eo, quod non haberet predam. infernalis enim hec bestia famem

Famem patitur, ut Canis, et circuibit Civitatem. S. Antonin: osten=
sio affectionis per munuscula, et dulces litteras, affectus mu=
lieris erga bonos viros, qui licet sanctus de facili de=
generat in carnalem, quia fragilis est natura. et
ideo boni viri, si ex aliqua causa urgente, ha=
bens ostendere familiaritatem; caveant si=
bi a verbis blandis, et actibus, ex quibus
posset augeri affectus earum circa se.
unde S. Hieron: ait: crebra munus=
cula, sudariola, et dulces
litteras, sanctus amor
non habet.

S. Basil: fugiendæ in primis cum mulieribus congressiones sunt,
nec adeas unquam,
accedendum, nisi cum gravissima nos
ad eas necessitas impellat, et aliter
facere non possimus: atq ipsa
etiam, ubi nos necessitas a=
degerit, ab ipsis non se=
cus, atq ab igne
Cavendum est;
adeo, ut
quam ocyssime, nulla mora inter=
posita, ab ipsis nos extricemus:
animadverte enim, quod
de hac re sapientia di=
cat: abscondet quis
ignem in sinu suo,
et vestimenta sua
non comburet? vt

De Occasionibus peccandi.

Abulens. sup. illud Genes. 13: facta est rixa inter Pastores pecorum Abraham, et Lot: ecce universa terra coram te est; recede a me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo. sic ait: hoc ponitur ad notandam prudentiam Abrahe, et virtutem; pertinet enim ad virum iustum, et prudentem, ut visa occasione mali, statim provideat, ut non dissimulet, quia in exordio potest provideri contra mala, ne fiant; in progressu autem eorum, non potest provideri.

Eccl. 27: qui amat periculum, in illo peribit. Palat. ait: at qui ex necessitate, vel Charitate se in periculum coniicit, is non amat periculum, ac ideo non solet in illo perire. adducitq. S. Vitalis exemplum; qui nocturno tempore lascivis commorabatur foeminis, ne aliis se conmiscendo, Deum offenderent; dabatq. eo fine, eamdem stipendii mercedem, quam alias a fornicariis accepturæ erant.

Didac. Stell: quod nec pulvis peccati manere debet, sed, quod etiam hec minima conminuenda sunt, et oblivioni tradenda. Jerem. consulit, dicens: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Dni. sicut aquam, ait, non sicut mel, oleum, aut vinum; nam nisi alium quemvis liquorem, preter aquam ex vase effuderis, manebit postea vas ipsum, liquore effuso. madefactum, et superlinitum

Ut contingit in melle, aut oleo: vel saltim odoris aliquid liquoris effu si, ipsum vas retinebit: aut si horum neutrum contingat, colorem saltim pristini liquoris conserbabit, ut existimes, vas ipsum liquoris colore induisse.

Discurs. II.s

De Hypocrisi.

S. Math. 23.

Ve vobis hypocritæ. S. Albert. mag: omnis heresis hyprocrisi firmatur. Ricard. Victori: hoc est illud crimen pessimum, et pre ceteris abominandum; quia Deo, pre omnibus odiosum; de quo Joseph fratres suos apud Patrem accusat. vitium; quod Deus singulariter detestatur, nullum aliud, quam hypocrisis rectius intelligitur.

Deuter. 21: non indueris vestimento, quod ex lana, linoque contextum est.

S. Greg:

Vestem ex lana, linoque contextam, induit, qui in loqutione, vel actione, qua utitur, intus subtilitatem malitiæ opperit, et simplicitatem foris innocentiæ ostendit.

Crisolog: hypocrisis subtile Malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis.

Eccl. 2: Ve duplici corde, et peccatori ingredienti duabus viis. S. Greg: duabus viis peccator quippe terram ingreditur; quando et Dei est, quod opere exhibet; et mundi, quod per cognitionem querit. Ve igitur illis: Ve autem ad maledictionem pertinet.

Isai. Cap. 33:

Possedit tremor hypocritas. Lyra: quia erant in statu ministrandi Dno; et sic apparebant boni, et devoti exterius, sed nihil habebant interius dignum Sacerdote.

Job. 36:

Simulatores, et callidi provocant iram Dei: morietur in tempestate anima eorum.

S. Greg:

Cum diceret, simulatores, et callidi, non subdit, merentur, sed provocant iram Dei; iram quippe Dei mereri, est etiam nesciendo peccare; provocare vero, est etiam mandatis illius, sciendo contraire; scire bonum, sed despicere. facere posse, nec velle.

Perpetratione nequitie intrinsecus tenebrescunt, et ostentatione iustitie superficie tenus dealbantur, quibus voce Dominica dicitur: Ve vobis Scribe, et Pharisei hypocrite.

Justinia:

Juxta sententiam Sapient. est peccatum irremisibile, nec non inexpiabile scelus. huiusmodi homines,

Dolo, ac simulatione imbuti, qui ut commodius suum supplantent proximum, humilitatis virtutem ostentare conan-tur, difficile emmendantur. hypocrita iuxta Rabanum;

Est, qui vult videri, quod non est, scilicet, bo-nus, quasi alterius personę representator.

S. P. Aug: simulata equitas, non est equitas, sed duplex iniquitas.

Math. 23:

Aforis quidem paretis hom-inibus iusti; intus autē pleni estis hypocrisi, & iniquitate

S. Greg:

Mens hypocritę numquam vacat a malitię cogi-tatione

Hug. Card: exterius in pluma habet albedi-nem, & interius in carne nigredinem.

S. Bonab: hypocrita habet quatu-or species. 1.ª est iactantia de bono manifesto. 2.ª simulatio de bo-no occulto. 3.ª escusatio de malo manifesto. 4.ª dis-simulatio de malo occulto.

S. Isidor: dupliciter damnantur hypocritę, sive pro occulta ini quitate, sive pro apperta simulatione: ex illo enim condemnantur, quia iniqui sunt; ex isto, quia ostendunt, quod non sunt.

S. Greg: ante districtum Iudicem, excusationem iam de ignorantia sic habere non possunt; quia dum ante oculos hominum, omnem modum sanctitatis ostentant, sibi ipsis sunt testimonio, quia bene vivere, non ignorant.

S. Isidor:

Hypocrita, verba Sanctorum habet, vitam non habet, et quos per sermonem doctrinę genuerit, non fovet exemplis, sed desserit, quia quos verbo edificat, vita, et moribus destruit.

Salmeron: dictum est, ut caveamus ab hypocrisi, ut nihil ficte, nihil simulate faciamus, sed omnia ex animo, et veritate; nec enim curat Dñs, quid facias, sed quo animo facias, et iuxta cor tuum potius, quam iuxta facta tua a Dño iudicaveris.

D. Crisolog:

Deus iudicat, non ubi facias, aut quando facias, sed qualiter facias, quia Deus de cordibus, non de manibus facta metitur.

Paul. de Palat: duplex vocatur, qui vult gaudere cum seculo, et regnare cum Xpto; qui Dei est per fide,

Mundi per amorem? Deo dedit intellectum, mundo affectum. hi sunt
quos Elias dicit, claudicare in
duas partes, colentes simul
Deum, et Baal.
hi sunt Sa-
maritani, serva-
ntes legem Dei, et servien
tes idolis eius. Hug. Card: utrum
q̃ mundari opportet, et corpus, et animam: sed mundatio hec de
bet incipere ab interiori.
S. P. Aug:
Quia nihil boni in abscondito facis, ne a
cunctis cognitus detesteris; finge te
foris esse, quod intus non appetis.
religio vera respondeat. imo
magis satage esse, quod es;
nam ostendere te hom-
inibus, quod non es,
quid aliud, quam
damnatio est? Job. cap. 8:
Spes hypocrite pe
ribit:
Sicut tela araneorum fiducia eius: innitetur super domum suam,
et non stabit.
S. Greg: congregant bona opera, sed eorum ste-
rilis est ipsa congregatio; quia per hoc
quod agunt fructum recipere in eter-
na retributione non appetunt;
foecundi; ac virides in suis ope
ribus, =

De hypocrisi.

Humanis oculis videntur, sed in conspectu occulti Iudicis infecundi apparent.

S. P. Aug: sup. receperunt mercedem suam. laudati enim sunt ab hominibus, quorum causa exercuere virtutes.

Sicut tela aranearum::: fiducia eius. Aug.

Card: multum laborat (aranea) et cito dissipatur opus suum.

Pineda:

Aranea telam suam, ingenti cum artificio fabricat. S. Greg: qui pro virtute, quam agit, humanos favores dessiderat, rem magni meriti, vili pretio venalem portat. vnde Caeli regnum mereri potuit, inde nummum transitorii sermonis querit.

S. P. Aug: hypocrita multum sustinet, multa portat, et fortis in cunctis apparet; sed vae hypocritae, quia venando mundi gloriam, aeternam penam meretur. hic sic trahit gloriam, quod non habeat gloriam; haec enim fortitudo, non virtus est, sed vitium.

S Greg:

Studium esse hypocritarum solet, ut quod sunt, supprimant; et hoc, quod non sunt, esse, se hominibus innotescat.

Discurs 76.
De peccato Ire.

Ephes. 4.

Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor tollatur a vobis. Cassiod: ira est animi motus concitatus, ad penam provocans inferenda.

S. Joan. Clim:

Ira est, occulti odii recordatio; sive memoria iniuriarum; ira est, dessiderium vlciscendi eum, qui nos ad iram incitavit.

Glosa:

Ira est, omnis malus motus ad nocendum. S. Aug: ira est, tristitia ex impotentia vlciscendi se. ira est subita animi tempestas, quę dum inordinate se concutit, cor hominis ad insaniam trahit.

Sedul:

Omnis amaritudo, est rancor in corde: ira, quę in vultu apparet, furore restincto, dessiderat ultionem; indignatio est ex superbia, cum aliquem iudicamus indignum, et ideo nolumus eum sustinere. S. Ant. de Pad: nota, quod inter iram, et iracundiam hoc distat; ira est presens, et ex causa nascitur; iracundia vero, vitium naturale, vel perpetuum. iracundus dictus, eo, quod accenso sa-

Sanguine, in furorem compellitur: ira enim, grece, flamma dicitur, et ira in flamma est. S. Hieron: inter iracundiam, et iram hoc interest; quod iracundus semper irascitur; iratus pro tempore concitatur. neq vero, qui aliquando irascitur, iracundus est; sed ille dicitur iracundus, qui crebro hac passione superatur. S. Anselmus: iracundia dicitur, quasi ira abscondita, quia scilicet, diu tenetur in anima.

Eccl. Cap. 27:

Ira, et furor utraq excerabilia, et vir peccator continens erit illorum. Nacianc: est autem furor, subita turbulenta permotionis inflammatio, et evaporatio; ira autem diuturnus mœror, et continua ulciscendæ acceptæ iniuriæ cupiditas, animo videlicet ad eam vindicandam, estuante, ac gestiente.

S. Doroth:

Aliud est memoria iniuriarum, aliud ira, aliud furor, sive impetus animi, et aliud perturbatio.

S. Alb. Mag:

Dns ponit tres gradus iræ, cum ait: omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iuditio. qui autem dixerit, Racha, reus erit concilio. qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. de his dicendum est, quod ubi crevit gradus culpæ,

Crevit, et ordo penæ. unde recte ira sine voce, puniendo est iuditio;
ira cum voce, Concilio; ira cum sermone contumeliæ,
gehennæ igni mancipatur: secundum P. August.
enim, in primo, est ira tantum; in secundo,
ira, et vox; in tertio, ira est, et sermo, et ce-
rta expressio irrisionis. irrisionis.
S. Gregor:
Solerter sciendum est, quod alia est ira, quam impati-
entia excitat, alia, quam Zelus iustitiæ format.
illa ex vitio, hec ex virtute generatur. atte-
ndenda tamen in hac re est doctrina
S. P. Augustini,
ob cuius neglectum, multi sepe de
cipiuntur. ait enim: passione
movemur, et Zelu putamus.
S. Bernardin. hic: est
duplex ira. una, quæ
fit per vitium,
alia per Zelum.
Prima est, quæ fit per vitium, et de hac ait: irascimini, et nolite
peccare. id est, si primus motus iræ insurgat, nolite pe-
ccare, scilicet, consentiendo in corde, vel ad effectu
perducendo in opere, vel diu retinendo in men-
te. quod necessitatis est, permittit; quod
vero culpæ est, interdicit. secunda au-
tem ira est, quæ fit per Zelum; iu-
xta Greg. super illud Iob. 5: vir-
um stultum interficit iracu-
ndia: ira per vitium, ocu
lum mentis excecat;

Ira per Zelum, oculum mentis ad tempus conturbat. Sanc.

P. August:

Ab ira procedit rancor, à rancore odium, quod est ira inveterata in animo; inde nascitur homicidium, et si non opere, saltem voluntate; inde contumelia; inde susurratio, suspitio, et iniuria, quæ sunt opera carnis, et diaboli.

S. Bonab: homo iratus fugiendus est, sicut Canis rabidus, et Leo concitatus.

S. Antonin:

Ira turbat animum, adeo, ut si totus mundus filo teneretur, iratus frangeret, non curando de mundi totius destructione, ut satisfaceret iræ suæ.

S. Nilus: etiam efficit, ut turpiter, et indecore se homo gerat.

Div. Xptom: vir iratus, inmodestus est. nihil turpius aspectu irati, nihil visu gravius: quod si aspectus, multo magis anima. Seneca: ira impedit animum, ne possit cernere verum.

S. Nilus: iracundia in morem Canum, cecas cogitationes parit.

S. Bonab: reddit hominem stultum, et quasi rabidum; unde eo tempore, quo est iratus, periit ratio, et humanitas in homine.

Justinian: qui contentiosus existit, antiqui hostis ipse inmissiones

Admittit, diabo-li ministerium operatur, distrumpit pacem, rixas concitat, parit odium, furorem nutrit, denigrat honestatem, sapientiam perdit, rationem confundit, oculum mentis obnubilat, gratiæ lumem repellit, fraternam dilectionem frangit, et ipsam coelestem in se occidit Charitatem.

S. P. Aug:

Depone iram, destrue rancorem, mitiga furorem, ne filius perditionis efficiaris.

Iob. 18: perdis animam tuam in furore tuo. Iacob. 1. ira viri, iustitiam Dei non operatur.

Apost:

Irascimini, et nolite peccare, Sol non occidat su-per iracundiam vestram.

Div. Xprom:

Si quis inte infestet, ne ad ipsum respicias, sed ad demonem hunc conmoventem; atq universam iram contra illum effunde; eius vero, qui ab illa concitatur, miserere; si enim mentiri à diabolo est; multo magis sine causa irasci. Prim: sup. nolite locum dare diabolo. ait locum damus diabolo, iracundiam retinendo.

S. P. Aug:

Si verbo offendisti, verbo reconcilia; si vero facto, quod Deus avertat, placa eum facto; sic enim decet servos Dei facere;

Sic decet eos demonem expellere, et Sanctos Angelos introduce-
re; nam ubi ira regnaverit, ibi omnino, princeps Diabo-
lus erit, nec inde aliquid boni exire potrit.

S. Bern:

Non pacificus, consortium non mer-
etur Angelorum: iracundus
erit princeps demoniorum.

Ven. Beda:

Ab omni indignatione, cito redeundum est ad man-
suetudinis dignitatem; nam pertinax motus
facile in eius odium transit, cui non cele-
riter ignoscit. unde sequitur: qui
non diligit, manet, in morte.

S. P. Aug:

Appende in statera considerationis iram, et odium. quid est ira?
fervor quidam animi. ad presens displicet tibi. iam
inte ira ista inveterata est, ideo fecit odium.
ira festuca est, trabes futura crescendo;
sicut enim festuca crescit in trabe,
sic ira inveterata fit odium.
nemo malus,
qui non primo sibi noceat;
iracundus primo se
succendit, faciens
de se faculam,
qua rem proximi sui ledat; se vero suc-
cendendo, animam suam occi-
dit, sicut scriptum est Job 5. si
quis nobis insultaverit,
humilietur;

Siquis exasperatur, mitigemus; si quis mordet, et lacerat, et contumeliis prosequitur, nolite conmoveri, ne victi, nos ipsos perdamus. etenim ira fera est, vehemens, et furibunda; incantemus eam dicentes: terra, et pulvis es; et quid supervit? terra, et pulvis?

Prov. 22: noli esse amicus homini iracundo, neq' ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, et sumas scandalu animæ tuæ.

S. Ambr: resiste iræ, si potes; cede, si non potes; quia scriptum est: date locum iræ. Iacob fratri indignanti, pie cessit, et Rebeccæ; idest, patientiæ instructus consilio, abesse maluit, et peregrinari, quam excitare fratris indignationem.

Div. Xptom:

Nihil tantopere studeamus Charissimi, quam ab ira liberi esse. Ephes. 4: quoniam sumus invicem membra, irascimini, et nolite peccare.

S. Bernard.

Sequens proponit dubium: scit, ne, videlicet, tutum ira conmotum, accedere ad altare; an se subtrahere interin debeat, donec compescatur conmotio? et respondit: nequaquam mihi contingat, turbatum ad pacis accedere sacrificiu.

Cum ira, et disceptatione contingere Saccramentum, in quo Deus indubitanter est; mundum reconcilians sibi. certe non recipitur munus quodcumq; meum, quod defero ad altare, nisi ante, placato fratre, quem me forte lessisse meminero; quanto minus, si me ipso non placavero prius?

S. P. Augusti:

Per subitaneam iram, cordis oculus turbatur; per odium lumen Charitatis extinguitur.

S. Ambr:

Si vis operari orationem tuam, leva puras manus per innocentiam. nam, ut S. Paulus ait: volo autem in omni loco viros orare, levantes puras manus sine ira, et disceptatione.

nihil verius:

ira, inquit, perdit, etiam sapientes. ideo omni tempore, quantum fieri potest, vir Christianus iracundiam debet temperare.

S. Hiero:

Iram vince patientia. Sanctus enim amor, impatientiam non habet: mansuetudo namq; nulla passione turbatur, et specialiter ira, et furore non rumpitur: quam, qui habuerit, beatitudinem Conseque

Consequetur, vocem Dni promissam, ut terram possideat, idest, imperet, et dominetur corpori suo. irasci, hominis est, et iram non perficere, Christiani. Philosophus ait: quod ira magis traducitur à Parentibus in filios, quam concupiscentia.

Dionis. Carth: Abbas Agato dixit: iracundus homo, etiam si mortuos suscitet, Deo non placet.

S. P. August:

Non est fortitudo, si conviciatus percutias, quoniam ab ira victus es. valde stultum est, hominem victum, fortem dicere, cum dicat Scriptura: melior est, qui vincit iram, quam, qui capit Civitatem. meliorem dicit, Victorem iræ, quam Civitatis captivatorem. habes ergo adversarium magnum in te ipso. cum audito convitio, ira ceperit surgere, ut reddas malum pro malo. recordare verba Apostoli;

Non reddentes malum pro malo, neq; maledictum pro maledicto. his verbis recordatus, frangis iram, tenens fortitudinem. S. P. Aug: non eris inglorius, ignoscendo, quia de ira victa, laudabilius triumfatur.

S. Athanas: pertimescit Satanas mansuetudinem, et iræ dominatum

S. Joan Climac:

Ira est prona morum depravatio
et deformitas animi.

Alcuinus:

Displiceat tibi alterius irae quod
tibi in altero displicet, noli te
equalem stulto facere, qu-
ia ira in sinu stulti
requiescit.
Si tu irasceris contra eum, eritis duo
mali, tu, et ille. melius est, te esse
bonum, quam quam ille sit
malus: cur tu ex alterius
malitia, malus efficie
ris? Divus Xpstom;

si vituperatus, vi
cissim vituperas,
superatus es,
non
quidem ab homine, sed, quod tur-
pius est, ab affectu illiberali;
ira, scilicet commotus.
si vero tacueris, vicis
ti, et citra laborem
trophaeum erexisti, et
infinitos habebis
qui te coro
nent

Bellovacens: ira aufert sapientiam, seipsum, Deum, et proximum.

S. Basil.

Si contra maledicta irasceris, iam ea corroborasti. quidnam est ira stultius? si vero quietus, et immobilis persistas, pudorem maledicenti magnum intulisti, cum re ipsa, prudentiam, modestiamque ostenderis.

S. P. August.

Non ergo occidat Sol iste super iracundiam tuam; idest, non desserat Xptus mentem tuam, quia non vult Deus habitare cum iracundia tua.

In comparatione odii, ira festuca est; sed festucam si nutrias, trabs erit: si euellas, et proiicias, nihil erit. hic nunc Tertulian: sol super iram nostram si occiderit, periclitamur: non licet nobis, una die, sine patientia manere.

S. Thom:

Sol non occidat sup. irã, idest, non perSistatis in ira concepta; sed ante solis occasum deponatis; quia licet permittatur motus per fragilitatem, non permittitur mora. Sol non occidat, idest, non obtenebretur dictamen rationis.

de peccato Iræ.

Xptom: si nata fuerit aliqua offensiuncula, longius uno die non esto, neque spatium diurnum excedito. Eccl. 7: non sis velox ad irascendum. Div. Xptom: qui sine causa irascitur, reus erit: qui vero cum causa, non erit reus; nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur. D. Angelicus: secundum rectam rationem irasci, laudabile est. Senec: magna pars hominum est, qui non peccatis irascit, sed peccantibus. S. Bonav: ira, quæ est ex causa, non est commotio animi, sed iudicium, eo quod non irascitur fratri suo, sed vitio. si sapienter faceret, prius se de ipso vindicare deberet, iram, scilicet, et zelum adversus iram suam propter vitium assumendo.

§. 1. Aug: volo vos irasci, sed non ut peccetis; ut autem non peccetis, quibus habetis irasci, nisi vobis? quid enim homo poenitens, nisi homo irascens sibi. Alcuin: ira est iusta, et necessaria, quando homo contra propria irascitur peccata, et contra seipsum indignatur, cum male agit. Xptom: nunquam clames, et nunquam irasceris; eo quod dum vacuitatis ræ: iræ pennas amputas, si auferas clamorem, cordis tumorem imprimis. Seneca: non vis esse iracundus? ne sis curiosus: qui inquirit, quid in se dictum sit, qui malignos sermones, etiam si secreto habiti sint, eruit, seipsum inquietat.

Div. Xptom: melius est viperam in corde possitam esse, quam iram. S. Antonin: remedium contra iram, est tollere occasiones, videlicet, dura verba, et ea, quæ magis accendunt iram; est enim

Ira accensio sanguinis: incendium autem ignis diminuitur per subtractionem lignorum, vel infusionem aquæ: ligna, quæ magis accendunt, sunt duræ responsiones, dura verba, quæ dici non debent, sed taceri. S. Anselm: ille dat locum iræ, qui iram superbientium humiliter fugiendo, declinat, non se contra acceptas contumelias erigens, sed de loco pia humilitate recedens.

Discursus 57.
De Invidia.

Eccl. 31.

Memento, quoniam malus est oculus nequam; nequius oculo, quid creatum est?

S. Bern: dicitur invidia a non videndo, quia non potest videre aliorum bona: unde invidere, quasi non posse videre; nam odium boni, quod latet in corde, etiam inadvertenter videtur in facie.

Proinde Seneca ait: quicquid mente fugimus; ingesta oculis vix videmus.

Definitur invidia a S. P. Aug: invidia est odium fœlicitatis alienæ. a Damasc: invidia est tristitia de alienis bonis.

1 A Remigio: invidia est dolor de alieno bono. S. Cyprian: radix est malorum omnium, fons cladium, seminarium delictorum, materia culparum. Div. Xptomi: hec omnia ex invidia oriebantur, nimirum, calumniæ, accussationes, dissidia; siquidem invidia, velut perniciosa quedam radix, iracundiam, accussationem, arrogantiam; atq omnia alia pariebat.

Idem.

Gravis quidam affectus est invidia: hec Orbem terrarum innumeris implevit malis, quodcumq videris malum ab invidia provenit.

S. Thom. a Villan.

Infinita mala fecit invidia, Deus nos liberet a tam malo vitio.

S. Gregori:

Quamvis per omne vitium, quod perpetratur, humano Cordi antiqui hostis virus infunditur: in hac tamen nequitia, tota sua viscera Serpens concutit, et inpri-mendæ malitiæ pestem movet.

S. Bonabent:

Spoliat hominem omni bono, et est causa; quia odit, et impugnat omne bonu. alia vitia opponunt uni virtuti,

Ut superbia humilitati, luxuria Castitati, avaritia largitati, et sic de aliis. invidia vero opponitur omni bono.

Prov. 14: putredo ossium, invidia: vita carnium sanitas Cordis: Beda: per carnem infirma quedam, ac tenera; per ossa fortia, acta signantur. bene ergo dicitur: vita carnium, sanitas cordis; quia si mentis innocentia custoditur, et que foris infirma sunt, quandoque roborantur. et recte subditur; putredo ossium invidia; quia per livoris vitium, ante Dei oculos pereunt, ea, que humanis oculis fortia videntur.

Ossa quidem per invidiam putrescere, est quedam etiam robusta de perire.

S. P. Aug: servo Dei, cum subrrexerit superbia, continuo ibi est, et invidia: non potest superbus esse non invidus; invidia filia est superbie: sed ista mater nescit esse sterilis, ubi fuerit, continuo parit.

S. Bern: qui hominem odit, homicidam illum, veritas ipsa testatur. quid ni, et ille, qui bonum odit in homine, numquid homicida potest appellari?

S. Antonin: mirum est, quod, cum gaudium, et delectatio sit ex coniunctione convenientis cum convenienti, et naturaliter sit invidus bonus, et bonum omne appetat; de bono proximi gaudere deberet, et de malo doleret; sed propterea contrarium accidit; quia, invidia convertit naturam, quodammodo in malitiam, et ideo de malo proximi gaudet.

Eccl. 30: Zelus, et iracundia minuunt dies, et ante tempus senectam adducent. Hug. Card: Zelus invidiæ minuit dies vitæ præsentis ad alteram.

Prov. 17: spiritus tristis exsiccat ossa, et ante tempus determinatum a natura senectam adducet. nam ut Prov. 14: putredo ossium, invidia.

Historia.

Sic refert S. Antonin: cum enim in Aula Principis duo essent milites quorum unus invidus erat, alter vero avarus; ambo vero omnibus hisce criminibus noti: Princeps die quadam secum aulicis suis recreare volens; ambos ad se accersiri facit, et in conspectu omnium eorum, sibi præstita beneficia magnificans, eaq grato animo remunerare volens; illos a se petere iussit, quicquid vellent, paratum enim se, ad eorum desideriis satisfaciendum; ita tamen, quod, posquam primus pro voto accepisset petita,

Alter eadem duplicata reciperet. tacebant ambo; et nullus volebat esse primus.

Nam cogitabat avarus: si sum primus, recipiam minus, quam si essem secundus, cum duplum sit ei promissum, quam primo postulanti.

Cogitabat invidus: si primus respondeo, socius meus plus me recipiet, numquam hoc pateretur animus meus; potius volo dimittere petitionem meam, et consequutionem alicuius boni:

Cumque inter se disceparent, et alter alterum preponeret in petendo; demum, voluit Dominus, quod invidus esset in petendo, primus. cepit iste, cogitare intra se, quid petere possum, ut socius meus non excedat me in donis? si petam unam vestem, vel Equum, iste duos habebit: si mille florenos; iste duo millia: si unum Castrum, iste unam Civitatem obtinebit.

Sustinere hoc non possum; potius volo eligere, aliquod malum pati, ut ipse in duplo habeat, quam obtinere bonum, in quo ipse me superet.

Dixit ergo, Domine mi; ego peto, ut unus oculus mihi eruatur, et sic socio, duo extrahantur. quid enim factum sit, non dicitur; sed bene fuisset, in vido factum, ut uno oculo evulso, socius evasisset illessus, ex quo tan diabolica conditio fuit in eo.

Concluditq' historiam S. Antoninus dicens: invidus vult potius aliquo bono carere cum aliis, quam ipsum habere conmuniter cum aliis. Div. Xptom: invidentes non considerant, quid faciant. multomagis aliena gloria offendit invidos, quam proprium damnu.

S. Martial:

Nulla sit in nobis invidia, per hancenim Sptus Sanct. mentem derelinquit.

Recedente autem Sptu Sto a tabernaculo mentis, evacuatur homo dulcedine, et implétur omni amaritudine.

S. Cyprian:

Si quis penitus inspicit, inveniet, nihil magis Christiano cavendum, nihil cautius providendum, quam ne quis invidia, et livore capiatur.

Beda: per invidiam Xptus crucifixus est: ideo, qui invidet fratri suo, crucifigit Christum.

S. Cenon: fugiamus invidiam obicem pietatis, obstaculum Regni Coelorum, viam gehennę, pignus, et primitias quasdam penę perpetuę. S. Ant. de Pad: malos, non solum ignis per vindictam post crutiat, sed nunc etiam per livorem cremat; quia qui postmodum puniendi sunt retributionis supplicio, nunc seipsos afficiunt vindicte tormento.

Sap. 2: invidia diaboli, mors introivit in Orbē terrarum;

Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. S. Zenon: sicut proprium est bonum Dei liberalitas, et largitas; ita est proprium diaboli livor, et invidia; et ideo observemus, fratres, vitii huius incursum, ne forte participes operum diaboli efficiamur, et pari cum eo sententia condemnemur.

S. P. August:

Annon est peccatum diabolicum invidia? annon est pena peccati, quæ protinus ipsum, de quo oritur vexat Authorem?

Iob. cap. 5:

Parvulum occidit invidia. S. Thom. a V. nova: est enim invidia vitium infame, et vile, non cadit in animum generosum; parvulum occidit; nam invidendo se abiectum, et defectuosum esse, ostendit.

S. Greg: invidere non possumus nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. parvulus ergo est, qui livore occiditur, quia ipse sibi testimonium perhibet, quod, et minor sit, cuius invidia torquetur.

Blesensis:

Numquam invidisses, si qua tibi inesset generis,

Mentis ve nobilitas, quia ut Poeta ait: — — — — — — — — — —

Livor iners vitium
Mores non exit in altos:
Atque latens ima
Vipera serpit homo.

Alcuino:

Quid infoelicius est homini, quam alterius bonum suum egisse supplicium? omnis invidus animo torquetur; unde igitur bonus proficit, inde invidus contabescit.

S. Cypria:

Quanto ille, cui invidetur, successu meliori profecerit, tanto invidus in maius incendium livoris ignibus inardescit.

S. Bonabent:

Similis est invidus igni greco, qui in aqua fortius inardescit, sive succenditur; sic invidia in aquis gratiarum fortius exardescit, unde deberet extingui.

S. Hieron: invidia aliena foelicitate torquetur,

Et in duplicem scinditur passionem, cum, aut ipse est aliquid in eo, in quo alium esse non vult, aut aliu

Esse videns meliorem, dolet sesi; non esse consimilem. Sanct. Pater Aug:

Seipsum primo infestans, primo seipsum vulnerans, et vexans. O invide, quam paucos habes amicos, et forte, neminem habes, de cuius bono non doleas, et de cuius malo non gaudeas: merito omni amico privari debes, eo, quod de nullo amicorum bono, gaudere probatis! O invidia, omni vitio peior, et omni peste deterior!

De aliena pena querit sibi medicamentum, et de salute acquirit grande tormentum; invidia enim, est ęgritudo animę, vel tristitia de fœlicitate alterius.

S. Cypria: contra tantam mali pernitiem, vigilanter, fortiter, dicata et Deo pectora muniamus. S. Benedict: sicut est Zelus amaritudinis malus, qui separat a Deo, et deducit ad infernum; ita est Zelus bonus, qui separat a vitiis, et deducit ad Deum, et ad vitam ęternam. Xptom: anima, quę semel possessa fuerit ab invidia, difficile est, ut virtutes recipiat. impossibile pene est remediari animam, quam invidia possederit.

Crisolog: iste velociter fugiendus est morbus, quia quos contigerit, non patitur iam sanari.

de Invidia.

Div. Xptom: O invidia perturbationis plena, ignis, qui nulla ratione extinguitur! S. Aug: tu invidia, nequissima pestis, tormentum sine refrigerio, morbus sine remedio. Eccl. 18: eris invidus vitę tuę. S. Cypria: quicumq est invidus, et malignus, nullius magis, quam tuę salutis inimicus est.

S. Bern: O quisquis es, qui salutis invides alienę, parcito vitę tuę: si enim ubi invidia, ibi mors, profecto non potes simul et invidere, et vivere. Alcuinus: qui odit fratrem suum homicida est, et qui invidet, insuper est homicida sui ipsius.

S. Isidor:

Adversus invidiam, Charitas preparetur. Istinian: qui ab hac pestifera tentatione liberari desiderat, proximum, tanquam fratrem, tanquam Coelestis Regni coheredem diligat, et complectatur intimis visceribus Charitatis. Alcuin: potest homo, alterius bonum suum facere, dum amat in altero, quod in se non facit. Sanc.

S. Aug:

Congaude illi, cui Deus gratiam aliquam donavit, et tua est. habet ille forte virginitatem, ama illam, et tua est. tu habes forte maiorem patientiam; diligat te, et sua est. ille potest satis vigilare, si non invides, tuum est studium eius. tu forte potes amplius ieiunare; amet te; suum est ieiunium, quia tu per Charitatem in illo es, et ipse in te est.

Discurs. 58.
de Adulatione.

Poeta.

Tempore foelici, multi numerantur amici;
Dum fortuna periit, nullus amicus erit.

Didac. Stella:

Sunt isti similes Umbrę, quę si stat, stat; si sedet, sedet; si ambulat, ambulat; deniq; & omnia, quę agis, imitatur; sic adulatores laudant, quę laudas, vituperant, quę vituperas, & omnia imitantur, ut applaudant, & decipiant.

Imperfect:

Vir sapiens, quando laudatur in facie, flagellatur in corde.

Boetius:

Nulla pestis est perniciosior ad nocendum, quam familiaris inimicus. S. Hieron: quidquid dixeris laudant; quidquid negaveris, negant.

S. Prosper:

Adulantium linguę alligant animas in peccatis.

S. Hieron:

Nihil est, quod tan facile corrumpat mentes hominu, quam adulatio.

Incognit:

Incognit: adulatio, grave peccatum, idcirco dicitur, quia peccata, quæ corrigere debet, nutrit, et fovet. S. Greg: mortuus mortuum sepellit, quando peccator peccatorum agere adulationis premit.

S. Hieron:

Pulchre adulator apud Philosophum difinitur blandus inimicus.

S. Thom: adulari, vel delectandi causa, vel commodi alicuius consequendi, veniale est.

S. Bern: respue blandimenta; adulationibus claude aures; te interroga de te, quia tu te melius nosti, quam alius. attende cor tuum, discute intentionem, consule veritatem; tua tibi conscientia respondeat.

S. P. August:

Vnusquisq' ad ædificationem, non ad destructionem placeat proximo.

Idem:

Dicitur namq' anima, dum vegetat; Spiritus, dum contemplatur; sensus, dum sentit; ratio, dum discurrit; memoria, dum recordatur; voluntas, dum consentit.

Discurs. 49.
de Calumniis.

Eccles: Cap. 1.

Calumnia conturbat sapientem, et perdit robur cordis illius. S. Bonab: Calumnia est falsi criminis impositio. S. Thom: calumniatur, qui ex malitia in falsam accusationem prorrumpit.

Div. Xprom:

Insidiator, et Calumniator, seipsum prius interficit; siquidem, qui ignem tangit, seipsum comburit.

S. A. Aug: Crimen quippe falsum, quod est calumnia, reum non facit hominem: ubi autem Deus Judex est, nullus falso crimine leditur; quia non cui obiicitur, sed obiicienti potius imputatur. Idem: irreprehensibilem igitur etiã hominibus prestare vitam, ut nullum in vobis verum colorem accusationes inveniant: sequeretur illud, ut etiamsi innumeri accusatores cupiant, nullus unquam infuscare vos possit.

Tulius:

Ut ignis in aquam coniectus, statim restinguitur; sic falsum crimen in vitam cassam nihil obtinet.

Div. Xpromus: Susana aspernabatur, quod audiebat, quia timebat

Eum, cui nihil latebat; falsi enim testes possunt ledere famam, non
occidere Conscientiam.

Origenes:

Maius est [libere] libere, et fortiter silere,
quam defendere se sine ullo Prophe
ta; ut non humiliemur a testi
bus falsis, et Calumniato-
ribus improbis.

Martial.

Est speculum facies, oculique revelant,
Quales sint intus mens, animusque Viri.

Discursus 60.
de bono, vel malo exemplo, et Scandalo.

1. Petri. 2:

Charissimi, obsecro vos abstinere a carnalibus dessideriis; conversationem vestram inter gentes, habentes bonam, ut ex bonis operibus, vos considerantes, glorificent Deum.

S. Petr. Pasch: unius peccatoris conversio, multis exemplum prebuit poenitentiæ. 1. thimot. 4: exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in fide, in Charitate, in Castitate.

S. Prosper:

Nulla alia Sacerdotis doctrina debet esse, quam vita.

Euseb. Gallic:

Lux estis; et sermone, et opere lucere deberis; magis autem operando, quam loquendo, proficitis; quia maior est splendor operis, quam sermonis: unde non ait: ut audientes bonum vestrum sermonem, glorificent Patrem; sed quid ait? ut videntes opera vestra bona glorificent Patrem vestrum.

S. Gregor.

Ad amorem Dei; et proximi, plerumq' corda audientium, plus exempla, quam verba excitant.

Div. Xplom.

Precedente opere, etiam si non sequatur doctrina, suffi=ciunt opera ipsa, magis quam ulla vox, ad docendu eos, qui nos res=piciunt.

S. Greg:

Illa etenim vox libentius auditoru corda penetrat, quam dicent=tis vita commendat; quia dum quid loquendo im=perat, ostendendo ad=iuvat, ut fiat.

Idem:

Loquentis authoritas per=ditur, cum vox opere non adiuvatur.

Seneca:

Longum iter est per precepta; brebe, et efficax per exempla; quia ho=mines plus oculis credunt, quam auribus.

S. Thom. a Villanoba: cave=amus, scandalum pre=bere pussillis, et dare illis

Occassionem ruine: sufficiunt nobis peccata nostra, non simus apud Deum, etiam aliorum peccatorum rei.

S. Bernard: multi sunt Catholici predicando, qui heretici sunt operando: quod heretici faciebant per prava dogmata, hoc faciunt plures hodie per mala exempla; et tanto graviores sunt hereticis, quanto prevalent opera verbis.

S. Hieron:
Erubescit quevis preclara doctrina, quam propria reprehendit conscientia. 1. Corinth. 8: peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Xpitum peccatis.

S. Brunon: ne hoc leve putes, quia hic est frater, propter quem Christus mortuus est.

S. L. Aug:
Videte genus homicidii, fratres;

Discurs. 60. de Scandalo.

Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus ad hominem venit, verbum seminavit, et occidit. noli ergo putare, te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades; si fratri tuo mala persuades, occidis.

A Lapid: qui scandalizarit proximum in Xptum peccant; quia Xpti fabricam, puta proximorum probitatem, et salutem, quam Xptus pro suo sanguine construxit, malo suo exemplo destruunt, et evertunt.

S. Thom. Aqn.

Si eripere pallium, vel tunicam alicuius, malum est; uxorem vero, peius; et vitam, deterius; Quanto horum pessimum est, eius animam interficere, eam aeternis ignibus perpetuo torrendam adigere? vae qui devorant plebem Dni sicut escam panis!

Discurs. 61.

De gratitudine, et ingratitudine.

Ad Thesalon. 5:

Gratias agite, hec est enim voluntas Dei. S. Brun: voluntas Dei hec est, in omnibus, ut omnes agatis gratias. Rup. Abb: adhuc divina nobis, tan sedula erga nos, et tan profusa beneficentia commendatur, ut solicitemur ad gratiam, invitemur ad dilectionem.

S. Ambr:

Herba respondet generi suo; tu non respondes tuo generi? tritici granum sparsum terre, generis sui gratiam reddit, tu degeneras? imitanda est natura terrarum nobis, que susceptum semen, multiplicatiori solet numero reddere, quam acceperit.

S. Ambr: optima beneficiorum custos, est ipsa memoria beneficiorum & perpetua gratiarum actio.

Div. Xptom: nihil tan gratum Deo, ut anima grata, et gratias agens; nam cum innumeris beneficiis quotidie omnes nos prosequatur; nihil aliud a nobis exigit, quam habere gratiam.

S. P. August:

Quod est saccratius laudis saccrificium, quam in actione gratiarum? S. Bern: nec verbum tantum, vel lingua, sed opere, et veritate exhibeamus nos gratos

Ei, qui gratiarum actionem, magis quam dilectionem a nobis exigit dator gratiarum Dns noster. ad Colossens. 3: grati estote.

S. A. Aug:

Opportet me, Dne, tanto magis tibi gratiosum, et devotum, promptiorem ad serviendum existere, quantum me de tantis beneficiis obligatiorem conspicio in reddenda ratione.

S. Anselm: plus debeo, quam meipsum totum; sed nec plus habeo, nec hoc ipsum possum per me reddere totum: trahe me Dne in amorem tuum, et hoc ipsum totum, quod sum, tuum est conditione, ac totum tuum dilectione.

Axioma:

Deus coronat in nobis sua dona, non nostra merita. tanta enim est Dei erga homines bonitas, ait Concil. trident. ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona.

Div. Xptom:

Magnus thesaurus gratiarum actio; magnæ divitiæ in consumptum bonum. ne simus ingrati, neque dum re ipsa beneficia experimur, gravemur offerre Dno verbis nostris gratiarum actionem, redundat enim in nos.

Justinia:

Invitatur ad magna qui

Qui de parvis gratias agere assuescit, et spem de futuris recipit, qui transacta beneficia reconoscit. discamus igitur, ait Xpstom, quam grate animae fuerit Noe, et unde ipse sibi multo uberiorem Dei erga se benevolentiam elicuerit. nam quando Deus talem aliquem videt, qui gratus est de prioribus, largius, et cumulatius, sua dona in illum profudit.

Nihil tamen aliud a nobis exigit quam habere gratiam pro his, quae nobis facta sunt, ut pro illa ipsa gratiarum actione, ad ampliora danda provocetur.

S. Thom. a V. n.:

Si ad amorem non te promovent exhibita beneficia; moveat te saltem vel ipsum exhibendum premium. si non vis amare Deum, propter Deum; ama iam ipsum, vel propter te ipsum. quid enim amore Dei utilius?

S. Bernar:

Confitenti humiliter, et devote gratias referenti, non inmerito ampliora beneficia promittuntur; nam qui fidelis invenitur in modico, iure constituetur super multa; sicut e contrario, accipiendi indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus.

Div. Xptom:

Pensa, ab oratione sumens initium, et in orationem dessinens, numquam deficiet; sed inde largius omnia nobis adfert bona. Caietanus: ad erudiendum nos, quod futurorum petitio, ex preteritorum gratitudine consurgit: nam ut S. Ambr. ait, gratiam, et qui reddit, habet, et qui habet, in eo ipso, quod habet, solvit; nam et reddendo habetur, et habendo redditur.

Aug. Victor:

Origo fluminum, et fontium; mare virtutum, et scientiarum, Dns Jesus. ex isto fonte manant, ut ad locum, unde exeunt flumina gratiarum, revertantur, ut iterum usfluant.

Remittantur igitur ad suum principium celeste profluviam: spirituales rivi proprio fonti sine fraude, et sine intermissione reddantur, ut arva mentium rigare non dessinat. qualiter, inquit?

Apostolus:

in omnibus, gratias agentes: ut quidquid sapientie, quidquid virtutis habes, et gratie; totum Dei virtuti, et Dei ascribas sapientie.

Eccl. 12: benefac iusto, et invenies retributionem magnam; et si non ab ipso, a Dno. Xptom: gratias Deo agamus, qui tanta apud nos beneficia collocavit; neque enim grave aliquid, et onerosum a nobis requirit; sed solum, ut testemur, et confiteamur beneficia sua, et pro his gratias referamus:

Non quod ipse his egeat, qui sufficientissimus est, nullaque re indiget; sed ut nos discamus, Authorem bonorum nobis conciliare; nam sic ipsum ad maiorem nostri sollicitudinem probocabimus.

S. A. August.

Certum est, fratres charissimi, quod si semper beneficia Dei nostri, qui nobis, nullis precedentibus meritis nostris collata sunt, assidue cogitamus; peccata nostra nobis non dominantur; aut si forte subrrepserint cito per poenitentiam corriguntur. ad Dei dilectionem in nobis excipiendam, nutriendam, et augendam, nihil ita valet, sicut beneficiorum eius frequens, et diligens recordatio, vel consideratio.

Div. Xptom. sup. laus eius in Ecclesia Sanctorum. sic auts vides, quomodo ante verba, requirit gratiarum actionem, que fit per vitam, et bona opera? non sufficit enim verbis solum gratias agere, nisi etiam factorum virtus concurrat; nam laus eius in Ecclesiass. et in Psalmo 49: ita vivas, ut Dominus tuus glorificetur. sit vita tua eiusmodi, ut tuus laudetur, ac celebretur Dns, et perfectum obtulisti sacrificium.

Historia.

Aulius Gellius refert: quod Androdus a domino suo profugus; indeque Spelunca latitans, e Leonis cuiusdam pede spinam eruit; qui suo gratificaturus medico, eum per tres annos aluit quotidianis suis predis. sed miser profugus, tandem in manus Dni iterum incidens, Romq ad feras condemnatus fuit.

Igitur, Leo ille, qui ipsum tot paverat annis, captus fuit, ut eum devoraret: emissus namque de caverna, cum benefactorem suum agnosceret, ille obius sua et cauda adblandiri cepit; quasi exultans, quod hac in occassione debitam posset retribuere.

Charitas.

Bestiam igitur, ut agnavit Androdus, eam amplexari non destitit: quq, cum omnia Magis attribuerentur; alia subito fera in medium excurrere, permissa fuit, cui Leo ille constanter se opposuit, impetum q repressit in defenssionem Androdi, eamq lacerans, et discerpens. quod, cum obstupescerent omnes; Serbus que Cesari historiam narrasset, ab eodem liberatus, cunctisq petentibus dimisus, et pena solutus, fuit. Leoq ei suffragiis populi donatus: quem per varia loca circumducens, sese ditavit, omnes q in admirationem rapuit, tantam eius bestie obstupescentes gratitudine.

S. Bonab: si sic Canis dominum suum amat pro pane modico; si sic
Equus pro modico hordeo: si sic Asinus pro pabulo, et fœno;
quantum ille a nobis amandus existit, qui carnem
suam dedit nobis in Cibum, sanguinem in potum,
vitam in meritum, et se totum in premium?
nam Leo,
dum a Serpente cinctus, et ab eo fortiter as-
trictus esset, dum fuisset a quodam mi-
lite liberatus; sic illi toto corde adhe-
sit, ut ab eo, nisi morte separari
nequiret.
Cur ergo, non facit homo ra-
tionalis, quod animal
brutum facit?
S. Aug. Victor:
quocumque
se
verterit oc-
ulus, familiarem
habet admonitionem
amoris; et in omne, quod cer-
nit Dei amatoris sibi resultat memo-
ria.
S. Bern: quanta largitus est ad susten-
tationem, quanta ad eruditionem, quanta
ad consolationem, quanta ex hoc iam ad cor-
reptionem, quanta etiam ad delectationem? flu-
mina hec
Amenissimis flexibus campos cingentia, illa prebitura comerciis
viam, vasto, et navigavili cursu vadentia. quid medica-
torum torrentium venę? quid in ipsis littoribus

Aquarum calentium exundatio. S. Basil: propter nos omnes fluunt, scaturiunt, ac promanant fontium scatebrę: ad negotia ndum nobis se adaperit mare navigationum, effodinis metallicis effodiuntur opes. unde vis affluit amenitas exuverans deliciarum, omni nos ovalante Creatura, ac protegente, per luculentam, ac prediuitem erga nos beneficentissimi Dei gratiam.

ad Thessalon. 2.

Gratias agimus Deo, sine intermissione.

S. Clement. Alexand: non ergo, sicut existimant quidam, Dei quietem, cessavit Deus facere; nam cum sit bonus, si cessaret unquam benefacere, Deus quoq esse cessaret.

Poeta.

Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri.

S. Bernard:

Nec hoc quidem licet maximo, contentus munere (scilicet, creationis ad imaginem suam) qui dedit, ut esses, qui ante non fueras; adiecit etiam, ut subsisteres, qui iam eras. nec minus liberaliter hoc, quam illud mirabiliter

S. P. est operarius. Aug:

Omnibus horis, et momentis fruor bonis misericordię tuę; quoniam semper perirem, nisi quia semper regis me; semper morerer, nisi quia semper me vivificas, et omni momento me tibi obligas, dum omni momento mihi tua beneficia prestas.

S. Antonin: considera, quod tot sunt Dei beneficia erga te, quot vitæ momenta, per continuum enim Dei influxum, homo consistit, et vivit.

S. P. Aug:

Sicut ergo nulla est hora, vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non utar; sic nullum deberet esse momentum; quo te non habeam ante oculos.

S. Ambr: quando non habes, quod Deo debeas? aut quando sine Dei munere es? quid enim habes, aut es, quod non accepisti? ergo quia semper accipis, et quod habes a Dño est, debitorem te esse cognosce.

S. Bonab: circa beneficia, quæ dedit tibi, cogita, quam multa, quam quam bona, quam utilia, quam magna, quis enumeravit ea? quis intelliget? quis loquetur? cogita, quomodo dedit tibi dona naturæ, dona gratiæ, dona superexcellentia.

Gratitudinis altus gradus est, digne ponderare naturalia dona corporis; altior digne ponderare naturalia dona animæ, scilicet, memoriam, intelligentiam, et voluntatem. militia est vita hominis, ait S. Job. quamdiu hic sumus, ait D. Xptomus pugnare debemus, et domi sedentes, et in forum euntes, et ægroti, et sani. maxime.

Maxime nos muniri opportet, tegi lorica, Clypeo, galea, et armis ceteris.
Sed quomodo arma tractare debemus! perpetuo Deo
gratias agere debemus. hec sunt gravissima, que
in diabolum torquentur tela; hic est ictus
in demonem certissimus; tunc sunt co-
rone splendidissime. in quotidianis
exercitiis,
et bellis; que nulla hora, pie in
Xpto viventibus dessunt, a car-
ne, a mundo, a diabolo, si-
cut militiam esse vitæ
hominis super ter-
ram,
incessanter experimini in vobis
metipsis, quotidiana nece-
sse est cantica pro asse-
qutis victoriis re-
vocari.

S. Antonin: pauper ingratus non est, si faciat, quod
potest: sicut enim beneficium, consistit, magis in
affectu, quam in effectu; ita recompensatio
etiam beneficii, magis in affectu consi-
stit: unde pauper, si opere recompe-
nsare non potest benefactori, po-
test tamen recompensare per
gratiarum actionem,
et laudem.

Justinian: quamvis de innumeris bonis mihi exhibitis, numquam tibi
gratias debitas valeam referre; tamen illud certe, non des-
sinam confiteri; me referre non posse; hec enim hu-
milis confessio, non parva est gratiaru satisfactio.

S. P. Aug: pri-

S. P. Aug: primum cogita, o anima, quod aliquando non fueris, et ut
esse inciperes, hoc Dei dono acceperis: donum ergo eius erat,
ut fieres.
Sed numquid ei aliquid dederas, priusquam fieres, qu
od tibi hoc redderet, ut fieres? nihil prorsus, nil
tu dederas, nil tu dedisse poteras, priusquam
fieres:
qui utique, si nil amplius dedisset, pro eo ip
so tamen, semper a nobis laudandus.
non eram, et de nihilo fecit me;
non arborem, non avem, nec
aliquid de animantibus
brutis, sed hominem me
voluit esse; dedit mi
hi vivere, sintire,
et discernere.
Magno debito obligata est anima mea in meditationibus suis: mu
ltum accepisti, et nihil a te habuisti, et pro omnibus his
non habes, quod retribuas, nisi tantum, ut diligas.
S. Antonin:
Maior miseria esse non potest, quam non esse;
tanta est hec, quod in appetitum Creature
cadere nequit absolute: ante conceptu
tuum nihil eras; anima enim cu-
iuslibet, de nihilo creatur, cum
Corpori infunditur: cum
ergo nihil esses, tantam
misericordiam fecit
Deus, ut tibi esse
daret.

S. Bonab: scias, quod triplici consideratione potes tuas meditationes variare, et dilatare; ut nunc tua meditatio versetur circa ipsum benefactorem; nunc circa te ipsum; nunc circa ipsa beneficia, quæ tibi multipliciter elargitur.

S. P. Aug:

Magnum æstimo, et illud fuisse beneficium, quod Angelum pacis ab ortu nativitatis meæ, ad me custodiendum, usq' ad finem meum mihi dedisti.

Dedit mihi Dn̄s continentiam, non a luxuria sola, sed a ceteris quoq', sicut necesse est, vitiis, et peccatis; et quia aliquando vix per triduum continebam, postea Dei auxiliante gratia, per longum tempus potui continere. forte parum quid reputat aliquis continentiam; sed ego non ita; scio enim quod habeat oppugnatores.

Sap. Cap. 8:

Scivi, quoniam aliter, non posse esse continens, nisi Deus det. inspiciendu ad opera bona, ait S. Antonin. seu meritoria, quorum omnium principalis est ipse Author.

Isai. 26:

Omnia opera nostra, operatus est in nobis. cum coronat, ait Augustinus, merita nostra, remunerat opera sua, quia ipse dedit virtutem hanc, bene operandi. Iustinia:

Justinian: o quam frequenter ad cordis pulsat ostium, ut ingrediatur ad te, tecum maneat, in te conquiescat, suis q' te participem faciat esse deliciis; insequitur quippe te, quasi tuo ipse Dns indigeat famulatu, et tanquam sine te, nequeat esse beatus.

S. A. Aug:

Magnum estimo beneficium, quod eo tempore, et inter tales, me nasci voluit Deus, per quos ad fidem suam, et saccramenta pervenirem. Video, innumerabilibus hominibus, hoc negatum, quod mihi gratulor esse concessum, cum quibus tanta nobis est una Conditio.

Audisti ab initio, usq' ad hanc diem, quod multę generationes pertransierunt, quę omnes sine cognitione Dei, et pretiu suę redemptionis in interitum sempiternum dilapsi sunt. omnibus illis, Redemptor tuus, te pretulit, quando tibi hanc gratiam largitus est, quam nullus eorum percipere meruit. sed numquid fortior, numquid sapientior, numquid nobilior, numquid omnibus illis ditior fuisti, qui hanc, pre omnibus illis specialem gratiã sortiri meruisti? quot fortes, quot sapientes, quot nobiles, quot divites ibi fuerunt, et tamen, universi relicti, et abiecti perierunt?

S. Antonin: sup verba Apost. hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. sic ait: in vacuum recipit, et frustra gratiam, idest, sua beneficia, qui ea non recognoscit, non laudat, non ea exercet in multiplicando: et sic non solum demeretur alia sibi dari, sed, et collata sibi auferri.

Div. Xptom:

Scio ego, quemdam virum sanctum, sic orasse: ante hoc verbum nihil dicebat; nempe: gratias agimus pro omnibus beneficiis tuis, quæ a primo die, usq. ad presentem nobis indignis sunt collata; pro iis, quos scimus, et nescimus; pro manifestis, et non manifestis, quæ opere facta sunt, et quæ sermone; quæ voluntarie facta sunt, et involuntarie.

S. P. Aug:

Ego te irritavi, ego malum coram te feci, furorem tuum provocavi, iram promerui, peccavi, et passus es: deliqui, et adhuc sustines. si pœniteo, parcis: si revertor, me suscipis: si differo, prestolaris: revocas errantem, vincis repugnantem, expectas torpentem, amplecteris redeuntem, doces ignorantem, mulces mœrentem; a ruina suscitas, post lapsum reparas, petenti largiris, querenti, inveniris, pulsanti apperis: cui gratias referre debeo; quod non secundum iniquitates meas retribuisti mihi,

Quod me terra non absorbuit, non me Caelum fulminavit, non me sulgur combussit, non flumina submerserunt, nec alia pena, vel morte, prout dignus eram, me afflixisti? cum enim peccando, a te recederem, non solum iram tuam promerui, sed, et omnem Creaturam tuam adversum me excitavi; nam si servus cuiusdam a Dno suo recederet, non solum dominum ipsum exacerbaret, sed totam eius familiam iustissime irritaret.

Ad Rom. 2.

An divitias bonitatis eius, et patientiae, et longanimitatis eius contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, et impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae, et revelationis iusti iudicii Dei.

S. Ambr: plus acquisivimus, qui plus perdidimus; quia beatiores facit tua gratia, quam nostra innocentia. Div. Xptom: recogitemus singuli, quid sibi peculiariter datum: recogitemus autem id, quotidie. beneficia Dei, quae conscribi prae multitudine nequeunt, tanquam in libro habeat. non communia tantum beneficia, quae toti naturae omnium Opifex contulit, sed, et privata, et quotidiana, et quae

Et quæ ignorantibus nobis, confert; pro quibus gratias agamus. multa enim
nos nescios beneficia confert, sæpe e periculis eruit.
§. 1. Aug. solamen in adversis, tutelam in prosperis,
et quocumque vadebam me, ubique gratia tua, et misericordia tua precessit. Psalm. 70: in te confirmatus sum ex utero; de ventre matris meæ tu
es protector meus.
Idem:
Non est dignus dandis, qui non est gratus datis. repleatur os meum laude, et hymnum dicam, gloriam tuam, tota die,
magnificentiam
tuam.
Quid est tota die? sine intermissione in prosperis, quia consolaris; in adversis, quia corrigis: antequam essem, quia fecisti: cum essem, quia salutem dedisti: cum peccassem, quia ignovisti:
cum conversus essem,
quia adiuvisti:
cum perseverassem quia
coronasti:
Non video aliud munus faciendum pro retributione tanti
beneficii, ne ingratus sim,
quam ut Calicem salutaris accipiam, et
sustineam penas, et passiones, pro eo qui pro me sustinuit.

Div. Xpstom:

Nihil est, quod Deus maiori studio complectatur, quam esse gratum, non solum in rebus foecundis, sed etiam in adversis.

hoc est,

Pulcherrima hostia, hec maxima oblatio. quando privatus fueris pecuniis et gratias egeris, non tantum mordere te potest damnum, quantum letitia afficit gratiarum actio: hoc diabolo letale vulnus infligit. Seneca:

Sunt quedam nocitura impetrantibus, que non dare, sed negare, beneficium est.

S. Aug: melius novit ille, quod tibi expediat, quam tu; et ob hoc, si vis deco bene sentire, totum, quod ab illo tibi fit, bene fieri, intellige; talis est enim amor Dei in nobis, nec quicquam omino humana infirmitas tolerat, quod ipsum quantum in sua bonitate est, et ad bonum nostrum non disponat.

S. Bernardin:

Ingratitudo videtur esse illud peccatum, pro-
pter quod redeunt peccata dimissa, iux-
ta verbum Domini, Mathei 18, di-
centis ad
ingratum: serve nequam omne
debitum demissi tibi &c.

S. Antonin:

Considerandum est, quod ait:
omne debitum; quia non
solum peccata, quæ ho-
mo egit post baptismum,
imputabuntur ei
ad penam,
sed etiam originalia
quæ ei in baptismo
dimissa erant.

Illa peccata redire dicuntur; quia quisquis post acce-
ptam remissionem, ad vomitum redierit; tanto
gravius punietur, quanto benignitate
Dei abusus, singulorum remis-
sioni acceptæ, ingratus exti-
tit.

Quanto quis recipit ma-
iora beneficia, tanto
faciens mala, ma-
gis ingratus
est.

Unde ceteris paribus, gra-
vius peccat, & gravius
punitur.

Seneca:

Inter multos, et varios errores temere
viventium, inconsulteque nihil
propemodum dixerim no-
centius, quam cum be-
neficia, nec dare
scimus, nec
accipere.

Prov. 17: qui reddit mala pro
bonis, non recedet ma-
lum de domo eius.

S. P. August:

Si de acceptis ingrati non sumus, iterum
accepturos confidimus. scio, quod in-
gratitudo multum sibi displiceat,
quę est radix totius mali spiri-
tualis, et ventus quidam
desiccans, et urens
omne bonum.

S. Bernar:

Vias obstruit gratię, et ubi fuerit
illa, iam grata accessum
non invenit,
locum non habet. non
ne perditum reputa-
tur, quod ingrato
donatum est?
Aut dedisse non poenitet, quod periisse videtur?

S. Antonin: sicut enim secundum iura
civilia propter ingratitudinem

De gratitudine, et ingratitudine.

Pater potest privare filium ex tota hereditate bonorum suorum, qui alias non posset; ita Deus Pater privat ingratos hereditate gloriæ, si perseverant in ingratitudine.

S. Bernard:

Nemo donis Dei fiet beatus, qui eis extiterit ingratus.

Didac. Stella:

Vix explicari potest, quanta sit hominum ingratitudo; nam quando maiora beneficia ipsis impertitur, tunc magis illum contumeliis afficiunt, et inhonorant. cum enim Deus legem dabat Moysi, et tabulas illas lapideas, et Israeliticas legem docebat; ipsi tanquam ingratissimi vitulum faciebant. ille occupabatur in eorum gubernatione, ipsi vero in idolorum cultu. Osee. 2: ego dedi ei frumentum, et vinum, et oleum, et argentum multiplicavi ei, et aurum quem fecerunt Baal.

S. Ambr: gratias Deo agere, quid sit, plerosque de vobis, arbitror, ignorare: qui surgentes primo diluculo, non nisi de prandio cogitent cum pransi fuerint, somno se tradant: numquam Divinitati gratias referentes; quæ illis, et prandium ad refectionem, et somnum dederit ad quietem. utique tu Xptiane, sicut utilis meminisse debes, cuius panem comedis, ei laudes dicere.

Discurs 62
de Juditio finali.

2. Corint. 5.

Omnes nos manifestari opportet ante tribunal Xpti, ut referat unusquisq propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

S. Aug: irremediabile periculum est, si aliquę vitiis, et cupiditatibus frena laxare, ut se rationem Deo, non meminerit redditurum. puto, quod magna sit peccati pena, metum, ac memoriam futuri perdidisse judicii.

quoniam

Deus Judex est, ut exponit S. Remigius; quoniam Deus est, qui judicat, et ubiq presens est. S. Vincent. ferr: inter alia, quę multum retrahunt hominem à malo, et à peccato, est timor Judicii. Cessari. Arelat. Habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut quantum amplius unusquisq peccaverit, tantum minus peccata sua intelligat. venit illud, quod Propheta peccatoribus clamat: non est Deus in conspectu eius: auferuntur iudicia tua, a facie eius.

etenim

Quando subrrepit peccandi delectatio, statim futuri iudicii diem, abscondit oblivio. S. Ephren: semper cor, et lingua tua de extremo

Iuditio mediten tur: sive igitur operi, sive Orationi intentus sis, sive ambu-
les, sive sedeas, sive comedas, sive ieiunes, sive in cubili tuo vigil
iaceas, sive quid aliud agas, non desistat mens tua cogita-
re, et os tuum loqui de iuditio. Caesarius: rogo vos
fratres Charissimi, ut lectionem istam, attento
corde, audiatis, et memoriter retineatis; qui
enim istam lectionem, diligenti mente
attendit, etiam si reliquas Scriptu-
ras minime intelligat, ista sola
lectio sufficere potest ad om-
ne opus faciendum, et
ad omne opus malu
fugiendum.

Div. Crisolog: si credimus venturum Iudicem, in-
nocentes Iudici, nos preparemus: Iudicem
negat esse, advenire non credit, iudi
candum se satis esse diffidit, qui
male vivit.

S. Bonab: multa etiam ab aliis recensita refert horribilia signa. etenim, 1 die, mare 15 cubitis elevabitur super altitudinem montium, persistendo hoc modo solidum, et constans instar maris validi.

Secunda die, iterum adeo profunde subsidet, ut vi
deri vix possit.

Tertia die, monstra marina super maris su-
perficiem se erigentia, horrendos edent
mugitus.

Quarta die, succendetur mare, et
ebulliet; eodemq die, que-
vis alia aqua ardebit.

5. die; herbæ, et arbores humorem quemdam scaturient sanguineum.

6. die;

omnia ædificia Solo equabuntur, et perfectam facient planitiem.

7. die; omnes petræ allidentur ad invicem, et confringentur in octo partes, et quælibet partium allidetur ad alteram.

8. die;

Erit quidam terremotus, adeo horrendus, ut omnia animalia, simul cum hominibus prosternantur in terram.

9. die; montes, et Colles complanabuntur, omnesq; redigentur in pulverem, et fiet universa terra plana, et equalis.

10. die;

Egredientur omnes, qui in cavernis terræ latebant, et tanquam insani discurrent, nec loquentur unus ad alterum.

11. die;

Omnia mortuorum Ossa resurgent, seq; è monumentis lebabunt, quæ omnia apperientur, ut Cadabera restituant.

12. die;

Stellæ de Coelo decident.

13. die;

Omnes in vita superstites morientur, ut in societate aliorum resurgere possint.

14. die;

14. dies Cœlum, et terram conflagrabunt.

15. dies;

fiet Cœlum nobum, et terra noba, et resurgent mortui secundum virtutes, merita, et demerita. omnia hec signa, velut citationes quasdam futura esse, quibus omnes iudicandi intitabuntur ad iuditium. ista signa erunt, quedam peremptoria citatio, et terribilis cum executione sententię sine omni excusatione ad iuditium vocatio.

S. Arsenius austerissimam in Eremis transegerat vitam; et tamen interrogatus aliquando: et tu Pater trepidas? respondit: non est novus hic timor, o filii; quamdiu vixi, hunc diem timui.

S. Ephren: heu mihi, fratres mei, in Christo dilecti, recordatus sum horę illius, et contremui. hec dum mecum cogito, timore corripiuntur verba mea, et dissolvor undique: oculi pre timore lacrymas fundunt, vox mihi deficit, labia mea quasi conglutinata herent, lingua mea contremiscit.

S. Bernardus:

Cum venerit dies illa iudicii, et apperti fuerint libri, in quibus omnes mei actus, et cogitationes Dño presentandę recitabuntur,

Væ mihi misero! tunc demisso capite, præ confussione malæ conscientiæ in Iu-
ditio coram Dño stabo trepidus, et anxius, ut pote commemor-
ans scelerum commissa meorum. S. Ambr: ipsius solius est,
non timere Juditium, qui vincit, cum iudicatur.

S. P. Aug:

Quid faciemus in illo metuendo Juditii die? cum
tremente mundo, Dñs, præcinentibus Angelo-
rum buccinis, in illo Maiestatis suæ thro-
no circundatus Cœlestis militiæ lu-
ce consederit?

Innocent. 3: cum sit potentis-
simus, manus eius ne
mo potest effugere.

Isai. 42:

Tacui semper, silui, patiens fui: sicut parturiens loquar, dissipabo, et
absorbebo simul. S. P. Aug: maius enim tormentum ma-
lis erit, furorem vultus divini tolerare, quam cru-
tiatus infernales perpeti. Idem: non tunc San-
cti nobis subeniant, quia tempus non erit
miserendi, et misericordiam impetran-
di; etiam fugiet Ianua Paradysi
Maria mater misericordiæ,
quæ nunc assidue interpel-
lat pro nobis; quia co
gnoscunt, hoc Deum
non velle: et si per
impossibile possito rogar-
ent, non exaudirent.

quia ut Prov. 6:

Zelus, et furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusque
precibus.

S. Bernardin: tempore generalis judicii, non solum maligna hominum opera, sed etiam inutilia, et quę quandoq videntur hominibus justa, premio ęternę vitę, indigna judicabit.

S. Greg:

Multa sunt, quę de illius juditio homines ignorant; nam fortassis, quod vos laudatis, ille reprehendet; et quod vos vituperatis, ille laudabit.

Bellovac:

De omnibus bonis operibus inquiretur, qua intentione, discretione, utilitate, et devotione facta sint.

Sophon. 1: et erit in tempore illo, scrutabor Jerusalem in lucernis. Septuag: scrutabor Jerusalem cum lucerna.

S. Anton:

Sicut lux corporalis manifestat figuras, et picturas turpes, et pulchras juxta qualitates ipsorum colorum; sic lux illa infinita ex suo splendore manifestabit, quidquid unquam fuit in cordibus, bonu[m] sive malu[m].

Apocal. 20:

Libri apperti sunt, et judicati sunt ex his, quę scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Rupert. Abb: appertio librorum, manifestatio est conscientiaru[m].

S. Bern:

Juditium faciet gestorum quisque suorum,
Cunctaq cunctorum, cunctis arcana patebunt.

S. Bonab:

Liber conscientiarum continebit tria capita;

cogitationes

Cogitationes, quia ut dicitur: in cogitationibus impii, interrogatio erit. continebit etiam verba, et locutiones otiosas.

S. Basil:

Plus torquentur iniqui peccatores pudore in extremo iuditio, cum illis ante oculos fuerint propositz peccatorum maculosi sordes, quam cum fuerint igni zterno traditi. S. Bernard:

quod enim nunc confiteri erubescimus tunc omnibus manifestabitur; et quidquid hic dissimulando palpamus, totum illic flamma comburet.

Idem:

Accusaberis multis, et magnis offensis, non uno; non paucis, sed innumeris criminibus; non parvis, sed inmensis; non dubiis, sed certis; non brebi accusatione, sed tan longa, quam longa est tota vita tua; non uno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua.

S. Ephren:

Tunc quisque abibit, quo et opera eius. constitura quippe unius cuiusque coram ipso erunt opera. tu nos fecisti o miser: debuisses tuis nos delevisse lacrymis.

Bellovacensis: sicut non peribit capillus de capite; sic non peribit momentum de tempore, quando

Quando a te requiretur ratio illius: nam inter omnia creata, videtur esse, nihil acceptabilius tempore: quia in uno momento possent peccatores lucrari plus, quam valeant infiniti mundi, scilicet, animas suas:

iuxta illud Apocalip. 2: dedit ei Dns tempus poenitentiae, et non vult poenitere. S. P. Aug: obiiciet nobis in faciem omnia quecumque fecimus, qua die, et in qua hora peccavimus, et quid facere debuimus.

Iustinian:

accusator quoque erit mundus: merito namque accusator erit; quia offenso Creatore offenditur totus mundus.

S. P. Aug: demonem adaudet coram Iudice proditurum, eique dicturum esse: equissime Iudex, iudica, hunc esse meum per culpam, qui tuus noluit esse per gratiam: tuus per naturam, meus per malitiam: tuus per passionem, meus ob suasiones: tibi inobediens, mihi obediens: qui tecum noluit habere vitam, iudica, ut mecum habeat gehennam.

S. Bern:

Tot iudicibus, et populis astabis, quot precesserunt te in opere bono: tot convinceris testibus, quot te monuerunt bonis sermonibus, et iustis accionibus. S:

S. Bonab:

Tria sunt in iuditio, testis, tortor, et Iudex: sic in mente hominis:

Ibi testis conscientia, quæ accusat; testis, dolor, qui cruciat; ratio est Iudex, qui iudicat. ordinabuntur ante infelicem animam peccata, et crimina sua, ut eam, ut convincat probatio, et confundat agnitio.

Sophon. 1:

Dies iræ, dies illa, dies tribulationis, et angustiæ.

Regula Iuris: in criminibus notoriis non admititur appellatio.

S. Bern:

Sententia semel data erit inmutabilis; tortores horribiles, qui numquam miserentur, erunt parati, ut data sententia, te damnatum ad tormenta rapiant.

S. P. Aug: despexistis in homine Deum; in infirmo salutem; in via redditum; in Iudice veniam; in Cruce, vitam; in suppliciis, medicinam.

1. Petri. 4:

Si iustus vix salvabitur, impius, et peccator ubi parebunt?

Psalm.: 70:

Cum accepero tempus ego Iustitias iudicabo. S. Albert. Mag: non enim mali tantum iudicabuntur, sed etiam iusti. Mater mea, ait S. P. Aug: fœmina sancta erat, orationibus, ieiuniis, aliisque devotionibus plurimum dedita: sed væ etiam laudabilis vitæ hominum; si remota

Misericordia, Clementia, et pietate, discutiat eam. in illa namq. die, non solum nobis rationes reddendæ sunt, quomodo virtuose operati fuerimus, an scilicet, convenientibus, et debitis cum circunstantibus: verum etiam bonum illud examinabitur, quod facere neglexirnus.

Ita enim meditat.

S. Bern: quis considerare valeat, quanta mala per momenta perpetramus, et quanta bona facere negligimus.? sicut enim peccatum est, perpetratio mali, sic delictum est, desertio boni.

Damasc. sup. venire benedicti. ait: cogita, quanta gloria, quantus honor, quanta corona illo futura sit, cum Judex dicet: iste, verbum meum servavit; iste fidem meam predicavit; iste, pauperem meum non despexit; iste avaritiam conculcavit, et Justitiam illi pretulit; iste, mundum, quasi non esset, derisit; iste verbum meum honore meo affecit.

S. Thom. a V.a n.a: in hoc iuditio omnia terrent me; omnia me conturbant; neq. sine timore nimio huius tanti Juditii valeo recordari; sola hæc mihi relicta est (recordatio) consolatio: Dne mi, quia Criminum meorum, tu solus futurus es Judex; tu inquam, Redemptor

Redemptor meus, Advocator meus, Pater meus, tota spes mea, et totum bonum meum, et solatium.

S. Anselm:

Cessat vindicta divina, si conversio precedat humana; quia ut ait Apostolus; si nos ipsos diiudicaremus, non utiq a Domino iudicaremur.

S. Bern:

Non iudicabit Deus bis in idipsum. iudicemus interin, fratres, et terribilem illam expectationem, presenti studeamus declinare iuditio.

S. Greg: in hoc mentis nostrę iuditio, tanto citius absolvimur, quanto nos districtius reos tenemus. coram Dno iudicatur, qui corde Dominum conspicit, et actus suos sub eius presentia solicita inquisitione discerpit, quem tanto quis securius expectat, quanto quotidie vitam suam suspectius examinati qui enim ad extremum iuditium eius venit; non iam coram illo, sed ab illo iudicatur. iudicemus modo in nostra cogitatione cum Deo, ne directe postmodum iudicemur a Deo. Cogitationes Justorum, Juditia.

Rup. Abb: quid est iuditium facere, nisi iuditium Dei prevenire? prevenies autem iuditium Dei, si temetipsum prior iudicas in conspectu Dei, ne a Deo iudiceris.

§. 1. August.

Modo tu fac, quisquis talis es, quod tibi minatur, facere Deus. tolle te à tergo tuo, ubi te videre non vis, dissimulans à factis tuis, et constitue te, ante te. ascende tribunal mentis tuæ; esto tibi Judex; torqueat te timor; erumpat à te confessio, et dic Deo tuo: quoniam iniquitatem meam ego conosco, et delictum meum ante me est semper. quod erat post te, fiat ante te, ne tu ipse à Deo Judice postea fias ante te, et non sit, quo fugias à te. Judica causam; Judicis tribunal est in mente tua est in mente tua; sedet ibi Deus, adest accusatrix, conscientia, tortor, timor.

Idem: qui se conterit, irascitur sibi. se habeat iratum, ut illum habeat propitium; se habeat Judicem, ut illu' habeat defensorem.

Idem:

In iuditio confundentur pernitiose, qui modo nolunt confundi salubriter; modo ergo confundantur, accusent vias suas malas, teneant viam bonam. prebet illis Deus modo adi tum salubris confus-

Salubris confussionis, si non contemnat medicinam Confessionis.
S. Iustinus: Dns ait: in quibus vos deprehendero, in eis, et iudic-
abo. Iustinian: particulare iuditium quotidie agitur;
nam quam primum quis de corpore eggreditur, fit
de illo iuditium, et condignam operum suorum re-
cipit mercedem. 1. Thesal. 5: ipsi enim diligenter
scitis, quia dies Dni, sicut fur in nocte,
ita veniet.
S. P. Aug: corrigantur, et gaudeant. in po-
testate tua est, quomodo expectes ven-
turum Xptum. ideo enim differt ve-
nire, ut cum venerit, non te da-
mnet. S. Bern: qui tempus
misericordiæ negligit, iu-
ditii tempus formidet.
Quando potes resurgere ad bene operandum, quid noxio torpore de
pressus, semper dicis: paululum adhuc iaceam; et sic postea
poenitendo, resurgam. fit namq, ut te semper differen-
te opus bonum, repente Iudex, qui mala tua fac-
ta considerat, adsit.
Ierem. 9:
In hoc glorietur, qui gloriatur scire, et nosse me: quia ego sum Dns, qui fa
cio misericordiam, et iuditium. S. P. Aug: propterea se Iudex
venturum minatur, ut non inveniat, quos puniat, cum
venerit. propterea illud cantant Prophetæ, ut corriga-
mur: si damnare vellet, taceret. gaudeat iudican-
dus, qui timuit iudicaturum. 1. S. Ioan. 4: in
hoc perfecta est Charitas Dei nobiscum,
ut fiduciam habeamus
in die Iuditii.

de Iuditio finali.

§. Greg: omnis, qui perversa agit, eo ipso, quo hoc despicit, esse Dei iuditium nescit; si enim hoc timendum sciret, quæ in illo sunt punienda, non ageret. nam sunt pleriq, qui extremum esse iuditium, verbo tenus sciunt; sed perverse agendo, testantur, quia nesciunt. §. Ioan. Clim: hoc tantum audivimus: ignoscite mihi, nemo, qui mortis, et iuditii memoriam vere agnoverit, peccare numquam poterit.

§. Greg: ante Dei oculos numquam est vacuo manus ā munere, si fuerit arca Cordis repleta bona voluntate. §. Bern: Deus indubitanter tribuit bonæ voluntati, quod deficit facultati.

Div. Xptom: da indigenti, si minus habueris, vel suspirium, si profers, omnē tribuisti; nam insomnis ille oculus vidit, te dedisse, quod habueras. §. Thom: proponit ista tanquam minora, quæ dictat natura. Dion. Carth: nihil naturalius, quam benefacere consorti naturæ. Iansen: de quibus nemo, se facile excusare potest; huiusmodi dilectionis enumerat opera, quæ omnibus competere queunt.

§. Ephren:

Bonum in illa tunc hora tibi subvenier auxilium, si pauperibus hic compassus fueris: boni pro te apud Xptum erunt advocati, qui hic egeni ate nutriti, et misericordiam consequti, protecti, ac conservati fuerint. magni hi patroni tibi isti erunt. magni defensores, fautores, atque auxiliatores.

Discurs. 63.
De Pace, & Concordia.

S. Paul:

Nunc autem in Christo Jesu, vos, qui aliquando eratis longe, fac
tiestis prope in sanguine Xpti; ipse est enim pax nos-
tra, qui facit utraq unum.

S. Antonin:

Pax habet tres litteras. per P. representatur Pater.
per A. amor Sptus Sancti. per X. Christus
Dei filius. ipse enim est pax nostra. S.
Damasc:
Deo, ac divinis rebus propinqui su-
ntquicumq pacis donum am-
plexari dicuntur.

S. Basil:

Qui pacem querit, Christum inquirit; quoniam ipse est pax nos
tra. S. Isidor: mordicus eam retine, Coelestis enim est,
ac Deo vicina. Naciane: nihil tan proprium est
Dei, quam dissidia nescire; nam neq in Dei-
tate dissidium est.

S. Bern:

Filius a Patre procedit, & venit in mundum,
ut qui prius erat cogitatio pacis in cor-
de Patris, fieret, & ipse pax nostra
in utero Matris. S. Bonab: statu-
it ei Dns testamentum pac-
is, unde, & ad pacem facie-
ndam in terris, & inter nos,

Et Deum, venit filius de Coelis. S. P. Aug: pax, Spiritum specialiter Dei promeretur: pax, dilectionis Mater est: pax, indicium est sanctitatis: omnibus viribus pax est custodienda, quia semper in Dño manet, qui in pace sancta manet, et cum Sanctis Dei societatem habet.

Philipus Rex Macedonis, gloriam brebi compendio enunciare volens, inquit: sufficit te filium habuisse Alexandrum.

eodem modo sufficit dicere: beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

Sublimitas pacis ostenditur ex fructu eius, seu premio, quod repromittitur, quia scilicet, filii Dei vocabuntur. Div. Xptom: diligentes pacem, Xpto sunt similes, qui est pax nostra, qui fecit utraque unum, iuxta Apost. in Deo est summa quies, et nihil repugnans; et sic habent tales similitudinem Patris.

S. P. Aug: pax est testamentum filii Dei; et qui testamentum noluerit obserbare, non potest concordiam cum Christo habere.

S. Paul:

Pacifici sunt, qui habent pacem secum, motus illicitos refrenando.

S. Franc: illi sunt vere pacifici, qui in omnibus, quæ in hoc seculo patiuntur, propter amorem Dni nostri Jesu xpti, in animo, et corpore pacem servant.

S. P. August:

Qui pacem cordis, oris, et operis non habet, Christianus dici non potest. qui in hac non sperat, in lubrico vitam, et pedem ponit; in tempestatem, navim collocat; in precipitio se (collocat) illaqueat; in arenam semem seminat.

S. Hieron:

Locus Dei non est, nisi in anima, quæ pacem habet.

Historia.

In vitis PP refertur; quod duo Senes erant in una Cella pariter sedentes, et numquam inter se, vel qualemcumque parvam contentionem habuerant. dixit unus ad alterum: faciamus et nos unam litem, sicut, et alii homines. at ille alter dixit ei: nescio, quodam modo fit lis. dixit ei ille: ecce ego pono laterem in medio, et dico, quia meus est; tu dicis: quia non est tuus, sed meus; et ex hoc fit contentio, et rixa. et cum posuissent laterez in medio; dicente uno, quia meus est: ille alter primo respondebat: ego, meum esse, spero. cum alter iterum diceret, non est tuus, sed meus: tunc ille; et si tuus est, tolle illum; quo dicto, non invenerunt, quo litigarent.

Justinian: diligit hic Spiritus unitatem, amat pacem, diligit concordiam: hunc, si suscipere cupis, noli dissidere cum fratribus, noli divisus esse in te, concordet in te voluntas, et ratio, caro, et spiritus.

S. P. Aug:

Tantum est pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis, atq mortalibus, nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inveniri.

Idem:

tu contenta in cunctis, tu ditior universis.

S. Greg: omnes autem, qui per discordiam separantur, a viriditate dilectionis arefiunt. Justinia. in persona Xpti ait: quamobrem pacem vos, o amici mei, domestici mei, meiq corporis membra, diligite, quam relinquo: pacem custodite invicem, quam mando, do vobis: ipsam, tanquam futuræ beatitudini cautionem tenere.

S. Paulus:

Pacem sequimini cum omnibus, et sanctificationem, sine qua nemo videbit Deum:: non est Regnum Dei esca, vel potus; sed iustitia, et gaudium, et pax in Spiritu Sancto.

S. Albert. mag: pax autem ista sancta est, et fruuntur ea Sancti,

Et est tranquillitas, et quies cordis, in gustu Dei quietanti omnia nostri dessiderii inquieta; quæ pax est, quam Dns dedit, et reliquit Apostolis.

S. Bonav:

Pax est Cœli linguagium; quia Christus illud idioma, loquebatur, quando venit in templo: dixit enim Apostolis, pax vobis, et post resurrectionem, quando erat immortalis. tale linguagium, etiã loquti sunt Angeli, qui sunt Cœli Cives. dixerunt enĩ in Ortu Xpti: gloria &c. Tale enim linguagium loquebantur Discipuli; quia dictum est eis a Xpto: inquamcumq domum intraveritis, primum dicite, pax vobis.

S. P. Aug:

Quoniam Deus Charitas est; per Charitatem fit, ut quod habent singuli, commune sit omnibus: sic enim, quisq etiam habet ipse, qui amat in altero, quod ipse non habet.

S. Anselm:

Omnibus enim erit una voluntas, quasi nulla esset illis, nisi Dei voluntas; adeo erit omnibus plena concordia; et ideo sicut illi nolunt aliud, quam quod ille; ita ille volet, quidquid volent illi; et ideo filii Dei et Dii vocabuntur.

S. Ephren: O quies, Scala coelestis! O quies, via Regni Coelorum! O quies, compunctionis mater! O quies, poenitentiæ Conciliatrix!

S. Cyprian: Christus omnia dona suæ pollicitationis, et premia, in pacis conservatione promittit. si heredes Xpti sumus, in Xpti pace maneamus: si filii Dei sumus, pacifici esse debemus.

S. P. August:

Pax, est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium Charitatis.

S. Thom. a K.ᵖⁱˢ

Cum fratribus querenda est concordia: habete pacem, et Deus pacis erit vobiscum. neq sufficit, si aliis es pacificus, nisi fueris etiam tibi ipsi quietus. super quem, inquit, requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, et quietum.

Nota.

In vita B. Veronicæ de Binasco legitur; Xptum ei sequentia revelasse:

Numquam a mortalibus explicari posset, quam grata mihi sit pax sancta inter fratres reperta, quamtumcumq Divini fructus afferat.

S. P. Aug:

Plantare pacem radicitus Dei est; evellere, penitus, inimici. amor fratris, ex Deo est; odium ex diabolo constat. Justinian: Charitatem fraternam, et pacem simul conviventium, cunctorum, incentor malorum

Diabolus disrumpere conatur, contentiones generare, inter Xpti servos non desinit. est contentio, ignita diaboli sagitta, ad perdendas animas. O quanta iurgia, quanta odia ex contentiosis oriuntur sermonibus! pessimum malum est, contentioni vacare, per quam amicitiarum compago dissolvitur, et animorum dulce vinculum dissipatur. qui contentiosus existit, diaboli ministerium operatur.

S. P. Aug:

Pacem suam nobis dabit, quando sine hoste regnabimus: pacem relinquit nobis, ut etiam hic invicem diligamus: pacem suam nobis dabit, ubi nunquam dissentire possimus: antiquus hostis continentiam in nobis non timet, quia nec premitur carne, neque etiam lascivia dissolvitur. abstinentiam non timet, quia neq' cibo utitur. concordiam autem nostrę nimis insidiatur, quia quod ipse amissit in Coelo, facit, ut non serbemus in deserto.

Idem:

Pax, plebis sanitas, gloria Sacerdotis, et Patrię letitia, et terror hostium sive vissibilium, sive invissibilium. S. Bern: lingua rixosa, veneno est plena; quę si non fuerit castigata, omnes socios suos producit ad scandala.

Prov. 18: labia stulta miscent se rixis, et os eius iurgia provocat. melior est buccela sicca cum gaudio, quam domus plena cum iurgio.

Raban:

Sine pace, non suscipitur Sacerdotis oratio, nec Plebis deprecatio. si ergo volumus a Deo velociter exaudiri, et grattanter munera nostra a Deo accipi, debemus utique in pace conversari. si illi, qui in pace debent vivere, incipiunt contendere, litigare, detrahere; ubi est vita tranquilla? ubi vita quieta? ubi vita pacifica? ubi vita honesta? ubi vita modesta? ubi vita Casta? ubi contemplativa? ubi Angelica?

Prover:

Os stulti, contritio eius, et labia ipsius, ruina animae eius. S. Bern: Sex sunt, quae odit anima mea, ait Dominus; et septimum, quod detestatur; scilicet, eum, qui seminat discordiam inter fratres. maledictus homo, qui inter servos Dei discordias seminat: qui pacem, et concordiam rumpit, adversum Deum facit; Xpto facit iniuriam, quoniam inter servos Dei seminat discordiam. quare? quia Christus est pax nostra, qui facit utraque unum.

Prov. 2: frater, qui adiuvatur a fratre, Civitas firma.

S. P. Aug: quie

§. P. Aug: quietissimam vitam agerent homines in terra, si hec duo verba, a natura hominum tollerentur, scilicet, Meum, et tuum.

Idem: non potest habere concordiam cum Xpto, qui discors voluerit esse cum Christiano. Bernar: Deus viros pacificos visitat, et cum eis spiritualiter habitat, et eorum consortium diligit, et frequentat.

Raban:

Concordia, universum Xpti corpus adunatur, regitur, ac stabilitur. qui autem cum proximis suis non vult habere pacem, in Corpore Xpti, nullam habet societatem; nec iam ad eternam potest pervenire requiem. S. Bern: que autem bona, nisi ordinata Voluntas. quenam est illa, inquis? profecto, que rationi consentanea est.

Plutarchus hanc tradit eruditionem.

Scilurus Rex Scytarum 80. liberos habens masculos: cum esset moriturus, fasciculum iaculorum singulis porrexit, iussitq rumpere: id, quod singuli recusassent, eo, quod videretur impossibile; ipse singula iacula exemit, atq ita facile confregit omnia. filios admonens his verbis: si concordes eritis, validi, invictiq manebitis: contra; si dissidiis, et seditione distrahemini, invecilles eritis, et expugnatu faciles.

§. P. Aug: O pax, sine te Reges non regunt, sine te Regna non valent.

Idem Plutarchus ait sic aliam.

Agesilaus, a quodam percontatus; quam ob causam Spartha, mœnibus non cingeretur? ostendit Cives unanimes. hi, inquit, sunt Sparthæ Civitatis mœnia; significans, Respublicas, nullo munimento tutiores esse, quam virtute Civium consentientium.

Idem:

Nullum est aliud bonum excelentius, quàm, ut concordiam semper constituat, amicitiam que inter Cives suos mutuam, contentiones, dissentiones, simultates omnes discutiat.

S. Bern: necessaria est in nobis virtus concordiæ; quod si ego volo facere voluntatem meam, iste suam, et ille suam, fiunt divissiones, oriuntur lites, iræ quoque, et rixæ, quæ sunt opera carnis; et sicut Apostolus ait: qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur.

S. Albert. mag:

Mundus dat extra, non intus; dat pacem falsam, sicut erat Iudæ falax osculum.

S. Ambr: nisi tu prius interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati; nec contentiones, dissentiones que ex affectu tuo prodeant, non potes aliis ferre medicinam.

Hug. Card: in pace autem concurrunt hæc duo; innocentia, qua nulli noceamus, et equitas, qua cunctis, ut equum est, suveniamus.

Inquire pacem, id est, interius quere pacem, scilicet, in Conscientia; quia exterius non est, nisi bellum, et turbatio. Unde Joan. Cap. 26: in mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.

Justinian:

Necesse est, ut se preparet ad certamen, quisquis pacis suavitatem gustare dessiderat. S. Bonab: vera pax est, ubi nil repugnat: et beati pacifici sunt, qui motus animi componunt, et rationi subiiciunt.

S. Bernardin: due sunt amice, Justitia, et pax: tu forte unam vis, et alteram non facis: nemo enim est, qui pacem non vellit, sed non omnes volunt operari iustitiam. interroga omnes homines. vis pacem? uno ore omnes respondent, opto, cupio, amo, volo. ama Justitiam, quia due amice sunt; iustitia, et pax ipse se osculantur; si amicam pacis non amaberis, non te amabit ipsa pax et nec veniet ad te.

Prov. Cap. 20:

Honor est homini, qui separat se a contentionibus. Div. Xptom: pax fratrum, voluntas Dei est, iucunditas Xpti, perfectio sanctitatis, Justitie regula, magistra doctrine, morum custodia, atq in rebus omnibus laudabilis disciplina.

Philosoph:

Non enim tantum est egregium, scire vincere, sed etiam posse vinci pulchrum est, ubi victoria est damnosa.

Justinianus: necesse est, ut se preparet ad Certamen, qui pacis suavitatem gustare dessiderat. S. P. Aug: sicut nemo est, qui gaudere nolit; ita nemo est, qui pacem habere nolit, quando quidem, et ipsi, qui bella nolunt, nihil aliud, quam vincere volunt; an gloriosa ergo pacem, bellando cupiunt pervenire. nam quid est aliud victoria, quam subiectio repugnantium? quod, cum factum fuerit, pax erit.

S. Isidor:

Cum derogatur tibi, tu ora; cum maledicitur tibi, tu benedic: maledicenti benedictionem oppone; irascentem patientia delinire, blandimento iracundiam furentis dissolve. vince nequitiam bonitate: vince bonitate malitiam. inimicos pacis, omni modestia placa. mala aliorum, tuo bono exupera. tranquilla etiam mente, illatas contumelias prode.



Prov: audi, vide, tace, si vis vivere in pace. S. Vicent. ferr: opportet, quod fiat ista pax, scilicet, quod caro, tamquam captiva humilietur, et subiiciatur dominæ scilicet, animæ: et hoc fit, quando homo cum vigiliis, ieiuniis, et aliis asperitatibus humiliat carnem; quia caro, ut captiva recalcitrat contra dominam;

Sed quando sic affligitur, quasi lassa subiicitur animus; propter hoc inventa est pœnitentia ad faciendam pacem personalem in se. S. Bernardin: pax vera est, concordiam habere cum moribus, et litigare cum vitiis.

Historia. de Eremita quodam refertur; quod dum vehementer pateretur stimulos carnis, neq; ullum iis pellendis a se invenire posset remedium; SS. PP. Eremitæ sequens illi adhibuerint antidotum; scilicet, quotidie ad illum convenientes, variis illum calumniis, convitiis, dicteriis, aliisq; persequutionibus agitabant: quod, cum aliquanto tempore continuassent; hicq; prædictus Eremita tota die, velut se a falsis accusationibus purgaret, velut falsas a se calumnias depelleret, totaliter fuisset occupatus: tandem eum, an adhuc stimulos carnis pateretur, interrogarunt; qui eis respondit: vivere non libet, et fornicari licebit?

Jerem. cap. 46.

Quando fortis impegit in fortem, ambo pariter conciderunt. S. Basil:

Contentiones a principio quidem exiles esse solent, et facile curantur, at procedente tempore

Autem insanabiles evadunt. S. Isidor: pacem dilige, pacem ama, pacem, et mansuetudinem retine, et Charitatem amplecte: odientes, ad pacem invita; habeto stabilitatem mentis, et animi benignitatem: promptus esto in affectu, affabilis in sermone, grato animo affare omnes: fuge rixas, vita lites, cave contentiones, litis occasiones tolle, vive semper in pace. in nulla causa contendas; in nulla actione decertare studeas: contentio, odium, et scandalum facit, et discordiam concitat.

S. Bonab: pacis, altus gradus est, cum caro subiicitur spiritui, sive rationi; difficilem se reddens ad omnia mala perpetranda. altior; cum subiicitur caro spiritui, promptam se exhibens ad omnia bona facienda. altissimus est, cum sptus subiicitur Deo, omnem ordinationem, tam in exterioribus, quam in interioribus animae viribus, penitus observando. iste ultimus gradus serbat in Coelo.

Ricard. sup. etenim homo pacis meae, in quo speravi. ait: est homo exterior, et homo interior. et si ait Apost: exterior homo noster corrumpitur, interior tamen renobatur de die, in diem. de homine igitur exteriore, conqueritur homo

Interior, et ait: homo pacis meę: quando adhuc corpus castigatur, et nondum bene spiritui subiicitur, pugna utiq' utrin- que geritur; corpore autem castigato, et in servi- tutem redacto, pax redit, quia spiritui caro acquiescit, et hec est sua pax spiritus, non corporis, sicut illa, qua carni spūs ob- temperat, propria est carnis. Sua; ergo, in sua carne spūs pacem invenit, quando ei in bonis studiis non contradicit: et hic dicit: homo pacis meę; sed numquam ho- mo, de pace suę carnis confidat, quamvis eius stimulus qui- escat, quamvis ei plena; securitatem promit- tat. Sępe meminerit, quid sermo profeticus dicat: homo pa cis meę, in quo speravi, qui edebat. &c.

Q. 32 post: servum autem Dñi non oportet litigare, sed man- suetum esse, ad omnes, patientem. S. Thom: ubi est pax, ibi est concordia; non tamen ubicumq' est concordia, est pax, si nomen pacis pro- prie sumatur: concordia enim pro- prie est ad alterum, in quantum scilicet, diversorum cordium voluntates, simul in unu; sensum conveniunt.

Non=Eccl. 28: non litiges cum homine linguato, et non strues in igne illius ligna. S. Hieron: sup: si offers munus tuum ad altare, etc.

sic ait:

Ecce ego, nihil habeo, inquis: si ille habet, ad me, quid pertinet? ait tibi Dns: et quid dicit? male, serbe intelligo animum tuum. nihil habes contra fratrem tuum? nihil habes? amas illum? quare ergo salvari eum non vis? si amas illum, vade, roga eum, mitte te ad pedes eius, ac noctibus deprecare. videte, quid dicat hic S. Propheta: cum his, qui oderunt pacem etc. non dixit, qui volebant pacem; sed qui oderunt pacem: et ego amabam eos, qui oderunt pacem. ideo dixit, et Apostolus; quamtum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.

S. Greg:

Si contingat iurgium fortasse cum proximo; erubescimus, priores satisfacere. plerumque ipse homo, qui irascitur, discordanti sibi reconciliari, appetit; sed ire ad reconciliandum, prior erubescit. pensemus facta veritatis, ut videamus, quo iaceant pravitatis actiones; si enim membra summi Capitis sumus, imitari eum, cui conectimur, debemus. quid namque ad nostrę eruditionis exemplum, Apost. dicit: pro Xpto legatione fungimur, tanquam Deo exortante per nos, obsecramus pro Xpto, pro Xpto=

Reconciliamini Deo. ecce inter nos, et Deum, discordiam peccando feci
mus; et tamen ad nos Deus, legatos suos prior missit, ut nos ip-
si, qui peccavimus, ad pacem Dei rogati, veniamus. eru-
bescat ergo humana superbia, confundatur quisq, si
non satisfaciat prior proximo, quando post cul-
pam nostram, ut ei reconciliari debeamus,
et ipse, qui offensus est, legatis interve
nientibus, obsecrat Deus.

S. Valerius:

Duplex manet patienti vic-
toria; hominem vicisse
proprios animoru
motus, et tempe
rare mores
alienos.

Iustinian: ad pacem per patientiam pervenitur: tanto
q magis pace fructur homo, quanto erit patientior:
finis patientis, pax est. S. Valer: scimus, quod
aliquoties in contentione verborum, lace-
ratis auribus, corda suspirant; sed ipse
sibi iniuriam facit, qui litigiosi ho-
minis verba custodit; ipse se
maculat, qui alterius queri-
tur, in se fuisse collata co-
nvitia. m,

S. Vicent. ferr: nullus quantumcumq esset Iudex in palatio Regis,
presente Rege, reciperet vindictam; licet dicat in corde:
ô si istum invenirem extra. si totus mundus est do-
mus Dei, et omnes sumus intra suum palati-
um, et in presentia sua; ideo in hoc mu

In hoc mundo debemus habere pacem cum inimicis; sed quando invenis inimicum extra, scilicet, in inferno, tunc audacter recipias vindictam, quia tunc tempus rixæ; sed nunc dimitte totum, et non aufer ei verbum, sed ei loqui debes, et salutare.

S. Bonabentura: in altum gradum pacis ascendit, qui mala proximorum non publicat. in altiorem gradum; qui bona proximorum non minuit, nec denigrat, nec invertit, sed extollit. in altissimum ascendit, qui defectibus eorum compatitur, et profectibus eorum excordе congratulatur.

S. Paulus: patientes estote ad omnes, videte, ne quis malum alicui, pro malo reddat, sed semper, quod bonum est, sectamini ad invicem.

S. Rogat. Abb: si habitas cum proximo, esto, sicut columna lapidea, quæ si iniuriatur, non irascitur.

S. Bern:

Iungant se animis, qui iuncti sunt institutis; invicem
se foveant, invicem se defendant, invicem
onera sua portent.
ait enim sapiens:
frater adiuvans fratrem, ambo con-
solabuntur.
quod, si alterutrum, (quod absit)
se corroserint, et morderint,
nonne ambo simul
desolabuntur?

Idem:

Qui quotidie contendunt, et rixantur, a paucis
hominibus amantur.

Idem:

homines, qui pacem inter se non habent
vix, aut numquam possunt se dili-
gere.
illi autem, qui invicem pacem
habent solent faciliter se
amare.
pax enim mater est am-
oris; quia etiam si
cut videmus in
naturalibus;
Illa, quae nullam inter se habent re-
pugnantiam naturalem, inter
se habent amicitiae cone-
xionem; imo sunt paris,
et similis conditionis;

De pace, et concordia

Sicut est aqua: aquę enim sunt facilis coniunctionis. e converso, illa quę sibi in natura contrariantur, sicut est ignis, et aqua, numquam sibi intrinsice coniunguntur. sic vere inter homines, illi, qui inter se non habent contrarietatem alicuius discordię, sed magis conformitatem pacis, solent esse facilis dilectionis, et amicitię.

Illi vero, qui per odium, invidiam, et discordiam sibi invicem contrariantur, numquam per veru amorem copulantur.

pax enim amorem generat, et litigiu fugat.

Poeta: Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

S. P. Aug:

Spiritus humanus, sicut numquam vivificat membra, nisi fuerint unita; sic Spiritus Sanctus numquam nos vivificat, nisi pace uniti fuerimus. S. Valerianus: cesset invidia, quę ad omnem litem, animos humanę mentis accendit.

Div. Crisolog:

Procul contentiones, procul lites, procul maledicta mittantur; et quia laqueus est mortis lingua susurronis, et bilinguis, parcat unusquisq animę suę, ne in supplicium suum, vincula sibi mortis innectat.

Discurs. 64.
de Tribulationibus, persequtionibus, et infirmitat.

Deuter. Cap. 8:

Afflixit tibi penuria, et dedit tibi Cibum, Manna. S. Bern: donec ergo in carne, et anima; inter spinas profecto versatur, et necesse est, ut patiatur inquietudines tentationum, tribulationumque aculeos.

Gerson:

Absque tentationibus nullo pacto presens vita ducitur, que militia est: tolera, quam habes, quia dum deerit, certus esto, quia succedet altera tibi fortassis asperior.

S. P. Aug:

Si putas, te non habere tribulationes, non dum cepisti esse Christianus: et ubi est vox Apost:

Omnes,

Qui volunt in Christo pie vivere, persequtionem patientur? si ergo non pateris pro Xpto ullam tribulationem, vide, ne non dum ceperis in Xpto pie vivere. cum autem ceperis in Xpto pie vivere, ingressus es torcular.

Blosi: flagellat omnem filium, quem recipit. itane omnem? ubi te volebas abscondere? omnem, et nullus

Exceptus, nullus sine flagello erit. quid est omnem? vis audire, quem omnem? etiam unicus sine peccato, non tamen sine flagello. unde ipse unicus portans infirmitatem tuam, et prefigurans in se personam tuam, et totius corporis sui, cum appropiquaret passioni, ex homine, quem gerebat, contristatus est, ut te letificaret, contristatus est, ut te consolaretur. S.

Ambr: qui querit Xptum, querit, et tribulationem eius, nec refugit passionem.

Blosi:

In hac vita tribulationes, preclarissima Dei dona sunt, et non est ullum certius signum divine electionis, quam, ut quis adversa humiliter, et resignato animo, propter Deum toleret. afflictio mundo huic despectui est; at apud me, inmensam dignitatem obtinet. afflictio, gratiam meam conciliat, et amicitiam; hominem mihi gratum efficit et amabilem, ut pote mihi conformem.

Gerson: efficit Creaturas dignas omnibus donis, que Deus suis confert amicis. et thesaurus, cui nihil comparabile est,

S. Hilar: numquam dulcius requiescunt, que cum laboribus fatigant.

S. Bern: sicut Stellę in nocte fulgent, et non in die; ita virtutes in adversitate, et non in prosperitate splendent. S. Bonab: perfectius est adversa tolerare patienter, quam bonis operibus insudare.

Gerson:

Crede mihi; si corda omnia in unum redigerentur, non possent in hac vita minimum ferre premium, quod redditurus sum in illo tuo sempiterno, etiam pro minima qu=aq cruce, quam quispiam ex amore passus fuerit meà causâ.

S. Bonab.

Volve, et revolve vitam boni Jesu, et non invenies eum, nisi in cruce: ex quo enim carnem assumpsit, semper in pena fuit.

Div. Xptom:

Ilic coronę, ubi penę; ubi namq tribulatio est, ibi, et consolatio; ubi consolatio, ibi gratia est; ubi afflictio non est, ibi plerumq nec Deus est.

S. Hieron: amplectenda est ergo tristitia, quę gaudium parit, et non est eius materia consideranda; quia sępe per dulcedinem fructus placet, quod amaru horruit in radice.

S. P. Aug: patientia Dei ad poenitentiam invitat malos; sicut flagellum Dei, ad pacientiam erudit bonos. S. Vicent. ferr: licet tribulationes veniant extra cor; tamen si patienter te-

Recipiantur, de illis homo potest solvere plus, quam cum ieiuniis, et orationibus. Apocalip. 3: quos amo, arguo, et castigo. Hebr. 12: flagellat autem omnem filium, quem recipit. S. Petr. Damian:

Adversitatis, cuiuslibet tentatio, non servilis est tortura, sed paterna potius disciplina. unde, et beatus Job inter ipsa verberum flagella, ait: ipse me conterat, solvat manum suam, et succidat me. et addit: et hec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat. magna quippe electis Dei est consolatio, ipsa divina percussio, quia per momentanea flagella, que perferunt, ad nascicendam superne beatitudinis gloriam, firme spei gressibus convalescant.

S. P. Aug:

De malis flagellat nos. ad quam rem flagellat? utiq. ad regnum cœlorum: flagellat enim omnem filium, quem recipit, et quis est filius, quem non det disciplinam Pater eius? quod cum facit Deus, ad hereditatem sempiternam nos erudit; et hoc nobis prestat sepe de malis hominibus, in quibus=

q. 35.

In quibus exercet, et perficit dilectionem nostram, quam vult extendi usque ad inimicos. ne te sine flagello speres futurum, nisi forte cogites exheredari. flagellat enim omnem filium &c.

S. Albert. mag:

Cum Dns nos exterius affligit, interius nos reficit: cum enim exterius virtutem carnis humiliat, interius intentionem spus exaltat.

Dns mortificat, et vivificat: mortificat flagellando, et vivificat, gratiam infundendo.

S. Bern: multi vivificantur ex adversitate, qui damnarentur ex prosperitate. nonne Adam in Paradyso deliciarum peccavit, qui extra in lacrymarum valle, et putredine resurrexit?

Div. Xptom:

Nihil est anima sanctius, quæ in malis gratias Deo agit: revera illa nihil distat ab anima Martyris; similiter et ipsa, et ille coronatur.

S. Ambr:

Charitas omnia sufert, omnia sustinet. si non ferimus aliqua patienter, id circo est, quia Charitas in nobis deest. omnia adversa, exercitationes puta. superabundo gaudio in omni tribulatione, ait Apost. Crisolog: fratres, gubernatoris peritiam, non probat temperies serena, sed procellosa

Tempestas: blandiente Aura Navim regit ultimus Nauta; in confusione Ventorum, primi queritur ars Magistri. Seneca: adversi aliquid incurrat, oportet, quod animum probet.

§. S. Aug:

Percutit putredinem facinoris, sanat dolorem vulneris.

§. Bern: melius est frangi laboribus ad salutem, quam remanere incolumes ad damnationem.

Lyra:

Infirmitas gravis sobriam facit animam. nam quamdiu durat, aufert appetitum comedendi; et in convalescentia, oportet, quod homo sobrie vivat.

Justinian:

Maxima salus, egritudo est corporis, que compungit animum. S. Bern: qui valentiores sunt, et sani, utile est, eos infirmari, ne per vigorem salutis, plus letentur in transitoriis, et terrenis rebus, quam habent. languor vitia excoquit, languor vires libidinis frangit. pena interroget, si quis veraciter amat.

Maxima salus, ait Justinianus, est egritudo corporis, que compungit animum, superbiendi tollit affectum, impudicitie extinguit ardorem, Cupiditatis sitim temperat, appetitum edacitatis frenat, litium contradictionis amovet, livoris consumit rubiginem, atque seculi istius interdicit amorem. ws. S.

S. Aug:

S. Aug: Cum tribulamur, a Dno corripimur &c: magis timere debemus, si aut-

Siaut nullas, aut paruas tribulationes in hoc seculo patimur: quia si Deus flagellat omnem filium, quem recipit; sine dubio, quem non flagellat, non recipit.

Justinian:

Nihil infelicius, felicitate peccantium. S. Thom. a V. N.:

Cum omnia prospera eueniunt nobis, remissi sumus, et nimio torpore dissoluimur; non est deuotio, non spiritus, non oratio, neque feruor, neq. lacryma. at uero, ut aduenit tribulatio, statim excitamur, clamamus, oramus, in lacrymas prorrumpimus, obsecrantes Dominum, ut liberet nos.

Seneca: brebem tibi formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum esse iam sentias. bonum tunc habebis tuum, cum intelliges, infelicissimos esse foelices.

S. Greg:

Felix necessitas, quę ad meliora compellit. mala quę nos hic premunt, ad &c. tribulationes nempe, calcaria sunt, quibus pungitur equus, et ad uitam reducitur, et ambulare fortiter cogitur. disce ergo anima ab animalibus brutis, cum angustias sentis, ad uiam redire.

Gerson: tribulatio tempus perditum redimit. Justinian: quo duri-
us ex dispensatione flagellat, eo amplius ex pietate con-
serbat. Altissimus enim ipsam contulit pro medi-
cina, et vir sapiens non abhorrebit eam, quia
cessare facit peccata multa.

Hug. Card:

Aurum percussum silet. Prov. 23: probabit
me, quasi aurum; excussione enim tribu-
lationis, et subtrahuntur vitia, et
augentur merita. S. Bonab:
nonne fornax, omne ad-
ulterium separat si
adsit in auro?

S. Basil:

Haud quidem, absq probatione sinit vitam transigere, sed, et ipsis
largitur pacientiæ virtutem: si enim tribulatio pacie-
ntiam operatur, pacientia probationem; qui tri-
bulationem detrectat, probatione se se pribat.

S. Thom. a D. n.:

Ostendit virum tribulatio: non potest homo
agnosci, donec tangatur: plures appare-
nt argentum, et cum probantur sunt
paleæ. Psalm. proba me Dne, et ten-
ta me. est hic lapis lydius
ubi perfectiones proba-
ntur cuiuscumque:

propterea,

Tribulatio illuminat; non enim agnoscimus eos in prospe-
ritate. credimus, quod pro Deo poterimus multa pa
ti, et cum Petro dicimus: paratus sum tecum, sive
in carcerem, sive in mortem ire;

Et decipit nos cor nostrum: postea, neq' leves iniurias pro Dño susti-
nemus. quomodo enim sustinebit verbera, qui non
sustinet verba? grandis hec humilitas, agnos-
cere se.
S. Isidor: semper Deus hic vulnerat, quos ad
salutem parat: in fornace probatur au-
rum, ut sorde careat; tribulationis
camino purgaris, purior appa-
reas. quo sepius arsit, profi-
cit ad bonitatē.
S. Pet. Damia:
Qui bona agit, et mala suscipit, quidquid sibi iuste retributionis
in terra subtrahitur, hoc illi in Coelo multiplicius
cumulatur. S. Greg: funibus peccatorum suo-
rum unusquisque constringitur.
S. Bern:
Tanto spes solidior in Deo surgit,
quanto quis graviora pro
illo pertulerit. quia nequa-
quam retributionis ga-
udium de eternita-
te colligitur, qu-
od non hic pia
tribulatione seminat.
Dion. Carth:
Notandum, quod Deus, quandoq' vocat inspiratione interna, interdum
predicatione externa, aliquando beneficiis, quandoque fla-
gellis. Blosius: afflictio tutissimum, atq' compendiosissi-
mum iter ad Cœlum est. neq' enim aliquid utilius ho-
mini accidere potest, quam tribulatio, sive sit

Sive sit externa, sive interna; et nullum certius signum divinæ electionis habetur, quam si quis tribulationem humiliter, patienterq; propter Dei amorem sustineat. Dio.

Xprom:

In terra decertas, et in Coelo coronaris: ab hominibus puniris, et honoraris a Deo; duobus curris diebus, et infinitis premiaris seculis.

Ricard:

Cogitate æternum, et leviter fereris momentaneum: cogitate pondus, idest, magnitudinem gloriæ, et levis sit tribulatio, quam comitatur talis remuneratio; dum patimini, coronam intuemini.

S. P. Aug:

Sed quis non bibat tribulationis temporalis poculum, metuens ignem geheennalem?

Justinia:

Electi timentes ultionem, quæ servatur in fine, feriri paterna correptione dessiderant, et dolorem vulnerum, precipuæ Charitatis signum putant: nisi enim Deus electis suis hereditatem dare, disponeret; erudire eos, per tribulationes non curaret. S. Damian: laudanda est divina dispensatio: quæ ad hoc, quos temporaliter ververat, ut perpetuis eos flagellis abscondat: ad hoc premit, ut elevet, ad hoc secat, ut sanet, ad hoc desicit, ut exaltet.

S. Bernardin: Deus per tribulationes, quo ad impios multa impedit, per quę sibi, et aliis possent nocere. S. Greg: tunc illata convitia bene toleramus, cum in secreto mentis ad male perpetrata recurrimus: leve quippe videtur, quod iniuria percutimus, cum conspicimus, quia peius est, quod meremur.

S. Bern. in persona Dni:

O homo, vide, quid pro te patior.
Non est dolor, sicut, quo crutior.
Ad te clamo, quod pro te morior.
Vide clavos, quibus confodior.
Cum sit tantus labor exterior,
Interior est planctus gravior,
Cum te tan ingratum experior.

Mala, quę patimur, mala nostra meruerunt. Gerson: Magister interrogat, ob quas causas, tribulationes, tan invite toleramus? cui respondet, quod tribus de causis. prima est, quia parum amoris habemus erga Dominum nostrum Iesum xprum. secunda est, quoniam parum cogitamus ad mercedem, quam Deus conferre vult; nec magna commoda inde emergentia. tertia, quoniam parum cogitamus, et sentimus tolerantiam, et passionem, quam Dns Iesus sustinuit pro nobis.

S. Hieron: nihil ergo est, quod non toleret, qui perfecte diligit. Blosi: quod homini de orationis puritate minuitur, hoc ei afflictionis molestia accedit, et satis grata est, huiusmodi oratio in oculis Dei. Xptom: tunc maxime eius sentimus auxilium, quando versamur in afflictionibus;

Famulos suos tunc maxime respicit Deus, cum iniuste eos nequitia persequtionis affligit. vides hic Deum, etiam nostri causa solicitum esse, nostriq curam gerere, etiam cum dormimus, ac pro nobis non curamus. quando Deus nos adiuvet, non in initio, non quando nos volumus: est enim adiutor in opportunitatibus: tunc enim tempus est liberandi, cum omnia desperata videntur, nec alia spes restat, nisi ad Deum. Isidor: scito autem, o homo, nullum tibi adversari potuisse, nisi Deus ei potestatem dedisset; nec potestatem habuisset in te adversarius, nisi permitteret Deus. universa quę accidunt tibi, absq Dei non veniunt voluntate. iniquorum potestas, super te, ex Dei datur lisentia. qui tibi adversantur, Dei faciunt consilium.

Blosius: omnia adversa amanter suscipe, tanquam pretiosissima xenia, tibi a Deo transmissa, sive e Coelo, sive ab eius elementis, sive a diabolo, sive ab adversariis, sive a feris ea emerserint. non existimes aliquid aliunde tibi evenire, quam de divina providentia, atq dispensatione; nisi enim Dñs permitteret, nihil unquam accerbe patereris. non indigneris hominibus, qui te ledunt, sed eos divinę disciplinationis satellites esse, agnosce: eos dilige, et gratias age. Gerson: boni letari debent in tribulationibus, quia sunt pro redemptione eorum. tribulationes mundi sunt signa peccatorum nostrorum, et damnationis impiorum, et purgationis bonorum. et ideo non est aliud remedium, quam se enmendare, et in patientia

Eas acceptare, et sustipere, et eis enmendare, alioquin incipitur infernus in hoc mundo. nec illas quidem afflictiones, et cruces, quę culpa tua eveniunt, vel quarum causa tu es, aliunde suscipias, quam de manu benignissimi Dei: semper tamen tibi displiceat malum, quod fecisti, neq ullo modo culpam conferas in Deum, qui peccati author numquam est; nec in diabolum, qui te cogere non potuit, ut peccares, sed tibi soli illam imputa, qui peccato consensisti.

S. Ambr: pressuræ exempla sunt futurorum meritorum in his, qui patiuntur ad gloriam; in illis autem, qui persequuntur, ad perditionem.
S. Greg: agit hæc Divina misericordia, ut ex una, eademque re, ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea Spiritualibus virtutis præstet incrementum.

Discursus 67.
De mortificatione carnis.

Ad Rom. 8:

Si autem facta carnis mortificaveritis, vivetis. Aug. V: sequendo concupiscentias carnis, moriemini, morte culpæ in præsenti, et morte damnationis in futuro. si autem spiritu, idest, per spiritum mortificaveritis facta carnis, idest, opera, quæ ex concupiscentia carnis proveniunt, vivetis vita gratiæ in præsenti, et vita gloriæ in futuro.

S. Greg:

Non vixit justitiæ, nisi qui moritur iniquitati. S. Ambr: possidet unusquisque sibi quadam potestate regali, si coerceat in se corporis luxus, et in servitutem redigat carnem suam. ideo dictum est: Regnum Dei intra vos est.

Blosius:

Homo, cum omni diligentia, corrigat se, ac Deo utrumque satisfacere non negligat, cohibendo propter amorem Dei, oculos a malo, atque inutili

Appetitu; aures, a noxio, et inepto auditu; os, a malis, et otiosis verbis; cor, a pernitiosis, et insulsis cogitationibus, pravisq desideriis; ac totum corpus ab his, quæ animam contaminant. abstineat, non solum ab ilicitis, sed a quibusdam licitis, prudenter q mortificet in se propriam voluntatem, et vitia.

Bern:

Quantumlibet in hoc corpore manens, profeceris, erras, si vitia putas emortua, et non magis suppressa. velis, nolis intra fines tuos habitat Jebuseus; subiugari potest, sed non exterminari. S. Ambr. sup. inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ.

sic ait:

Nunc intelligo, qua de causa Deus insufflaverit in faciem hominis. ibi enim sunt sensus omnes. ibi sedes,

Atq illecebræ delectationis in oculis, auribus, naribus, atq ore: ut sensus nostros adversus delectationes fortiores faceret, atq eos sanctificaret, ne aliquid profanum, aut falsu deferrent in animam.

S. Leo: terra carnis nostræ, nisi assiduis fuerit subacta culturis, cito de segni otio, spinas, tribulosq producit.

Enrriq. Suson: fundamentum salutis nostræ, est mortificare, abnegare, resignare, perdere, et anihilare nos ipsos. S. Euseb: de nostris vitiis, scalam facimus nobis, si vitia ipsa calcamus.

S. Greg: ipsa autem mortificatio cordis, quid est aliud, quam preparatio æternæ beatitudinis?

Kempis: tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris. S.

S. August:

Sup. obsecro itaq. vos, fratres, ut exhibeatis corpora vestra, hostiam viventem, Deo placentem, sanctam.

sic ait:

Per ordinem tangit Apost. septem conditiones ad hoc requisitas, ut proficua nobis sit, et meritoria mortificatio. 1a est: quod sit voluntaria, quod notatur, cum ait: *ut exhibeatis*. 2a quod sit in carne propria. ideo ait: *corpora vestra*, non aliena. 3. quod sit mortificativa concupiscentiæ. ideo ait: *hostiam*. aliter enim esset vana, sicut medicina, quæ non curat morbum. 4a quod sit bonorum operum productiva. ideo ait: *viventem*. 5a quod sit continua, sicut vitia Carnis continuo pullulant. ideo ait: *sanctam*, idest, firmam.

6.ª quod sit bene ordinata, scilicet, ad Dei gloriam, et non ad propriam laudem. ideo ait: Deo placentem. 7.ª quod sit rationalis, sive discreta. ideo ait; rationabile obsequium. quod fit, quando caro sic maceratur, quod natura serbatur, et vitia excluduntur. et circa hoc ait S. Hieron. de rapina holocaustum offert, qui austeritate nimia, corpus suum immoderate affligit.

Euseb. Gallic:

Quid prodest, quod affligas corpus tuum, quando nihil proficit cor tuum? quot sunt Religiosi, qui in Claustris vestiuntur ciliciis, multis horis, die, noctuque psalunt in Choro; mentaliter orant, disciplinis se macerant; et tamen alia ex parte, in interiori cordis, odia, et appetitus non numquam lascivos nutriunt.

S. Aug: castiga et tu corpus tuum, et diabolum vinces. si queres, invenies, non aliter in nobis regnare Jesum, nisi per asperitates. Idem sup. nolite dare locum diabolo. ait: dant homines locum diabolo ex concupiscentiis suis. non enim vident diabolum, cum quo pugnant; sed facile habent remedium, ut seipsos interius vincant, et de illo triumphent.

Mantuanus:

Fortiores vicisse alios: victoria maior
Est, animi fluctus composuisse sui.

Boet. Sever:

Qui volet esse potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidini colla
Foedis submittat habenis.

Poeta:

Victima, quę cecidit, dextra victrice vocatur.
Hostibus à domitis, hostia nomen habet.

S. Petr. Crysol:

Mirum sacrificium, ubi corpus
sine corpore, sine sanguine sa-
nguis offert.

Offer corpus tuum, et non solum macta, sed etiam seca per omnia
virtutum membra; quia toties tibi vitiorum ar-
tes moriuntur, quoties à te viscere fuer-
int immolata virtutum. offer
fidem, ut perfidia sit punita,
sacrifica castitatem, ut
moriatur livido.
impone pietatem,
ut deponatur
impietas.
invita misericordiam, ut avaritia
deleatur; et ut consumatur stulti-
tia, semper sanctitatem
combenit im-
molare.

sic fiet corpus tuum, tua hostia, si nullo peccati iaculo fuerit sauciata.

§. Bonab:

Circuncidi debemus ab iniqua cogitati-
one, et voluntate; hec est enim
preputium Cordis.

§. 1. Aug:

Noli extrinsecus pecus, quod macles;
inquirere habes in te quod
occidas:

Prov. Cap. 18.

Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demo-
nstrat, et confusione dignum.

Discurs. 66.
De Abstinentia.

S. P. Aug:

Hoc me docuisti: ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus, accedam. S. Bruno: sic comedat Monachus, ut simper esuriat; et sic bibat Episcopus, ut an biberit, nesciat.

S. Zenon: vide, quo ascenderit Elias, ieiunando; Vide, quo Eva descenderit, manducando.

S. P. Aug:

Ut accepta ergo possit esse oratio, consortium vult secum habere ieiunii.

S. Bern: abstinentia edificat in anima virtutes, et destruit vitia Corporis.

Raban: ieiunio, vires vitiorum franguntur. Gisologus: ieiunium est Castitatis murus, pudicitiæ propugnaculum. S. Ambr: ieiunium, fundamentum est castitatis.

S. Bern: quamdiu Eva in Paradyso abstinuit, virgo permansit. S. Greg: probatio veræ abstinentiæ, non est in atenuatione corporis, sed in perfectione castitatis.

S. Bern: maligni spiritus ibi magis intrant, ubi plus escam, et potum vident.

Ille vero ieiunat, qui ab omnibus vitiis declinat: melior est abstinentia vitiorum, quam ciborum. nam ut ait S. Greg. Nissenus,

propter munditiam animæ sunt indicta ieiunia.

S. P. Aug:

Quanto plures sunt ieiunii, tanto melior est causa remedii; quanto prolixior abstinentiæ cursus, tanto redemptio copiossior salutis.

Justinian:

Abstinentia, et ieiunium, sanctitas est corporis, valetudo membroru.

Senec:

Virtus circa difficilia versatur.

S. Greg:

Quanto corpus impletur, tanto animo minoratur. S. Hieron:

plenus venter, facile despumat in libidinem.

Seneca: quidquid addideris, non finis cupiditatis erit, sed fomes. S. P. Aug:

augmentum Charitatis, diminutio cupiditatis.

dum irruebam in voluptates, irruebam in dolores. altera secunda, et fabricata natura.

S. Isidor:

Spernitur ieiunium, quod in vesperam repletione ciboru reficitur. spernitur ieiunium, quod in vesperam deliciis compensatur. {S. P. Aug.

S. P. Aug: ieiunium res sancta, opus coeleste, ianua Regni, quod si quis iuste perfecerit, Dei socius estimabitur. S. Ambr: mira res! alter ieiunat, et alteri prodest ieiunantis utilitas. Xptom: ea de causa, a cibis Deus abstinere iubet, ut videlicet, carnis lasciviam refrenantes, ad mandatorum Dei perfectam observantiam, domitam illa reddamus.

S. Bern: per ieiunium fornicatio superatur, luxuria restringitur; remota saturitate, non dominatur luxuria. S. Ambr: fames amica Virginitatis est, et inimica lasciviæ; saturitas vero, castitatem prodigit, nutrit illecebras.

Nota.

Cum quidam interrogasset Platonem, unde tibi sapientia tanta? respondit: quia plus consumpsi de oleo in lampade, quam de vino in calice. qui non vincit vitium gulæ, nequit alia vincere.

S. P. Aug:

Quando prelium tentationis infertur, ieiunandum est. quanto plures dies sunt ieiunii, tanto melior est causa remedii.

S. Ambr:

Quis unquam Christianorum ieiunavit, et captus est? quis sobrius mansit, et victus est? temulentum aggreditur diabolus; luxuriosum oppugnat inimicus; ubi autem ieiunium viderit, fugit, metuit, pertimescit, terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate prosternit.

Justinian:

Abstinentia non solum delet peccata, quæ commissimus, sed, et repellit futura, quæ commitere poteramus.

S. Ephren: Ieiunium Mater sanitatis, iuventutis disciplina, ornamentum Senibus. S. Bern: hoc debet servari in omni abstinentia, ut non occidas carnem tuam, sed vitia.

S. Ambr:

Quid prodest abstinere à cibis, et errare peccatis? castigare corpus inedia, et mentem exercere nequitia? inutile, et inane est tale ieiunium, quod inedia membra debilitat, et Anima a perditione non liberat.

Discurs. 67.
de tribulatione.

S. Paulus:

In carne ambulantes, non secundum carnem militemus. unde bella in bobis? nonne ex concupiscentiis vestris, quę militant, in membris nostris.

S. P. Aug:

Tota vita nostra intelligentibus tribulatio est. inter cassus ambulamus: si vitrei essemus, minus cassus timeremus.

S. Isidor:

Impossibile est, ut homo sis, & non gustes angustias, & tristitias; omnibus communia sunt. nullus est, qui in hac vita possitus non suspiret.

Div. Xptom: Coronę, ubi penę; ubi namq' tribulatio, ibi, & consolatio; ubi consolatio, ibi, & gratia est: ubi afflictio non est, ibi plerum q' nec Deus est.

S. Albert: cum Dns nos exterius affligit, interius nos reficit, cu enim exterius virtutem carnis humiliat, interius intentione Sptus exaltat.

Discurs. 67. de tribulatione.

S. Aug: melius iudicavit, de malis bona facere, quam mala nulla esse permittere. S. Isidor: quidquid tibi contingit adversum, pro peccato tuo, existima, venire. Justinian: magna tranquillitas est cordis, nihil habere concupiscentiæ secularis. S. Hieron: quocumque pergo, mecum meum hostem porto. Div. Chrysost: licet millies eum propellas, millies impetum faciet, numquam induci as belli huius obtinemus.

S. Bern:

Hæc contrarietas contra spiritum usque ad mortem semper durat in nobis.

Idem:

Hæc pestis, quæ præ ceteris vitiis est mihi familiarior, eo ad nocendum proclivior, et ad repellendum difficilior; nam cum eam repellere volo, nolenti mihi se ingerit, blande operosa, displicendo placens, et placendo displicens.

S. Thom. a V. n.: avarus sine arrogantia, multoties reperitur; multi sine invidia vivunt; multi sine ambitione; multi sine furore, sed non ita sine libidine.

S. P. Aug: in illa video iacere, pene totum genus humanum. Valer. max: vitium hoc, eosdem habere vituperatores, quos sectatores. Tertul: auxim dicere: si hæc carni non accidissent, benignitas, gratia, et misericordia, et omnis Dei vis benefica vacasset.

Discurs. 68.
de Vitio Carnis.

S. P. Aug:

Vita carnis tuę, Anima est: vita animę tuę, Deus est: quomodo moritur caro, amissa anima; sic moritur anima, amisso Deo, qui est vita eius. infernum, et amorem mulieris, recte coniungit Scriptura. inuisa diligere possumus; incognita nequaquam; sed luxuria carnalis destruit cognitionem, quia vt ait S. Bernardinus; per luxuriam homo impeditur redire ad Deum, quia anima non potest redire, et amare sine cognitione.

S. Epiphan: omnis heresis, mala mulier est. S. Cassianus: radix omnis peccati, luxuria est; quia carnales delectationes nobis sunt naturales: ad naturalia autem prompti sumus, et difficulter resistimus.

Ricard: malitia, et corruptio totius animi, spirituale est vitium, et spiritualium fons, et origo vitiorum. sunt ergo duo maxima vitia,

Malorum omnium causa; malitia, et luxuria; intus est malitia, foris est luxuria; malitia in corde, luxuria in carne. S. Greg.

S. Greg:

Filiæ luxuriæ sunt octo, scilicet, cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio; amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi, horror, sive desperatio futuri.

Euseb. Episc:

Pro nullo alio reatu; tam manifestam iustitiam exercuit Deus sine misericordia, quam pro isto.

Didac. Stell: est quidam ignis infernalis, cuius gulla est materia; turpitudo, flamma, inmunditia, cinis, infamia, fumus, tormentum finis.

S. Antioch:

Quemadmodum splendorem lucernæ, alit oleum; sic, et colloquium mulieris ignem reaccendit voluptatis. S. Greg: cum luxuria semel mentem invaserit, nullum bonum cogitare permittit.

Reg. 11:

Non ingredimini ad eas; certissime enim avertent corda vestra.

Cassian:

Corporalem inducit languorem, imo aliquando, mortem.

S. Ephr: fugis Charissime eos, qui iaculis perimt corpus? at fuge potius illos, qui animam sagittas iaculant. fugis serpentem mordentem corpus? at fuge magis mulierem, quę animam mordet.

S. Isidor: corporis robur, et animi virtutem aufert petulantia, seu libido: eumq; qui hac irretitus est, et captus, omnium ludibrio, et irrisioni facit obnoxium.

Didac. Stell: illud est corporis perditio, vitę coartatio. S. Hieron: pulchre Canis, et meretrix comparantur, quia vtrunq; animal pronum est ad libidinem. S. Bernardin: raro, vel numquam reperitur, vt homo Carnalis, lascibus, aut luxuriosus sani consilii sit. S. Joan. Clim:

Luxuria, omnes sensus, et facultates corporis, et animę a via abducit, et inmutat.

S. Cypria:

Vocat impudicitiam matrem impenitentię, ruinam melioris etatis.

Historia.

De Nino Rey de Babilonia, escribe N. P. S. Aug. que Semiramis Concubina del Rey, le pedia incesantemente vna

Vna cosa, que grandemente tenia deseada. Yera que en lugar de Nino pusiera el gobierno del Imperio en su mano, para por algun tiempo gobernarlo a su arbitrio. el Rey pues, como no tubiese prenda mas querida, que Semiramis, mando por decreto, con pena de la vida, que todos la obedeciesen sin resistencia.

dibulgado este mandato en el Imperio; asistida de soldados Semiramis, i ministros de Justicia, sentose en el trono de la Magestad soberana: i en los dias primeros,

Aunq de poco momento, establecio muchas cosas; poco despues, determino otras maiores, i en brebe otras mui arduas: y ia que vio por sus ojos, que todos se le rendian obedientes, mando, que al Rey Nino se lo trageran preso, y que alli a vista suia, le quitaran la vida. pusose en exequcion el mandato, llegando asi a conseguir, el poseer el Reino sin contradiccion.

Paraque se vea, como este lascivo Rey no solo se hizo de la concubina siervo, y esclavo, sino victima sacrificada por mano de un vil verdugo.

Y esta es la razon, porque de si, y para todos dice N. P. S. Augustin: vellem meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me.

Axioma communis: Animo magis est ubi amat, quam ubi animat.
S. Anton:
Mulier, id est, sensualitas, pretiosam animam viri capit. S. Hieron: voluptas insatiabilis est; et quanto magis capitur, tanto plus utentibus se famem crescat. vires in fornicatione deficiunt, et fornicandi dessiderium non quiescit.
S. Greg:
Rosa, quae redolet, crescit cum spina, quae pungit.
Proverb:
Voluptatis soror est tristitia.
Philosoph: omne animal a coitu triste demptis Gallo.
Est Rosa flos Veneris, Veneris quoque simillima flori;
Quod cruciat, longum est, quod placet, exiguum.
Glosa:
Non solum peccata vitanda sunt, sed et occassiones peccatorum tollendae.
S. Bern: periculum, si volumus declinare, securim ponamus necesse est, ad radices arborum, non ad ramos. maior miraculum est, inter vehementes occassiones non cadere, quam mortuos suscitare.
Dionis. Carth: qui amat periculi occassiones, nequit peccata evadere.

Div. Xptom: quid est mulier spetiosa? est sepulchrum dealbatum.

S. Antonin:

Janua diaboli. via iniquitatis. bestiale barathrum. Concupiscentia carnis. damnosum duellum. estuans astus. falsa fides. garrulum guttur. invidiosus ignis. Calumniarum Chaos. lepida lues. monstruosum mendacium. naufragii nutrix. Opifex odii. prima peccatrix. quietis quassatio. sylva superbiæ.

Idem:

Vanitas vanitatum. imago idolorum. Zelus Celotypus.

S. Ephrem:

Laqueus comptus. naufragium super terram. fons nequitiæ. thesaurus inmunditiæ, et malitiæ. mortifera conversatio. duellorum pernities. animarum exitium. Cordis spiculum. Juvenum perditio. concupiscentia præceps. Causa diaboli. requies Serpentis. diaboli consolatio. dolor inconsolabilis. hospitium. lascivorum. officina demonum. Viri socordia. vipera vestita. concubans incontinentia. pugna voluntaria. quotidiana calamitas. procella domus. viri naufragium. inmanis bellua. arma diaboli. experita rabies. exornata mors.

S. P. Aug: sine ulla dubitatione, qui familiaritatem mulierum non vult fugere, cito dabitur in ruinam. qui cum mulieribus habitantes, putant, se, castitatis obtinere triumphum, ignorant, se apud Deum dupliciter reos esse: dum seipsos in periculum mittunt, et aliis exemplum perversę familiaritatis ostendunt.

Eccl. Cap. 7:

Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.

Hug. Card:

Ignem in sinu abscondit, qui mulieri libenter loquitur; noli commorari, nisi vellis comburi: species enim mulierum, et eloquium, et gestus, et ornatus, et quidquid in eis est, flamma est ignis.

S. Remig:

Demptis parvulis, et Adultis, propter hoc vitium, pauci salvant.

Alii Doctores:

Sunt aliqui demones, qui memores suę antiquę novilitatis, tentare de luxuria dedignantur. et est signum de hoc quod Lucifer tentans Dominum, non legitur, quod eum tentasset de vitio Carnis. S. Ambr: videre rem miram: in Paradyso, cum Adam diabolus decertat; in deserto cum Xpto diabolus dimicat; ubicumque insidiatur homini, ubique congreditur; sed ubi mulierem invenit, vicit.

S. Ambr:

Nascitur libido conviviis; nutritur delicíis, vino accenditur, ebrietate inflamatur.

S. Bern:

Ubi venter est cibis repletus, ibi est ignis luxuriæ accensus.

S. P. Aug: O amor! qui semper ardes, et numquam extingueris; Charitas, Deus meus accende me: continentiam iubes, da, quod iubes, et iube, quod vis.

S. Bern: quid castitate decorius? quæ Angelum de homine facit: diferunt quidem inter se, homo pudicus, et Angelus, sed foelicitate, non virtute; sed, et si illius castitas foelicior, huius tamen fortior esse cognoscitur.

De oculo.

S. Isidor: Oculus, principium est fornicationis. Martial: est speculum, facies, oculiq revelant, quales sint

Sint intus, mens, animus q; viri, iuxta illud Eccl. 19: ex visu cognoscitur vir. S. Bern: occassio peccandi, sepe voluntatem facit, et fecit. Tertulian: eiusdem libidinis est videri (id est foeminas), et videre.

S. Ambr: quod in oculo est visus, in corde est peccatum.

De Tactu.

Nihil sensu isto gravius, nihil periculosius. fit non numquam, ut ex solo tactu corpus inquinet.

De Auditu.

Corrumpunt bonos mores colloquia prava. S. Isidorus: vanus sermo cito polluit mentem, et facile agitur, quod libenter auditur.

hic sensus, ianua est intellectus.

S. Bern:

Quem delectat audire, alterum loqui probocat.

S. Aug:

Vanus sermo, vanę conscientię est index. S. Clem. Alexand: vitia Carnis appellat, metropolis vitiorum. et e contra: vigilantia oculorum, metropolis omnium virtutum.

S. Maxim: quod in iuventute adsciscitur, in matura etate sectabatur.

S. P. Aug:

Cum servitur libidini, facta est consuetudo, cum consuetudini non ressistitur, facta est necessitas. Eccl. 19: vinu et mulieres appostatare faciunt sapientes.

De Lingua.

Aug:

Mores hominis lingua pandit: qualis sermo ostenditur, talis animus approbat.

S. Bonab:

Religionis initium, est linguæ frenum. Prov. 15: responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitat furorem.

Justinian: re quippe vera; nullus scit, fructuose loqui, qui ignorat prudenter tacere. Xptom: magis exempla excitant, quam sermones. S. Bern: qui quotidie contendunt, et rixant, a paucis hominibus amantur. Nacianc: facilius est in alienis, quam in propriis philosophari.

S. Paul:

Sermo vester semper sit in gratia, sale sit conditus. S. Val: plena victoria, est, ad clamantem tacere, et provocanti non respondere.

Ovid: Eximia est virtus, prestare silentio rebus:
At contra, gravis est culpa, tacenda, loqui.

S. P. Aug: nihil est, quod persequutoris vim perinde frangat, ut patientis alacritas. Idem: dum nimis timeo, ne loquar mala, tacui bona.

Philos: Omnia si perdas, famam servare memento:
Qua semel amissa, postea nullus eris.

Senec: vis, tibi omnia subiicere? subiice te rationi. Axio: non bene pro toto, libertas venditur auro.

Discurs. 69.
de Consuetudine peccandi

Iob. 20:

Ossa eius implebuntur adolescentiæ eius, et cum eo in pulvere dormient. S. Greg: origo pravæ inchoationis, caussas culpæ etiam præsumendo multiplicat. dum enim mala agere quisq. ceperit, usu iam deterius in hoc, quod inchoaverat, excrescit. Sanct. Thom. a.[a] n.[o]:

Evenire solet, ut qui peccata conmissa curare negligunt, quasi rupto rationis, et timoris muro, malitia, et nequitia repleantur usq. ad summum; abyssus enim abyssum invocat.

Abulens:

Diuturnitas temporis peccatum non minuit, sed augmentat, quia tanto sunt graviora peccata quanto diutius infelicem animam tenet ligatam.

Alvarez: hanc peccandi consuetudinem, quæ pena est accerbissima

Qua infelix peccator propter priora delicta, (Deo ita permittente) in alia peccata raptatur, mox alia pena subsequitur; nempe cordis durities, et insensibilitas, nec ista mala sentiunt, nec æterna, quæ impios non ressipiscentes, manent, pertimescens: cadunt ex iteratione peccati in cor durum, de quo scriptum est; cor durum male habebit in novissimo.

S. Bernardin:

Consuetudinis malæ tirannis est, quia reddit hominem pronum, seu promptum ad malum.

ratio:

Quia tales redduntur ad malum proni ex ignorantia peccati, et delectatio peccandi, quæ ex peccatorum frequentatione generari solent. unde Cesarius ait: habet hoc infelix consuetudo peccandi; ut quanto amplius Quisq' peccaverit, tanto minus ipsa peccata intelligat; et tanto plus eum peccare delectet. facile mala consuetudo precipitat hominem de peccato in peccatum.

S. Bonab: peccatum est, sicut vulnus in corpore humano; nam recenter vulneratus, permittit se tangi, et vulnus premi et investigari=

Investigari; sed post tertium diem, non sine magno dolore tan-
gitur in vulnere. sic peccatum in sua recencia cito cu-
ratur; sed post tertium diem, est gravissimus do-
lor vulnerum.

S. Isidor: cito enim corrigitur culpa, quæ cito co-
gnoscitur; tardius autem sanatur vulnus, qu-
od iam putrescentibus membris, longo
post tempore curationibus adhi-
betur.

Prov. 18: impius, cum in pro-
fundum venerit pecca-
torum, contemnit.

Lyra:

Impius, cum in profundum venerit, per
obstinationem mentis. Chartus. hic:
in profundum peccatorum, id-
est, cum in vitiorum vor-
aginem fuerit inmers-
us, et prava consu-
etudine indu
ratus:

S. Bernardin: malus, quanto plus est induratus in malis operibus, et pec-
catis, tanto magis efficitur securus, et magis firmatur in suis
sceleribus. Cessari Arelat: de multitudine peccatorum
desperatio nascitur, et de desperatione absq. ulla pe-
nitentia peccatorum frena laxantur, et im-
pletur illud, quod scriptum est.
impius, cum in profundu
peccatorum venerit,
Contemnit.

S. Greg:

Voluissent iniqui, si potuissent, sine fine vivere, ut potuissent, sine fine peccare; ostendunt enim, quia in peccato semper vivere cupiunt, qui numquam dessinunt peccare dum vivunt.

Eccl. Cap. 41:

Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, et magni.

S. P. Aug: peccata grandia, et horribilia, cum in consuetudinem transeunt, pro nihilo reputantur.

S. Laurentius Justinian:

Ex hoc patet, quod quicumq. hac voluntaria, et deliberata peccandi consuetudine possidetur, nec Deum metuit, nec ullo pudore detinetur.

Prov. Cap. 25.

Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus.

Lyra:

Quia peccatum hoc est irremediabile; est enim quedam species peccati in Spiritum Sanctum quod irremissibile est, id est difficili remissibile dicitur.

S. P. Aug: prudenter accipiat unusquisque monita preceptoris, ut non perdat tempus misericordie Salvatoris.

S. Isidor: nequissimum est peccare; peius est peccandi consuetudinem facere; ab illo facile, ab hoc, cum labore resurgitur, cum male consuetudini repugnatur.

S. Basil: novi quosdam, qui a prima pueritia, cum se libidinibus dedissent, etiam ad extremum tempus etatis, propter consuetudinem, et usum mali in peccatis permanserunt.

De consuetud. peccandi.

S. Bernardin: periculum peccatori in periculo mortis maximum est, peccatorum habituatio. nam habitus usque quaque contrac- tus, multum ab actu poenitentiæ retrahit peccatorem.

Poul. de Palat:

Eius curatio est desperata, quia peccati vulnus, viribus naturæ insanabile, non sangui ne hircorum, sed Agni immacu- ti pretioso sanguine sanatur.

Hug. Card:

Plaga iniquitatis insanabilis est triplex: vehementia con- cupiscentiæ, inveterata consuetudo, Iactan- tia peccati.

S. Bernardin: peccantes primo excipit negligentia sui, deinde curiositas rerum exteriorum, et ad se non pertinentium, deinde, ip- sarum rerum concupiscentiam, sequitur consensus, Consensum consuetudo, consuetudinem conte- mptus, contemptum malitia, idest, affectus, et delectatio peccati. negligentia tardat, Curiositas impedit, concupiscentia ligat, consensus stringit, vel obdurat, consuetudo trahit, Contemptus precipitat, delectatio incarcerat, Carcere desperatio nis: quare pec- cator dum venerit in profundum, desperat.

Discurs. 70.

De peccatis, et peccatorum ignorantia.

Joa. Cap. 2:

Qui dicit, se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est et in hoc veritas non est.

Damascen:

Fieri non potest, ut quisp̃iam a via recta deflectat, nisi animus ipsius, prius Dei oblibione laboraberit.

Sap. Cap. 17:

Semper enim presumit seva, perturbata conscientia.

Sap. 2: excecavit enim illos malitia eorum: quod maxime evenit, ex consuetudine mala.

Unde S. Augyst.

peccata, quamvis magna, et horrenda, cum in consuetudinem venerint aut parva, aut nulla esse credun-tur,

Usq adeo, ut non solum non occultanda, verum etiam predicanda, diffamandaq videantur. ecce Cecitas. et de his

Peccator per hoc lumen illuminatus admiratur, et obstupescit.

Justinian:

Sicut Cecus, quantumque doctus sit, non videt se; ita et peccator ad veram numquam potest sui attingere cognitione.

Quomodo se peccatorem valet agnoscere, et in peccatis perseverare?

peccato,

Nihil deformius; quisque vero appetit naturaliter pulcher esse. quemadmodum de sua scientia, humilitas; ita de Dei scientia generat Charitas.

S. Greg:

Sunt multa peccata, quae commissimus, sed idcirco gravia nobis non videntur, quia privato nos amore diligentes, clausis nobis oculis, in nostra deceptione blandimur.

Nota. Axioma Philosophicum: intus existens, prohibet extraneum.

Hug. Card: dilexerunt homines magis tenebras, idest, car

Carnis delicias, et mundi divitias rationem obtenebrantes.

Xptom:

Ex hoc, quod homines perseverent
in malis operibus, diligunt
magis tenebras, quam
lucem.

S. Anselm: ignorantia;
quodlibet peccatum
vocari potest, quia
excecat cor, et
errare facit.

S. Bernardinus: quis est, qui si cer-
neret se cecidisse in lutum,
inde non resurgeret?

Didac. Stella:

Observa, quod licet distinguantur
peccata malitie, et ignorantie,
tamen omne peccatum
aliquomodo est pec-
catum ignorantie;
quia omnis qui
peccat, caret
Scientia actuali, et practica, boni=
que approbativa. si enim cogno=
sceret peccati malitiam, et
mala eterna, que sibi pa=
rat, et bona coelestia que
perdit, quomodo aude=
ret peccare? ideo Philosoph. ait: quod omnis malus est ignorans.

S. Ambr:

Quis est insipiens, nisi qui peccatum facit, et eligit malu[m] pro bonis? ergo qui author est peccatorum, ipse insipiens magis, quam eius minister. cum peccamus igitur, in opprobrium tradimur adversario, ut ille nos in die iudicii accuset, et prodat. Sanct. Ant. de Padua:

Vide vias tuas, vide, idest, cognosce vias tuas, idest, peccata tua, quibus quasi quibusdam vitiis tendis ad infernum.

S. Bernardin: subtrahit Deus gratiam propter demerita peccatorum: subtrahit lumen veritatis, et iudicii veri, et dessiderii boni.

Prover. 31.

Nullum secretum est, ubi regnat ebrietas.

Discurs: 71.

De peccato ex malitia commisso.

Abulens:

Peccatum ex malitia in hoc consistit; cum aliquis peccat, et ideo peccat, ut alteri malum agat. et si quis alteri invideat, ut eum, aut bona sua demoliri conetur.

Div. Xptom: insignis malitię excelentia est, cum facinus alte cogitatum, consulte meditatum, atq ex condicto patratum est: cum scelus ob meditatę malitię excelentiam, cogitationis nomine dessignatur; tunc eius patratores, non homines, sed filii Adam, propter malitię prestantiam (dessignant.) nominantur.

S. Bonab: peccatur in Sptum S. ex malicia certa, hoc est, quando voluntas potest, et scit ressistere alicui malo, et tamen ex sola malitia illud eligit.

Idem: peccatum in Sptum S. procedit ex libera, et improba volun
tate liberi arbitrii, et directe impugnat gratiam
Sptus S. et ideo non habet colorem excusa=
tionis, quia quantum est de se direc-
te est impugnativum, et medici,
et remedii, per quod fieri ha=
bet remissio peccati.
peccatum in Sptu
S. dicitur irremis=
sibile in hoc
seculo, et
in futuro: non quia dimitti non
possit, sed quia raro, aut vix
dimittitur in hoc seculo
quamtum ad culpam,
aut in futuro qua=
ntu ad penam.
Idem:
In Sptum S. blassfemat, qui ex certa malitia veritatem impug-
nat: de tali dicitur; quod non remittetur; non
quia talis numquam consequatur remissi-
onem, sed quia ineptus est ad remis=
sionem, eo, quod peccatum illud
nullum habeat excusation-
is colorem.
Psalm. 35:
Iniquitatem meditatus est in cu-
bili suo; astitit omni viæ non
bonæ, malitiam autem
non odivit.

D. Aug: in cubili suo, idest, in corde suo; vel in cubili, idest, quando fiat in secreto. iuxta illud Sap. 24: cogitatio stulti, peccatum est. S. Hieron: in cubili, idest, in cordis secreto, in quo compungi debuit, iniquitatem meditatus est; malitiam non odivit, sed dilexit, quia non solum illam non oderant, sed amplexati sunt.

Glosa:

In cubili, idest in corde, in quo sibi complacent opera mala; et hoc est; astitit omni viæ, cum studio, et mora; invenit quidem, et scivit esse malam, sed tamen non odivit.

S. Ambr: in cubilibus compungere nos debent peccata nostra, non in ipsis delinquenda, commiti, dicente Profeta: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

S. Salvian: criminosior culpa est, ubi honestior status; si honoratior persona peccantis, peccati quoque maior invidia.

S. Antonin:

Ratio, quare unum peccatum est gravius alio, est ex notitia; qui enim peccat ex certa

Ex certa scientia, et industria; peccat gravius eo, qui peccat in idem ex ignorantia. ratio est; quia volun-tas peccantis ex certa scientia, est ma-gis inordinata, et hoc; quia talis scienter elegit, quod malum est, scilicet, pati detrimentum in maiori bono, scilicet, bono animę, ut pri vari gratia, ad hoc, ut potiatur minori, seu fruatur, scilicet: corporali bono.

S. Jacob. 4:

Scienti bonum facere, et non facienti, peccatum est illi.

Concil. Rom: reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur; et graviora facit vitia pe-ccatorum sublimit-as dignitatum.

S. P. August:

Religio dicitur a reeligendo, quia Deu reeligere debemus, quem prius negligenter amisseramus: religat enim nos uni omnipotenti Deo.

Salvian:

Attrotius sub sancti nominis

Professione peccamus, ubi sublimior est prerrogativa, maior est culpa; ipsa enim erro-res nostros religio, quam profitemur, accusat. Criminosior est eius impuditia, qui promisserit castitatem. S. Hieron: grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina eorum, si peccant; letemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum: non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quam moeroris de sublimibus corruisse. Salmer: peccatum, quod caret excusatione, certissimam habet damnationem. Gerson: trabes, ut ait Div. Xptom super Math. est peccatum Cleri, festuca autem secularium. S. Greg: nemo amplius in Ecclesia nocet, quam, qui perverse agens, nomen, et Ordinem sanctitatis habet. Xptom: pro universo, qui peccarat populo (Levit. 4) tantum offerebatur sacrificium, quantum pro solo Sacerdote: id autem significat,

Quod, quo maior est Authoritas, eo est gravius eorum, qui peccant supplicium. 2. Reg. 2: si peccaverit Vir in Virum, placari ei potest Deus; si autem in Dnm peccaverit vir, quis orabit pro eo. S. Aug: si peccaverit Populus, orabit pro eo Sacerdos: si autem Sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo? talem ergo oportet esse Dni Sacerdotem, ut quod populus pro se apud Dominum non valuerit, ipse pro populo mereatur, quod poposcerit, impetrare. Xptom.

Div. Xptom:

Tibi Xptiane, excusatio nulla est, qui post servitutem liberatus es, post captivitatem redemptus, post vexationem curatus, post interitum restitutus,

habes in monitis, quod exerceas, habes exempla, quę timeas. Adam, nec falaciam norat, nec deceptionis cuiusdam causas defleverat; qui quidem forsitam posset evadere, nisi prior cum hoste, cum comfligeret, occumberet. S. Euseb. Emis: tanto graviora erunt humana delicta, quanto maiora se ostenderunt divina beneficia.

S. Anast:

Homo peccat quatuor modis: nempe, cito arrepta occasione, fraude, ignoratione, et affectione. tres quidem primi facile veniunt ad agnitionem, et poenitentiam: qui autem peccat ex affectione, et

Et non tentatione, non venit ad poenitentiam, et morbo laborat irremediabili.

Discurs: 72.

De Virginitate.

S. P. Aug:

Virginitas est in carne corruptibili, perpetuę incorruptionis meditatio. S. Ambr: pulchritudo enim, quam Coelestis Sponsus in nobis diligit, non in corpore, sed in anima consistit.

S. Cyprian:

Dei imago est, respondens ad sanctimoniam Dni, quia per illam, et in ea, Deus, melius quam in mundo ipso, agnoscitur. S. Bern: sola est castitas, quę in hoc mortalitatis, et loco, et tempore, statum quemdam immortalis glorię representat.

Idem:

Quid castitate decorius! quę mundum de inmundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum de homine facit.

S. P. Aug: Dns noster, ideo per casta Virginis membra venit ad terram, ut ostenderet, Deum, Castitatis esse Authorem. Theodoret; Dns Deus non tulit leges de Virginitate; intellexit enim esse rem supra naturam.

Nacianc: Salve Virginitas, divino tradita dono! S. Isidor: continentia, hominem Deo proximum facit, et ubi ista manet, ibi est Deus.

S. Ephrem:

O Castitas, quæ homines divinos efficis!

S. Hieron: divitiæ tuæ virginitas tua; thesaurus tuus, thesaurus est irrecuperabilis, postquam amissus est.

S. Cypria: pudicitia est ornamentum morum, sanctitas sexuum.

S. Ambr: maior est victoria virginum, quam Angelorum; Angeli enim sine carne vivunt; virgines vero in carne triumphant. S. Hiero: quocumque pergo, mecum meum hostem porto. ama scientiam Scripturarum, et carnis vitia non amabis. ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus.

S. Bern:

Quoties te sentis turpibus cogitationibus pulsari, et ad illicitam delectationem affici; toties pones ante mentis oculos, quomodo Christus in cruce crucifixus est pro te.

Poetæ

Poeta. Otia, si tollas, periere cupidinis arcus.

S. Bernardin:

Virginitas preparat animam ad videndum in presenti Jesum sponsum per fidem, et in futuro per gloriam sempiternam.

Sixt. Pap. tert:

Custodi diligenter unum, ut facilius poßideas totum: pudicitia, omnium bonoru mater est.

S. Isidor:

Pulcherrima victima est, piam mente, et carnem castam habere. S. Bonab: anima est casta, quando casta sun corda, casta sunt verba, et casta sunt opera.

S. Bern:

Cogitatio prava delectationem parit, delectatio consensum; consensus actionem; actio consuetudinem; consuetudo necessitatem; necessitas mortem. sicut vipera a filiis suis, in utero positis lacerata, perimitur; ita nos, cogitationes nostre nutrite intra nos occidunt.

S. P. Aug:

Nos ergo, fratres, scire debemus, et nullatenus dubitare; quod castitas cum abundantia stare non potest.

S. Ephren: sicut oculis obest fumus, ita turpis sermo nocet anime.

Naciancen:

Virgo sis oculis, sis ore, atque auribus ipsis
Virgo, nam tribus facile est decidere tecto.

S. Bonab:

Mentis castitas cum carnis puritate, ex sola virtute cum Dei gratia possidetur: unde, et Prosera, hoc, quasi prodigium mirat.

S. Hieron:

Dificilis res est virginitas, ideo rara: multi vocati, pauci electi: incipere, plurimorum est, perseverare, paucorum. non sinas, cogitationes crescere; nihil in te Babylonium adolescat: dum parvus est hostis interfice.

Div. Xptom: sermones, vix sunt rerum. S. P. Aug: si queris, invenies, non aliter in nobis regnare Jesum, nisi per asperitates. S. Greg: carnes supra petram ponimus, idest, Xptum cum corpus nostrum, Xpti imitatione cruciamus. Lyra: parcitas enim victus, et asperitas vestitus, sunt custodes castitatis. S. Nilus: pudicitiam parit temperantia: gulla autem mater est impudicitie.

Div. Xptom:

quid adhuc murmuras caro misera? quid adhuc

Recalcitras, et adversum spiritum concupiscis? ad tuam animam loquere: tristaris, quia te corporis voluptate defraudo? sed letare potius, quia Coelorum tibi regna providebo.

S. Bonab: qui castus esse dessiderat, studeat sobrietati, quia sine ea, non diu castitas est secura; et cum proficiente, proficit, et cum decrescente, decrescit.

S. Hieron:

Vinum, et adolescentia, duplex incendium voluptatis. S. Isidor: a Deo datur continentia: sed petite, ait, et accipietis; tunc autem tribuitur, quando Deus gemitu interno pulsatur. S. Cyprian: contactus recedat, etiam honestus: nihil corpori liceat, ubi vitandum est, corporis vitium.

S. Antioc:

Ab exitu sermonis, cognoscitur vir, utrum, scilicet, pudicus, an incontinens sit. S. P. Aug: sub pretextu pietatis latet viscus libidinis. cum mulieribus sermo brebis, asper, et frigidus semper habendus est: quanto religiosiores, tanto magis aliciunt, et sub specie religionis viget plurimum viscus libidinis.

Ecclesi: melior est iniquitas viri, quam mulier bene faciens.

Histor:

Refert Author quidam: militem quemdam Piccininum nomine, dicere solitum fuisse verba hec: minus malum est dici; Piccininus hic a bello se subtraxit, quam hic victus iacuit.

Mansi:

Manus viri, licet bona sit, similiter, et mulieris, ex conmixtione tamen illarum, nonnumquam cogitatio, vel affectio mala consurgit. Thom.

Cantipr: vide, quam exitiabilis dolus est, quod quidam magis tentantur, de his personis, que speciem in habitu, et Religione pretendunt, quam de his, que seculo se dederunt: et mulieres similiter, que nunquam de viris secularibus tentabantur; eas diabolus, et mens perversa, in sanctos, et religiosos; vel viros Ecclesiasticos stimulat.

S. P. Aug:

Nec ideo minus vitande, quia bone indolis, et honeste videntur.

S. Felip. Ner:

In castitatis certamine, terga vertere, est reportare victoriam. S. Cypr: in isto tan gravi periculo, nullus potest vincere, nisi fugiat. S. Bern: si vere Deum diligis, nulla hora otiosus eris. si Deum in veritate amas, pro

Pro amore illius, otium recusas. sicut enim peccatum est, perpetratio mali, sic delictum est dessertio boni. tempus hoc animabus, non corporibus est assignatum. S. P. Aug: numquam quis Civis Cœlorum erit, si otiositatem amaverit. apprehende fugam, si vis obtinere victoriam. nec sit tibi verecundum fugere, si castitatis palmam dessideras obtinere.

S. Hieron:

Facito semper aliquid operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum.

S. Bonab: omnium tentationum sentina est otium, ipsum enin occassio est luxuriæ. S. Bern: intrat sagitta diaboli per ianuas oculorum usq. ad animam: non intrat sagitta diaboli nisi per sensus corporis.

Dum otiosa, tamquam minima sperrimus, ad turpia, atq. inhonesta dilabimur. non res ita gravis est pena, ut gravis res est peccatum.

Axioma. a minimis incipiunt, qui in maxima protruunt.

de Virginitate.

S. Luc. 16: qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est. S. Valerian.

Virtus magna in minoribus semper experimentum capit. Virtus, quę in parvis promittitur, facilius in maximis exhibetur. sic dum consuescimus minora vincere, maiora discimus tolerare.

Ricar. a S.to Vict:

parvę negligentię obscurant animam, et impedimentum faciunt amplioris gratię.

Quidam:

Conscientia ante peccatum est frenum; post peccatum, est flagrum.

Eccles:

Fili in tua infirmitate, ne despicias teipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te: avertere a delicto: ab omni delicto, munda cor tuum, et da locum Medico.

Ricard. a S.to Vict: cogitate ęternum, et leviter feretis momentaneum: cogitate pondus, idest, magnitudinem glorię, et levis sit tribulatio, quam comitatur talis remuneratio: dum patimini, coronam intuemini.

Discurs. 73.s

de Pœnitentia.

Eccl. 5:

Non tardes converti ad Dominum.

Bellovac:

Periculosa est dilatio converssionis; quia, qui converti differt, iniquus est in Deum. Senec: proprium facientis libenter est, cito facere. Si de die in diem trahens, distulit, non ex animo fecit. itaq duas res maximas perdidit, et gratiam, et tempus.

S. Anton: quanto quis magis peccat, tanto magis elongatur a Deo.

S. P. Aug:

Ista tam magna misericordia, tunc nobis prodest, si non tardamus converti ad Dnm.

Prov. 1: convertimini ad correccionem meam, et proferam vobis spiritum meum. Dion. Carth: de quodam deffuncto, scribit; illum ex divina dispensatione alteri apparentem, ad nostram erudi=tionem

in memorialia, hec prorrupisse verba: ô Cras, ô Cras, quam longam restem mihi fecisti, et in barathrum mortis me procrastinando traxisti!

S. Anselm:

Nunc enim tempus est penitentię,
non Tunc.

Eccl. 7: ne impie agas multum,
ne moriaris in tempore
non tuo.

Div. Xptom: amat mortem, qui vitę precepta
non servat; et horret vitam, qui peccata
morti debita, desperata mente fre-
quentant: ut enim per observa-
ntiam legis vita acquiri-
tur, ita per contemp-
tum, mors a con-
tumacibus
invenitur.

Narrat S. Bernardin: stupendum exemplum accidit in Cathalo-
nia, in Civitate sui, prope Valentiam, de Juvene, quasi de-
cem, et octo annorum, qui Parentibus inobediens, la-
tro, et criminosus effectus; propter mala opera sua
captus, et patibulo suspensus fuit. iamq; illo de-
functo, et adhuc in patibulo pendente, cum
esset omnino inberbis, vidente, ac mi-
rante cuncto Populo, paulatim em-
ittit barbam, mutat faciem,
Capilli Capitis pendens,
gradatim senescens, ac
canens, usq; ad de-
crepitam sen-

Senectutem, et quasi nonaginta annorum etatem, ostendens, cuncto
Populo admirabilis factus est. cucurrit ad miraculum
Episcopus cum universo Clero, et cuncto quasi Civi-
tatis populo. stupent omnes, ignorant misteri-
um, expectans eius revelare secretum. surgit
in loco eminenti Episcopus doctus; manu
q silentium indicens turbis, ait: viri,
fratres, et filii mei dilecti, nostis, iu-
venem hunc, qua culpa, qua
vita, qua etiam etate in-
terierit. conspicite eum
nunc etate senem,
decrepitum atq
canum,
Vt intelligatis, per hoc patens iu-
ditium Dei, quod huic diu vi-
cturo, a Deo misericorditer,
propter sua crimina, et
Parentum inobedien-
tiam, abreviata est
vita, ut verifice
tur illud Psa
lmi David:
Viri sanguinum, et dolosi, non dimidiabunt
dies suos.
Poeta.
Sero medicina paratur, cum mala,
Per longas convaluere moras.
Hug. Victorin:
Facile culpa corrigitur, que cito cognoscitur:: caput Serpentis

Conteritur, quando peccatum ibi corrigitur. debet ergo quisquis esse sollicitus, ut mox ibi se studeat enmendare, ubi se noverit deliquisse. contrariorum enim est eadem disciplina.

S. P. Aug:

Nemo, nec post centum peccata, nec post mille crimina, de misericordia divina desperet. sic tamen non desperet, ut sine ulla mora Deum sibi repropitiari festinet, ne forte si consuetudinem peccandi fecerit, etiamsi velit, de diaboli laqueis liberari nequeat.

Beda:

Diabolus, quanto diutius possedit, tanto difficilius dimittit.

S. Isidor:

Peccatum admittere, cadere est in puteum; consuetudinem vero peccandi facere, os putei est coangustare, ne is, qui cecidit, valeat exire. S. Bernardin: naturale est, & experientia hoc clare ostendit, quod ea, quæ versantur in mente viventis, versantur communiter in mente morientis. dilexit enim in vita sua gloriam, & honores, & fastum, & pompam, &

Et dominationem; iisdem quoq' in morte affectus erit. Author Imperfect:

Mors vestra non tardat, & nemo credit, nemo obaudit. cum autem venerit, super illos mors festinant, & anxiantur, vocant Sacerdotes, poenitentiam volunt agere, quando iam poenitentie locus non est. adhuc autem, si vivere potuissent, non sibi displicuissent.

S. Aug:

Datur quidem in extremis poenitentia, quia non potest denegari: sed Authores tamen esse non possumus, quod, qui sic poenituerit, mereatur absolvi. quomodo poenitentiam agere possit, qui nulla iam ([struck]) opera satisfactionis operari potest? & ideo poenitentia, que ab infirmo petitur, infirma est. poenitentia, que a moriente tantum petitur, timeo, ne et ipsa moriatur.

Idem: qui differt poenitere usq; in finem, vix; aut numquam bene
poenitet; quia quæ creditur vera esse contri
tio, mortis est instantis exasperatio.
Ludov. Blos.
Sui displisentia, et seria num=
quam peccandi voluntas;
veraq; erga Deum con-
fidentia, et amor;
vera poenit-
entia est.
S. Bern: initium revertendi ad Deum, poeni=
tentia est; quam sine dubio, Spirit-
us operatur, non noster, sed Dei.
S. P. August.
Distribuit (Deus) tempora, vocat te nunc; exortatur te
nunc; expectat, donec resipiscas, et tu tardas?
magna eius misericordia; et in hoc, quod
diem vitæ tibi incertum fecit, ut nescias,
quando hinc emigrabis: et cum
quotidie speras, te emigrare, al=
iquando converteris: et
in hoc magna eius mi=
sericordia. Ceterum,
si statuisset diem
omnibus, face=
ret, abunda=
re pecata
de securitate.
S. Greg:
Erit, et tunc poenitentia, sed fructuosa iam non erit,

Quia nequaquam tunc veniam invenit, qui modo aptum veniæ tempus perdidit.

Dionis. Carth: precipua diaboli intentio est, lucrum poenitentiæ, et timorem mortis repellere a te per sugestionem benignitatis divinæ.

Histor:

In Speculo exemplorum sequens factum recensetur.

Vir quidam, qui perdite, et impie vixerat, cum morti vicinus se ab horrendis demoniis, nigra veste, indutis, cinctum videret, clamabat, Dne adiuba me.

Quem tamen Deus non exaudivit, sed per astantem ei, in hec verba impropérari fecit: nunc memor factus es Dei, quando tibi Sol obscuratus est? quare usq; in hodiernum diem non exquissivisti eum, dum ad huc tibi splendor erat diei?

S. P. Aug: propter illos, qui spe periclitantur, et dillationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. quando veniet ultimus dies, nescis. ingra=

Ingratus es, quia hodiernum habes, in quo corrigaris. Innocent 3:
Iusto namq' Dei iuditio fit, ut quia cum potest homo con-
verti, non vult; cum vult forte converti non possit.
tunc enim securum est homini poenitere
cum potest ipse peccare.

S. P. August:

Audiant omnes, verba recito Scripturae divinae. O male
dilator, O crastini male appetitor, audi Dominu
dicentem, audi Scripturam sanctam pre-
dicentem. de isto loco speculator sum. Ne
tardes converti ad Dnm.
neq' differas de die in diem, su-
bito enim veniet ira eius,
et in tempore vindic-
tae, disperdet te. Vi.
Numquid ego scripsi hoc? nunquid
ego delere illud possum? si delve-
ro; timeo deleri. illud possum
tacere? timeo, tacere.
predicare cogor.
territus, terreo.

Idem:

Scio ego, et mecum omnis homo, qui paulo attentius conside-
raverit; neminem Deum timentem sub verbis i-
us non se corrigere, nisi qui putat, quia plus
habet vivere. ipsa res est, qui multos oc-
cidit, cum dicunt CRAS, CRAS.
et subito ei, qui de die
in diem poeniten-
tiam differt, ostium clauditur.

Jerem. Cap. 2:

Verterunt ad me tergum, et non faciem; et in tempore afflictionis suę, dicent: surge, et libera nos. ubi sunt dii, quos fecisti tibi? surgant, et liberent te in die afflictionis tuę.

§ Anno:

Tempus infiniti valoris sibi a Deo datum, fatue expendit.

Histor:

Cesarius Heisterbacensis sequens narrat factum. etenim conversus quidam Ordinis sui per multos annos, grave quoddam peccatum subticuerat, qui alias, quoad exteriorem conversationem, valde virtuose vivebat. in fine tandem vitę, peccatum illud, cum aliis confessus fuit. idem vero

Cesarius,

Postquam hanc historiam recensuit cuidam, quam sibi obiecerat questioni, scilicet quid sentis de salvatione huius hominis?

in hec verba respondet:

dico, sicut Augustinum lego sensisse: si contritio eius fuit in-

Fuit in Charitate, salvus est; sin autem aliter, damnatus. qui sero poenitet, opportet, non solum timere Judicem, sed diligere.

Ex Div. Xprom: sed multis, inquis, dedit Deus privilegium, ut in ultima senectute, confiterentur, quid igitur? numquid, et tibi dabit? fortasse dabit, inquis; cur dicis fortasse? contingit aliquando. sed cogita, quod de anima delliberas.

S.ta Mat. Teresia: cogita, unicam esse vitam: unicam esse animam: unicam esse gloria.

Mansi:

Ecclesiasticus quoddam tradit monitum, quod merito, ipsas Libani Cedros contremiscere, validasq; sacri firmamenti Columnas trepidare, facere posset. aiteni: de propitiato peccato, noli esse sine metu. ex quo liquet, quod etiam illi, quibus peccatum condonatum est, adhuc salutem q. 42.

suam=

Quam dubiam, et perplexam, estimare debeant. Eccl. Cap. 9.
Nescit enim homo utrum amore, vel odio
dignus sit.

Cesarius Arelat: qui remedium
animę suę, quando potuit, no=
luit querere; postea, etiā
si velit, dubium est,
utrum mereatur
accipere.

S. Ambr: vis, te frater, a
dubio liberari; vis, quod
incertum est evadere?
age poenitentiā
dum sanus es:
si enim agis
veram poenitentiam, dum sanus es,
et invenerit te novissimus dies,
securus es. vis, dicam tibi?
quia egisti poenitenti=
am eo tempore, quo,
et peccare potuisti.
ecce dixi, qu=
are securus
es.

Si autem agere vis ipsam poe=
nitentiam, quando pec=
care, iam non potes:
peccata te dimi=
sserunt, non
tu illa.

S. Bern:

Cum timore Dei spes habet meritum, cum hoc metu fructuose operatur.
sine meritis sperare; non spes, sed presumptio debet dici: S. Isidor: qui male agere non desistunt, vana spe, indulgentiam de Dei pietate requirunt.

S. P. August:

Utinam tan cito peccator homo resurgat ad poenitentiam, quam cito Deus, etiam vult definitam mutare sententiam.

Bellovac:

Diabolus difficulter dimittit, quod diutius possedit.

S. Thom: qui Deum contemnit in iuventute, multum potest timere, ne ipse contemnatur a Deo in senectute. S. Greg: preces offerunt, sed nesciunt, quia tunc, vellut incognitos Dns. desserit, quos modo suos per vitæ meritum non agnoscit. semper ergo extremum diem debemus metuere, quia numquam possumus previdere. ecce hunc ipsum diem, ad inducias conversionis accepimus; et tamen mala, quæ fecimus, flere recusamus. non solum conmissa non plangimus, sed etiam, quæ defleantur, augemus.

Discursus 74.

De Pænitentia non procrastinanda.

S. P. Aug:

Ut de indulgentia divina nemo diffidat, Dns per Profetam, velut Pater piissimus consolatur, dicens: nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat: et illud; impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua: ista tamen tan magna misericordia, tunc nobis prodest, cum non tardamus converti ad Dominum.

S. Basili:

Nos peccata, velociter quidem, pronto q animo committimus; pigre vero postmodum, ac sero poenitentiam agimus.

S. P. Aug: Sero te amavi, Sero te cognovi.

S. Antonin:

Quanto magis, quis peccat, tanto magis elongatur a Deo.

Psalm 118.

Longe a peccatoribus salus

sed non est verissimille,

quod ille, qui se

elongavit a

Deo

Per quadraginta annos, de facili redire possit,

et converti ad Dnum.

Carthusian:

Conversionem, paenitentiamq. differre,

est tempus non solum infructuo=

se, imo, et vitiose expendere,

spiritu alia lucra negli=

gere, hoc est, profectus

in omni gratia, et

virtute, in mul=

tiplicatione.

meritorum,

In incremento Caelestium premio=

rum, propriam animam viti=

is lacerare, demonibus de=

servire, Deo altissimo

prorsus ingratum

existere.

Qui converssionem iniqui tan misericorditer pres=

tolatur, qui ei pro malis tot bona largi=

tur, et ipsum ad meliora hortatur,

qui in seipso infinitae est bonitatis,

sanctitatis, ac dignitatis, ut so

lo eius amore

debeamus ad honorificentiam, et amorem eius allici, et ac=
cendi.

S. Ambr: si aurum tibi offeram, non mihi
dicis: cras veniam, sed iam exigis. au=
rum accipere, nemo differt, nul=
lus excusat; redemptio ani=
mę promittitur, et nemo
festinat.

Eccl. 5: non tardes converti ad
Dominum, et non differ=
as de die in diem: su=
bito enim veniet
ira illius, et in
tempore vin
dictę dispe=
rdet te.

Dionis. Carth: de quodam deffuncto scribit, il
lum ex divina dispensatione alteri appa=
rentem, ad nostram eruditionem, in
memorabilia hec proposuisse ver=
ba: O Cras, O Cras, quam lon=
gam restem mihi fecisti, et
in barathrum mortis
mę procrastinando
traxisti.

Multi porro sunt, qui in lacrymis,
et fletu suo, magnam habent fi=
duciam; verumtamen
verissimum sit, has ad
peccata nostra de=

delenda, valde esse efficaces; non tamen omnes hunc habent effectum. quis enim amarius flevit, quam Esau? cuius fletum Moises hac phra=
si loquendi expressit: irrugiit clamore magno consterna=
tus. et tamen sacer tex=
tus ait: non invenit
locum poenitentiæ,
quamquam in=
quisisset eam
cum lacry=
mis.

Eccl. Cap. 7: ne impie
agas multum, ne
moriaris in te=
mpore non
tuo.

S. Ambr: quousq ad delectationes?
quousq ad comessationes?
dum differs gratiam
mors appropinquat.

Div. Xprom:
Postquam dixisset Ecclesiast: languor prolixior gra=
vat Medicum, confestim subiunxit: brebem
languorem precidit medicus; idest, ut Sy=
ra explicat: recentem infirmitatem
cito curat. quando enim pecca=
ta recencia sunt, et non inve=
terata facilius abo=
lentur.

Hug. de S. Vict:

Facile culpa corrigitur, quæ cito cognoscitur.

Bellovacens.

Difficultas exeundi malam consuetudinem, quanto enim hæc diuturnior est, tanto fortior est; vehementius stringit, et fortius tenet, et impedit, ne homo convertatur; vel facit, ut difficilius convertatur.

S. Bern:

Voluptas habita libenter repetitur; repetita blanditur; consuetudo ligat; ratio consopitur.

S. P. Aug: qui differt poenitere usque in finem, vix, aut numquam bene poenitet; quia quæ creditur vera esse contritio; mortis est instantis exasperatio.

S. Birgitæ Dns dixit: miraris, cur illum non audio, quem vides, multas habere lacrymas, et plurima largiri pauperibus pro honore meo? respondeo tibi ad primum;

Ubi duo fontes decurrunt, frequenter contingit, quod in unum convenientes, alterius aqua

Quę turbida est, et lutosa, maculat, et deturpat aquam fontis
purissimi: aquam factam lutosam, quis poterit
vivere? Sic est etiam de lacrymis multor-
um; quorumdam enim lacrymę, qu-
andoq' procedunt ex humiliati-
one inclinationis naturę;
quandoq' ex mundi tri-
bulatione, et dolore
inferni.
Talium enim lacrymę lutosę sunt, et
foetidę, quia non procedunt ex Cha-
ritate Dei. Sed illę lacrymę sunt
mihi dulces, quę procedunt
ex consideratione bene-
ficiorum Dei; ex con-
sideratione suor-
um peccatoru[m],
ex amore ad
Deum.
S. Aug: duę res sunt: aut igno-
scitur tibi, aut non ignosci-
tur? quid horum tibi
sit futurum, nescio.
ergo tene certu[m],
et dimitte
incertum.
S. Aug. Victorin: peccator es? ama misericordiam; quia si
non amas, non mereris; nec tamen sub hac
spe secure tibi peccandum est. S. Bonab:
qui sanus poenitet, cum ei prospera-

Arrident; tunc signum est, quod dolor suus est ex Dei gratia, non ex affectione terrena.

S. Augo:

Si vis securus esse, pœnitentiam age, dum sanus es; dum mens tibi vacare potest, exercere illam in opere suo. valde suspecta debet esse pœnitentia, quæ coacta videtur esse.

S. Ambr:

Qui positus in ultima necessitate ægritudinis suæ, acceperit pœnitentiam, et mox reconciliatus fuit, et exit de corpore; fateor vobis: non illi negamus, quod petit; sed non presumo dicere, quia bene hinc exit.

Non presumo; non polliceor, non dico, non vos fallo, non bos decipio, non bobis promito. fidelis bene vivens, securus hinc exit. agens pœnitentiam dum sanus est et reconciliatus, si postea bene vixerit, securus est.

S. P. Aug: intendant, qui amant in Dño mansuetudinem, timeant veritatem. etenim dulcis, et rectus Dns.

Amas, quod dulcis est? time, quod rectus est. tanquam mansuetus dixit: tacui; sed tanquam rectus: numquid semper tacebo? misericors, et miserator Dns. ita plane; adhuc adde; longanimis; adhuc adde: et multum misericors; sed time, quod est in novissimo: et verax; quos enim modo sustinet peccantes, iudicatur ... us est contemnentes.

An divitias longanimitatis, et mansuetudinis eius contemnis, ignorans, quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam cordis tui et cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irę, et revelationis iusti iudicii Dei.

S. Antonin: cum quis moritur in peccato, diabolus non multum eum impugnat, qui suus est; sed cum perpendit, quod vellit recedere abeo per poenitentiam, multum repugnat; et quidem tanto plus quanto diutius possedit, et vel maxime in articulo mortis, quia scit se amplius tempus non habere.

Eccl. 9:

Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves laqueo comprehenduntur; sic capientur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit. Chartusianus:

Vigilate,

nescitis enim, quando Dnus veniat, sero, an media nocte, an Galli cantu, an mane; ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes, idest, tempore vitiorum oppressos.

S. Aug:

Propter illos, qui spe periclitantur, et illationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. quando veniet ultimus dies, nescis. ingratus es, quia hodiernum habes, in quo corrigaris. Innoc. 3: iusto Dei iuditio fit, ut quia cum potest homo converti, non vult; cum vult forte converti non possit. tunc enim secutum est homini poenitere, cum potest ipse peccare.

Ovidius: Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Aphori. Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

3. Reg. 20:

Div. Xptom. sup. verba: forsitam salbabit animas nostras. sic ait: sed multis, inquis, dedit Deus privilegium, ut in ultima senectute confiterentur. quid igitur? numquid, et tibi dabit? fortasse dabit, inquis. cur dicis, fortasse? contingit aliquando. sed cogita, quod de anima deliberas.

S. Cesar. Arelat:

Qui remedium anime sue, quando potuit, noluit querere; postea etiam, si vellit, dubium est, utrum mereatur accipere.

Justinian: o tentationum horrendum genus, sub specie indulgentie, facinora graviora conmitere! S.

Greg: ibi iam a Deo non potest mereri, quod petit, qui hic noluit audire, quod jussit; quia, qui tempus congrue poenitentie perdidit, frustra ante Regni ianuam cum precibus venit.

Div. Xptom:

Periculum, et metus est in differendo; salus vero certa, et secura, si nulla sit dillatio.

S. P. Aug: satis alienus est a fide, qui ad agendam poenitentiam, tempus senectutis expectat. metuendum est, ne dum sperant misericordiam, incidant in iuditium; non enim tunc veniet, qui modo ap

Aptum veniæ tempus perdidit. ibi a Deo non potest mereri, quod petit, qui hic noluit audire, quod iussit. Sen.

Seneca:

Non tan presentis, sed et vigilantis est, occassionem obserbare properantem. itaq hanc circunspice; hanc, si videris, prehende; et toto impetu, et totis viribus id age.

Histor: magnus quidam Dei Serbus a Deo, magnopere illuminatus, dicere solebat: ego quotidie centum, et amplius contritionis actus elicere soleo, sperans forte, quod ad minus unus illorum veræ contritionis statum, et conditiones debitas attingat. et quidem. ut difficultatem huius actus distinctius intelligas, respondeas, queso; quidnam sit vera contritio, et quenam ad eam requirantur?

Contritio est voluntarius poenitentis actus, cum summo peccatorum conmissorum dolore in corde nostro ex motibo amoris Dei supra omnia delicta excitatus; adeo q si hic actus vel minimum quid de timore mortis, inferni, vel alterius similis admitteret, in attritionem utiq degeneraret; quæ ad culpam abolendam non sufficit.

Porro causa impulsiva ad Contritionem,

De poenitentia non procrastinanda.

Dillectio Dei esse debet: debet quoq esse actus quidam voluntarius, et deliberatus, non coactus. insuper, coniunctam habere debet certam, et indubitatam spem recipiendi peccatorum veniam. tandem, debet habere propositum confitendi, quam primum poterit.

Qua igitur ratione, peccator aliquis, in suis malis habitibus inveteratus, qui per naturam, ut ita dicam, peccare solet, ex quo mala consuetudo in naturam conversa est, in extremo vitę articulo se ad inferni limem positum, desuper vero divinę iustitię vindicativę gladium districtum videns, presumere poterit, se omnis timoris esse experrem; et consequenter innumerabilium peccatorum suorum, veniam, et indulgentiam plenariam certo sibi promitteret?

Quod si eo tempore, quo Dei oblitus vixit, huius virtutis actus exercere non novit, non intellexit, neq ad illos mentem suam umquam applicavit; quomodo credere poterit, quod in angustiis mortis, a passionum vehementia absortus, contritionem, quam sibi fingit, predictis passionibus totaliter contrariam elicere sciet? maxime, cum tunc non sit habiturus tempus ad illam faciendam,

Nec memoriam illam in eo articulo sibi suggereret, nec Deus ei communicaturus sit gratiam ad eam faciendam, ad quem solum expectat.

Discursus 75.

De perseverantia.

S. Hieron:

Non queruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus male cepit, sed bene finivit. Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione damnatur.

S. Gregorius:

Palma tarde proficit, sed diu in viriditate subsistit. palma bastior in summitate est, quam esse ceperit in radice; quia sepe electorum conversio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando.

Glosa: certam facit vocationem, qui in bonis operibus perseverat.

S. Paul:

Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contra

Contradictionem; ut non fatigemini animis vestris deficientes.

Idem:

Nolite contristare Spiritum S. in quo signati estis in die redemptionis.

S. Ambr:

Contristatur, quia non habet profectum in nobis.

Caietan: ex hoc, quod homines perseverant in malis operibus, dilligunt magis tenebras, quam lucem.

S. Paulus:

Stabiles estote, et inmobiles, abundantes in opere Dñi semper, scientes, quod labor vester non est inanis.

Hug. Carden:

Virtus est, quæ bona acquisita custodit: desistere ab opere inchoato, bonum inchoatum destruit.

Ricard: opus detestabile, et dignum confussione, quod inchoatur ex auro, et consumatur in testa, et ferro. ô confusibiles operarios, qui in initio conversionis suæ opus suum inchoant ex auro, et consumant in luto.

S. Paul:

Sic multi estis, ut cum spiritu ceperitis, nunc carne consumemini? tanta passi estis sine causa? q. 13.

S. Greg: adm

§. Greg:

Admonendi sunt, qui inchoata bona minime consumant, ut cauta circunspectione considerent; quia dum proposita non perficiunt, etiam, quæ fuerint cepta, convellunt.

§. Luc. 17. salva animam tuam, noli respicere post tergum.

§. S. Aug: hominibus fidelibus quoddam prestitit condimentum, quo sapiant aliquid, unde illud caveatur exemplum.

§. Ciril. Alexan:

Inde sumendum esse nobis exemplum, ne ad deploratas revertamur peccatorum illecebras.

§. Bernardinus ostendens, quantum serpens infernalis perseverantiam nostram temerare satagat, sequentem refert curiosam historiam.

Erant duo pugiles, qui ad invicem pugnare volebant. videns autem unus, quod alius eum aggredi volebat, dum ad insultum se preparabat, ait illi: ego, cum duobus non pugnabo. unus vestrum recedat. alter autem credens, aliquem esse post eum, retrospexit; et dum retrospiceret, alter percussit eum in capite, et subito eum interemit. sic, qui non perseverando, retro respicit, statim eum diabolus decipit.

Justinian:

Semper solet diabolus perseverantiæ insidiari; quam solam inter virtutes novit coronari.

S. Bernard:

Qui in Circuitu ambulat, proficiscitur quidem, sed nihil proficit. ve homini qui sequitur hunc Circuitum.

S. Bonab.

Sup. omnes quidem currunt, sed unus accipit brabium. sic ait:

Sic de virtutibus potest dici: nam virtutes ad regnum xpti currunt; sed una sola accipit brabium. nam currunt mundi contemptus, paupertas, vigiliæ, eleëmosina, abstinentia, pacientia; sed sola perseverantia coronatur; nam qui perseveraverit usq in finem, hic salvus erit.

Sanctus Justinianus inchoantibus, Bernard: premium promittitur; sed perseverantibus datur.

Justinia:

Perseverantia filia singularis est summi Regis, finis virtutum, earumq consumatio, sine qua, neq qui pugnat, victoriam; nec victor, palmam consequitur.

S. P. Aug:

Nullus legitime certat, nisi qui in campo, usq. ad finem certat: et si certat usq. ad finem, legitime certat, et ideo merito coronatur.

Iustinian: sicut oculis corporalibus necessaria est lux, ut suo perfruantur fine; ita et omnibus predestinatis, et ad Regnum Coelorum, virtus perseverantiæ.

Idem:

nutrix est ad meritum, mediatrix est ad premiu.

S. Isidor: esto in pœnitentia firmiter confirmatus; vitam bonam, quam cepisti, tenere non deseras; propositum bonæ vitæ conserba iugiter: beatus eris, si permanseris: beatus, si perseberaberis: salus perseberantibus promittitur; premium perseberantibus datur.

beati, qui custodiunt iuditium, et faciunt iustitiam in omni tempore: non est beatus, qui bonum fecit, sed qui bonum incessabiliter fecit.

S. Hieron:

Non ex preteritis, sed ex presentibus iudicamur. Cavendum est, et semper timendum, ne veterem gloriam, et solidam firmitatem, unius horę procellam suvertant.

non respicit Deus, quales ante fuerimus, sed quales circa finem vitę extiterimus.

S. Athan:

Tenendus est continuus instituti rigor: Deus enim, in= quo nos invenerit, in= eo iudicaturus est.

nam et infelix Judas, propter unius noctis impietatem, omni preteriti temporis labore privatus est.

S. Anton: hoc autem sit primum cunctis in conmuni mandatum; nullum in arrepti propositi vigore, lascescere, sed quasi incipientem, augere semper debere, quod ceperit.

Seneca:

Felix sapientia, quę ex alioru discitur insipientia.

S. Bern:

Virtus perseverantię, attribus precipue plurimu adiubari.

Videlicet: Imitatio Sanctorum: brebitas vitę: fragilitas corporum.

S. P. Aug:

Semper tibi displiceat, quod es, si vis pervenire ad id, quod nondum es: nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti: si autem dixisti: sufficit, periisti.

Axioma Philos:

Nolli proficere, deficere est.

S. Leo:

Quantumlibet quis iustificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quo probatior esse possit, & melior.

S. Aug. Card: sup. Sustine, ut crescat in novissimo vita tua. ait: Sustine, coniungere Deo, conformando voluntatem tuam, voluntati divinę; ut non solum patienter, sed ex amore, et libentanter, tribulationes sustineas. Sustine, ut sic augmentetur tibi meritum vitę ęternę.

Idem:

Sive infirmitas, sive sanitas, sive contumelia, sive iniuria, sive molestia, accipe: idest, ad te cape cum gratiarum actione; quia si est adversitas, medicamentum est; si prosperitas, beneficium. erit a pro utroque debes gratias agere.

Dion. Carth:

Quanto quis fortius nititur Deo servire, et in omni virtute proficere, tanto accrius contra eum sevjit, insurgit, et resistit adversarius humanę salutis.

S. P. Aug:

Persevera usq' in finem, quia tentatio perseverat usq' in finem. usq' in quem finem? certe, quousq' finias viam, idest, vitam presentę.

S. Bonab:

Obedientia semem recipit; patientia fructificat, perseverantia metit.

Dioni. Carth: sustine Dnm. inter prospera, et adversa; ne fatigeris animo tuo.

Sustine Dominum, quatenus dicere queas, cum Sto. Job: etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. Versus iste acediam fugat, charitatem inflamat, longanimitatem instruit, stabilitatem inducit, omnemq' torporem, diffidentiam, pusillanimitatem, negligentiam, ac desperationę expellit.

Hug. Card:

Si differat premium, sustine patienter Dnm, qui promissit, et verax est, in promissis.

Sustine tardantem ad augendum meritum, et premium.

S. P. Aug:

Sustinere Dominum, est, tunc accipere, quando dabit; non tunc exigere, quando vis: ut cum sustinuerit, ut mutaris vitam tuam malam, sustineas illum, ut coronet vitam tuam bonam.

S. Greg:

Sustinentiam perdunt, qui bona, quæ inchoant non consumant.

Finis.

Omnia cedant in laudem, honorem, et gloriam Sanctissimæ, individuæque Trinitatis. Amen.

Discursus miscellaneus

Variarum sententiarum

dictorum q[ue] SS. Patr.

Nunc autem agitur
de Statu Religi
oso.

Ang. D: status Religionis, est quedam disciplina, vel exercitium ad perfectionem perveniendi.

Et ipsa perfectio Charitatis, est finis status religiosi; et ideo, ille, qui statum religionis assumit, non tenetur habere perfectam Charitatem, sed ad operam dare ut habeat Charitatem perfectam.

Justinian:

Claustrum religiosum, est hortus conclusus, Paradyssus deliciarum, thalamus nuptialis, cubile inmaculatum, Virtutum schola, tabernaculum foederis, reclinatorium Sponsi, sanctitatis domus, Castitatis Custos, pudicitie firmamentum, et obedientie speculum singulare.

S. Greg: duo sunt Martirii genera; unum in mente, alterum in-

In mente, et actione simul. itaque Martyres esse possumus, etiam si nullo percutientium ferro trucidemur.

S. Bernard:

In Religione vivit homo purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, irroratur frequentius, quiescit securius, moritur confidentius, purgatur citius, remuneratur copiosius.

Kempis:

Habet magnum, et salubre purgatorium, qui sibi ipsi violentiam frequenter facit, et carnem omnino spiritui subiugare conatur.

Rudericius: opera, quę ex voto fiunt, maioris meriti apud Deum esse, quam, quę voluntarie absque voto fiunt.

Historia:

Abbas Agathon suasit, dum veteri cuidam Monacho roganti, quomodo se in Religione gerere deberet? respondit: Vide, qualis fueris primo die, quando existi de seculo, et receptus fuisti in Claustro, et talis permane semper.

S. P. Aug. dixit ad Demetriadem Virginem: obliviscere omne preteritum, et quotidie inchoare repuTa.

De Contemptu Mundi.

Jacobonus.

Plus crede litteris scriptis in glacie, Quam mundi fragilis vanę fallacię.

Serafic. D.

Sup. utinam saperent, et intelligerent, ac novissima providerent. sic ait: utinam saperent, damnatorum multitudinem salvandorum paucitatem, et rerum temporalium vanitatem. intelligerent, peccatorum multitudinem, bonorum omissionem, et temporis amissionem. providerent, mortis periculum, extremum iuditium, et ęternum supplicium.

Dion. Carth:

Mundanarum rerum contemptibilitas elucescit ex hoc, quod frequenter eas dat Deus abundantius hostibus suis, seu reprobis, quam electis.

§ Ant. Patav:

Poculum, vel Calix aureus in manu Babylonis, est mundi gloria, foris aurea, sed intus omni spurtitio, et abominatione plena.

Historia

Bellisarius, tanquam Generalis Justiniani Imperatoris, ex Urbe
Roma, et Universa Italia Gothos expulit, profligavit Persas,
Uvandalos devicit, Siciliam, Regnumq Neapolita-
num Imperio Romano acquisivit; cum exercitu
victorioso, Romam ingressus, post recuper-
atum Mediolanum, et universam Ligur-
iam, Gothorum Regem captivum fe-
cit; unde Imperator, in tanto eum
pretio habuit, ut in monetis ar-
genteis imaginem suam ex
alia vero parte, Bellisa
rii effigiem inprimi
fecerit, cum hac Epi
graphe: Bellisar
ius decus Ro
manorum.

Sed, O dolosum mundi applausum! Bellisarius namque
quamvis totius Romani Imperii solidissima Co
lumna, et fulcrum esset, ex alto honorum gra
du miserrime deiectus est: cum enim em
uli ipsius eum apud Imperat. perpe-
ram accusasent, quasi affectasset
Imperium; eodem Imperatore,
e dignitatis suę sublimitate
in profundissimum igno
minię, et miserię barathr-
um precipitatus fuit.

Etenim eruti ei fuerunt oculi, atq eo usq paupertatis pervenit, ut me-
ndicare cogeretur, dicendo: date obulum Bellisario.

De dilectione inimicorum.

Non inmerito S. Agnes S. Birgittæ dixit: nihil est pulchrius aut acceptius Deo, quam lædentem diligere, et pro persequentibus orare.

S. P. Aug:

Qui bene vult suo inimico, Deo similis efficitur.

Nihil mirabilius in rebus humanis, quam diligere inimicos.

idem:

Multa sunt genera eleëmosynarum, quas, cum facimus, adiuvamur, ut dimittantur peccata nostra; sed ea nihil est magis maius, quam ex corde dimittimus, quod in nos quisque pecaverit.

Anastas:

Si quis non dimittit iniuriam, quæ sibi facta est, non orationem pro se facit, sed maledictionem super se inducit cum ait: dimitte nobis debita nostra, sicut, et nos. similem maledictionem in suum caput accersivit sua oratione, quædam mulier, quæ cetero quin laudatæ vitæ, et pietatis operum, per quam studiosa erat; ieiuniis macerabat corpus, preces frequentabat, et ut Deo de nocte quoque vacare posset, parcissime (par) indulgebat somno. sed harum virtutum pres

Prestantiam, iracundia corrumpebat; nam si ab aliquo offensam acceperat, fuerat implacabilis, et in odium obstinata. tandem gravi morbo correpta, et presenti Sacerdoti precata est, confessa, sed subticuit vitium immodicę irę. deniq dum ei Sacerdos Viaticum porrigere vellet, illa clausit os, et corpore ad parietem converso, dixit: sicut avertebam me sępius ab iis, quę gratiam offensę rogabant, ita et nunc Deus avertit se a me; actum est, proiecta sum a facie eius, in ęternum non videbo illum, Demonum in tormentis sum socia, dixit, et desperatam animam exhalavit.

Div. Xptom:

Accede ad proximum tuum, a quo eum lędendo recessisti. si cogitatu offendisti? cogitatu reconciliare. si verbis? verbis. si factis? factis. si presens est, humilia te. si absens? bonam voluntatem, ac propositum satisfaciendi habe.

Spt. S.tus qui lętatur ruina alterius, non erit impunitus.

S. Laur. Justin.

Propria voluntas semper Deo inimicatur.

S. P. Aug: amor sui est causa omnis peccati.

S. Bern: cesset voluntas propria, et Infernus non erit.

De iuditio temerario.

1. ad Corint. 5:

Quid mihi de iis, quę foris sunt, iudicare?

Eccl. 10:

Stultus in via ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes (quos obvios habet) stultos estimat.

S. Bern:

Quando video, aliquem suum proximum interficere, antequam cultellum extrahit, debeo eum poenitentem estimare; multo magis, si hodie video aliquem peccare, cras non debeo eum pro peccatore habere, sed poenitentę estimare.

Salvator noster

Dilectę suę Mechtildi, dixit: magni esse Criminis, dum homo iudicat proximum suum; quem, si iniuste iudicaverit, reus erit tanti sceleris, quanti esset is, qui fecisset hoc malum, quod de eo iudicatur. quod si homo etiam fecit id, quod de eo dicitur; tamen, quia nesciens intentionem facientis secundum cor suum, et sensum iudicat, tan reus erit ex ipso iuditio, quam ille, qui rem ipsam perpetravit; et nisi poenitendo diluat, similę penę, quam ille promeruit, qui hoc malum fecit, et ille subiacebit.

Historia.

Abbas Pimenius, dum vice quadam Patres antiqui in unum convenissent, et de multorum fratrum vita, et moribus detrahendo, et iudicando, loquti fuissent: Pimenius se ab eorum consortio subducens foras egrediebatur; tollens que magnam sportam, implebat eam arena, et ponebat super dorsum suum. deinde de eadem arena accipiens replebat parvam sportellam, et appendebat illam ante se: cumque fratres sic facientem conspexissent, inquisierunt ab eo, quid hoc factum sibi vellet? et ait: sporta magna, quę multum de arena continet; significat peccata mea,

Quę quoniam multa sunt, proieci ea post tergum meum; nolens ea videre, ne pro illis doleam, aut plangam; sed ecce pauca delicta fratris mei ante oculos meos locavi, et discrutior in ipsis, condemnans fratrem; sed non opportet sic iudicare, sed magis peccata mea ante me adducere, et de ipsis cogitare supplicareque Deum, ut mihi ea indulgeat. quod audientes Patres dixerunt: in veritate, hęc est via salutis ęternę.

S. Bern:

Excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta surreptionem, puta casum.

Deus S. Catharinæ dixit: ut attingere possis ad unionem, et puritatem, numquam iudices de re aliqua, quam videris ab aliquo fieri, sive dici contra te, sive contra alium. Et si videris etiam peccatum expressum, extrahes ab ista spina rosam odoriferam, videlicet, eos offerendo coram me per veram, et fraternam compassionem; et isto modo pervenies ad puritatem perfectam.

De Murmuratione.

Murmuratio describi potest, quod sit, quedam querela cum impacientia, in his, quæ homo deberet patienter ferre. Et tale murmur fit, dum vel ore, vel mala voluntate contradicitur; fitque communiter contra Prelatos, et Superiores, tan Laicos, quam Ecclesiasticos, et de illis crebro inferiores querunt.

murmuravit omnis congregatio contra Moysen, et Aaron in solitudine. Exod. 16.

S. Paul. 1. Cor. 10: hec autem in figura facta sunt nostri. idest, propositi sunt nobis Israelitæ in exemplum, non imitandum, sed fugiendum. ideo subdit: Ut non simus concupiscentes malorum, sicut, et illi concupierunt. et mox:

Neq; murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt.

Gerardus Abbas: grande malum sit murmuratio, quando eam tan tremendo iam olim Deus punivit supplicio. si tan rigidus Dei furor fuit in Judeorum cruditate; quam erit abominabile murmur in Religiosorum perfectione?

Origenes:

Illorum igitur pena, emendatio sit nostra.

S. Bernardin:

Qui cum murmure obediunt, felle Dominum pascunt.

ad Philip. 2.

Omnia facite sine murmurationibus, ut sitis sine querela.

Histor:

Scribit Stengelius de Joanne Baxelo Londini in Anglia in domo Carthusiensi professo; quod allati fuerant, quadam die, cibi non sapientes, nec, ut arbitrabatur, sufficientes. itaq; in impatientiam datus, cepit murmurare, palamq; cum stomacho dicere: mallem bufones, quam huiusmodi pisciculos comedere. annuit voto Deus, et non fraudavit eum desiderio suo. tantam enim extemplo bufonum copiam illi in Cellam adduxit, ut cumulati totum illius loci pavimentum replerent. nec otiosi herebant, sed quocumq; pedem mobebat, post eum repitantes, aut salientes, tanquam ministri sequebant.

Si mensæ accumberet, commanducabant. si se ad quietem recipiebat aderant bufones, etiam in lecto sociati. si quem in focum proiiceret, illæsus statim exiliebat. unum forcipe prehensum; igne torrere instituit, sed tantus exeo foetor exhalavit, ut acepto desistere compelleretur. alios fuste elisit, sed mox alii, aliique superveniebant, et numerum augebant. toto mense faraonica hæc plaga in Cella; in horto autem trium mensium spatio perduravit. desiit tandem, ubi Joannes stulti desiderii sui impietatem satis deploravit. hac igitur correptus plaga, didicit diligentissime cavere murmura.

De Detractione

Detractorum nota vox est, nisi, dum dicunt: bonus esset, nisi hoc, vel illud vitium haberet. onde notum est Distichon.

Si, nisi, non esset, quam felix quilibet esset,
Sunt pauci visi, qui caruere nisi.

S. Bonab:

Erubescant dicere de absente, quod cum Charitate non possent dicere coram ipso.

ad corinth. 6.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. super quæ verba nervose scribit S. Aug:

Omnia mihi licent; omnia, quæ nullo præcepto Dni prohibentur, licent; sed non omnia expediunt, non conducunt ad vestram, vel proximi spiritualem ædificationem. ideo, non nisi illicita prohibentur a Dño, vt ea, quæ licita sunt, et non expediunt, non legis vinculo, sed libera dilectionis beneficentia caveant.

Siracidis:

Audisti verbum adversus proximum tuum? Commoriatur in te, fidens, quoniam non te dirrumpet. sepeliatur in te, ibi extinguatur, nec ultra exeat.

Prov. 21. 23:

Qui custodit os suum, et linguam suam (ab omni malo verbo) custodit ab angustiis animam suam.

S. Hieron:

Ubi desunt audientes, non inveniunt detrahentes.

S. Bern:

Detrahere, vel audire detrahentem; quid horu damnabilius, non facile dixerim.

S. P. Aug:

Quem diabolus non potest devorare seductum ad nequitiam, famam eius inquinare conatur, vt si fieri potest, opprobriis hominum, et malarum linguarum detractione deficiat, et sic in eius fauces ruat.

S. Hieron: fieri non potest, vt absque morsu hominum, vitæ huius curricula quis pertranseat.

De contentione

De Contentione

Contentio est, ubi non ratione, aliquid, sed animi pertinacia defenditur; et ubi non veritas queritur, sed ani-mositas fatigat.

Eccl. 11: de ea re, quæ te non molestat, ne certes.

S. Basil:

Contentiones a principio quidem exiles esse solent, et facile curantur; at procedente tempore auctæ, insanabiles omnino evadunt.

Cato:

Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.

De mortificatione

S. Bernardus ait: docendus est homo sic habere corpus suum, sicut ægrotum; cui etiam multa volenti inutilia sunt neganda; utilia vero, etiam nolenti ingerenda.

Christus dixit S. Cathar:

Q.to magis morieris in te, tanto magis vives in me: et quo purgatius eiicies, quod tuum est, tanto abundantius ipse reponam, quod meum est.

S. Simon Stylites in diversis columnis ultra 50 annos iugiter stetit et integro anno, uni solummodo pedi innixus. Sanct. Moises Ethiops sex annis pernox stetit, ut somnum vinceret. trienio in sepulchro Sisinius, noctibus, atque diebus, numqua, sedens, acclinans, aut iacens, aut egrediens, hesit.

Blosius: siquis propter Deum voluntati suę etiam in minimis re
bus reluctetur, rem ipsi Deo gratiorem prestat, quam
si multos mortuos ad vitam reducat.

S. Dorothi

Consueste, non circumferre oculos ad
aliena, et vana; hec enim depe-
rire faciunt omnes labores
monasticos.

S. Aug: qui fecit te, sine te, non iustificabit, nec salbabit
te, sine te.

S. Greg: intueri non decet, quod non licet concupiscere.

S. Basilius.

Sicut magnes ad se trahit ferrum; ita foemina
attrahit virum, quod vel maxime fit per
mutuum aspectum.

De Abstinentia

S. Athanas: ieiunium morbos sanat, distillationes corporis exi
ccat, demones fugat, pravas cogitationes repellit, mentem
clariorem reddit, cor mundum efficit, corpus sanctifi
cat, deniq. ad thronum Dei homi
nem sistit.

Sic Schola canit Salernitana.

Ex magna Cena Stomacho fit maxima pena:
Ut sis nocte levis, sit tibi cena brebis.
Pone gulę metas, ut sit tibi longior etas.
Esse cupis sanus? sit tibi parca manus.

Quo minus ægrotes, non extra tempora potus.

Math. Tympius:

Si tibi deficiunt medici, medici tibi fiant
Hæc tria, mens hilaris, requies moderata,
Dieta.

Div. Xptom.

Quod necessitatem in edendo excedit, id non alimentum, sed pestis est;
Satietas, morborum omnium origo.

S. Greg:

Ex uno gulæ vitio, innumera vitiorum agmina ad animæ conflictum produci.

De Gratitudine.

1. thesal. cap. 5:

In omnibus gratias agite; hæc est enim voluntas Dei. Cassiodor: invitat ad magna, qui gratanter suscipit modica; et spem de futuris recepit, qui transacta beneficia recognoscit.

S. P. Aug:

Quid melius, quid præstantius, et animo geramus, et ore promamus, et calamo exprimamus, quam Deo gratias? hoc nec dici brevius, nec audire letius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.

S. Bonab:

Dei Mater adinventrix fuit, et Magistra huius Deo gratias.

Idem:

Heu! quanto tempore te in peccatis tuis toleravit? et quot, et quantos ante tuam conversionem in peccatis damnavit; et te semper peccantem misericorditer expectavit?

De Silentio.

Asceta:

In nullo Ordine stabit pax, et disciplina, si non adsit censura silentii, quietis amica, quæ est devotionis nutrimentum.

Nacianzen:

Nescitis, quam bonum divinitus sit consecutus, cui silere liceat.

Solita erat

Dicere S. Maria Magd. de Pacis; sicut impossibile est, ut anima religiosa gustet res divinas, si non delectatur silentio: ita nemo aptior est, ad divinas consolationes percipiendas, quam silentii custos. iuxta illud Ieremiæ. Tren. 3: sedebit solitarius, et tacebit, quia lebavit se supra se.

Hic. S. Petrus Damian: dum tacet sedebat super se, quia mens humana, dum intra silentii Claustra circumcludit, in superiora sublimis erigitur, ad Deum per coeleste desiderium rapitur, et in amorem eius per ardorem Spiritus inflammat.

Kempis:

Silentium bene observando, obedientiam etiam servas, humilitatem retines, verecundiam adornas, senibus reverentiam exhibes, iuvenibus exemplum prebes,

subditis, et discolis timorem incutis, extraneis bonam famam intraneis pacem, et concordiam generas.

§. Greg:

Ille loqui veraciter novit, qui prius bene tacere didicerit.

§. Petr. Dami:

Religiosus dum sub silentii Censura concluditur, vivit; perit autem, cum ad loquendum os inmoderatius aperit.

§. Arsenius.

Me sepe penituit loquutum fuisse, numquam autem, tacuisse.

Idem e Coelo vocem audivit.

Arseni, fuge homines, et salvaberis.

Nacianc:

Fuge publicum, fuge et ipsos domesticos, secede ab amicis, et intimis, etiam ab illo, qui tibi ministrat. an nescis, verecundum habere te sponsum, et qui nequaquam suam velle tibi indulgere presentiam, presentibus ceteris.

§. Bern:

Secede, sed mente, non corpore, sed intentione, sed devotione, sed spiritu.

Xpiom:

Solitudo non facit esse solum, sed mens, que tenetur amore, et studio sapientie. ita etiam, qui habitant in mediis urbibus, poterunt esse singulares homines, dum corruptos Cetus fugiant. hec est via secura.

De Lectione

S: Pauli:

Attende lectioni. S. Athanas: sine legendi studio, neminem ad Deum intentum videas.

S. Hieron:

Tenenti Codicem, somnus obrepat, et cadentem faciem Pagina sancta suscipiat.

S. Bern: si ad lectionem accedas, non tan quæras scientiam, quam saporem.

S. P. Aug:

Scopus Christianæ religionis est, ut quæ ex doctrina veritatis didicimus opere impleamus: non enim auditores legis iusti sunt apud Deum; sed factores legis iustificabunt, et salvabunt.

Eclesi:

32.

In hora resurgendi non te trices: precurre autem prior in domum tuam, et illic avocare, et illic lude, et age conceptiones tuas: et super his omnibus benedicito Dnm, qui fecit te, et inebriante te ab omnibus bonis suis.

Audi Religiose Monache, ausculta devote Clerice; attende Senex, et parvule, doctrinam bone vite.

Monache, ad quid venisti? quare mundum reliquisti? cur Cappam istam induisti? et pompam mundi despexisti? nonne ut Deo servires, et cor tuum custodires? cur ergo sic vagaris, et vana meditaris. multum peccas evagando, tempus perdis otiando.

Apprehende arma, et scutum. evagari non est tutum. otiari grande vitium. fabulando perdis premium: operando vince tedium: orando querere medium.

Mane ergo in Cænobio: vive caste sine proprio: fuge, tace cum Arsenio: sede solus cum Machario: sepe ora cum Antonio: labora cum Pachomio: ieiuna cum Evagrio: vigila cum Hilario.

Sustine dolores cum Laurentio: despice honores cum Vincentio: dilige Iesum cum Ignatio: fer damna rerum cum Eustachio: confitere Christum cum Tiburtio: resiste draconi cum Gregorio. coronaberis cum Martiribus, si resistis malignis instinctibus.

Cave curiosa legere, quæ possunt mentem distrahere. Stude, vitia tua cognoscere, et viriliter eis resistere. ambula cum simplicibus, adhere innocentibus. benefac tibi contrario, supplica pro adversario, et eris charus Dei filio, ac dignus Sanctorum consortio.

Monachorum est orare, gemiscere, et plorare pro suis defectibus: carnem suam castigare vigilare, ieiunare, a voluptatibus. linguam refrenare, aures obturare a vanitatibus. Oculos custodire, pedes premunire ab excursibus. manibus laborare, labiis exultare, corde iubilare in Dei laudibus. caput denudare, basse inclinare, genua curvare Crucifixi pedibus.

Prompte obedire, numquam contraire suis maioribus. libenter servire, cito subenire infirmis fratribus. curas mundi abiicere, coelestibus intendere totis conatibus.

Vitam Jesuchristi stude imitari: caste, iuste, pie disce conversari: de nato Jesu cane dulciter: de passo Jesu dole graviter: leta misce tristibus tuis exercitiis:

Mala terge fletibus, cave a delitiis. Jesum quere diligenter: clama, pulsa vehementer. in devotis hymnis delectare, dulce est de Jesu cogitare, dulcius cum Jesu iubilare, dulcissimum Coelos penetrare. Jesu ob amorem, omnem fer laborem. sustine vim patiens. tace, ut sis sapiens. mores rege, aures tege. sepe ora, sepe lege. omni die, omni hora, te resigna sine mora.

Adversa mundi tolera pro Christi nomine. plus nocent sepe prospera cum levi flamine. cum a multis molestaris, nihil perdis, sed lucraris, multa bona consequeris. nam Deum honorificas, et Angelos letificas: coronam tuam duplicas, et proximos edificas. labor quidem parvus est, et brebis vita: et merces grandis est, quies infinita. toties Martyr Dei efficeris, quoties pro Deo penam pateris. patiendo fit homo melior, Auro pulchrior, vitro clarior, a vitiis purgatior, virtutibus perfectior: Jesuchristo acceptior, Sanctis quoq. similior, hostibus suis fortior, amicis amabilior. assuesce Jesum invocare.

Mariam sepe salutare: Cruce sancta te signare: omnes Sanctos honorare: contra Demones certare, vigilare et orare. in Dño semper spera, age recta, profer vera. coram Deo te humilia, et gratiam invenies. ama pauca, et simplicia, et pacem bonam reperies.
Ne vincaris a Demonio, omnia fac cum consilio et non facile errabis.
Nescis enim quamdiu hic eris, certum est, quod morieris, numquam tamen desperabis.
Esto internus, debotus Deo totus, mundo ignotus, et eris semper letus. multum tibi vilis, et despectus, fratri tuo pius, et subiectus, maturus, et facetus.
de bonis Deo da gloriam, et de malis pete veniam,
Omnem remitens iniuriam. sicq. per Dei gratiam pervenies ad patriam post huius vite miseriam. ubi Jesus, et Maria in summo gaudent gloria cum tota Celi Curia.
ad quam nos post multa pericula perducat Agnus sine macula.
Cui laus per eterna secula. Amen.

Raro niatnq. alio tempore Religiosus demonstratur, qui hoc tempore religiosior non invenitur. alio tempore cavere illicita, laudabile est; modo non continere a licitis, vituperabile.

Idem.

Si sacra Jesu verba capere desideras, ad interiora convertere et disce spiritu ambulare.

Amor Jesu

habet consolationem invisibilem, expectat fructum inmarcescibilem. ego (inquit) elegi vos de mundo; per gratiam meam vocando;

ut eatis;

a vobis ipsis, propriam voluntatem deserendo; et fructum charitatis afferatis, me super omnia diligendo; et fructus vester maneat, in aeterna benedictione mecum regnando.

Illa studeas magis cavere, et vincere, quae tibi frequentius in aliis displicent. sicut oculus tuus alios considerat; sic iterum ab aliis notaris.

David. Psalm. 144.

Miserator, et misericors Dns, patiens, et multum misericors, et miserationes eius, super omnia opera eius.

Genebrard. hic: in omnia opera sua, miserationes eius sunt. vt et supplicium gehennę moderatius sit, atq mitius, quam scelerū nostrorum attrocitas mereatur.

Ecclesiast. Cap. 5.

Ne temere quid loquaris, neq cor tuum sit velox ad proferendum coram Deo: Deus enim in Coelo, et tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui.

Ibid. Cap. 9.

Quodcumq facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.

Idem. Cap. 10.

In cogitatione tua, Regi, ne detrahas, et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti: quia et aues Coeli portabunt vocem tuam; et qui habet pennas annuntiabit sententiam.

Idem. Cap. 11.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum.

Homo enim videt ea, quæ parent: Dns autem intuetur cor.

Eclesiast. Cap. 4:

Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas; et cum sapientia respondeas responsum verum. si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, et confundaris.

Ibid. Cap. 6.

Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos: et lingua eucharis, in bono homine abundat:: si possides amicum, in tentatione posside eum, et ne facile credas ei; est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.

Ab inimicis tuis separare: et ab amicis tuis attende.

Cap. 7.

Ne dicas: in multitudine munerum meorum respiciet Deus, et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.

Cap. 9:

Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.

Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. colloquium enim illius, quasi ignis exardescit.

Ecclesiast. Cap. 10:

Omnis iniuriæ proximi ne memineris; et nihil agas in operibus iniuriæ.

Ibi Cap. 11.

Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: et cum interrogaveris corripe iuste.
Priusquam audias ne respondeas verbum: et in medio sermonum ne adiicias loqui.

Ibi Cap. 18:

Ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversationem tuam: non impediaris orare semper; et ne verearis usque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum.

Ibi Cap. 28.

Abstine te a lite et minues peccata. multi ceciderunt in ore gladii: sed non sic quasi, qui interierunt per linguam suam.

Ib. Cap. 31.

Vinum in iucunditatem creatum est, et non in ebrietatem, ab initio.

Ib. Cap. 32.

Fili sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebis.

Ibi. Cap 38.

Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit illum, incidet in manus Medici.

Poet.

Felix, quem fecit aliorum pericula cautum.

Secundum virtutem tuam cave te a proximo tuo, et cum sapientibus, et prudentibus tracta.

Fili in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum.

Cap. 37.

Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam: in multis enim escis erit infirmitas.

Cap. 41.

Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, et magni.

Cap. 6.

Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille. si possides amicum, in tentatione posside eum, et ne facile credas ei, est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in tempore tribulationis.

Cap. 7.

Memento iræ, quoniam non tardabit. humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, ignis, et vermis.

Cap. 13.

Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia.

14.

Fili si habes benefac tecum, et Deo dignas oblationes offer.

Cap. 17.

Ante mortem confitere. a mortuo quasi nihil, perit confessio. confiteberis vivens; vivus, et sanus confiteberis, et laudabis Deum, et glorificaberis in miserationibus illius.

Cap. 18. post concupiscentias tuas ne eas, et a voluntate tua avertere.

Cap. 19.

Amico, et inimico noli narrare sensum tuum; et si est tibi delictum noli denudare. audiet enim te, et custodiet te, et quasi defendens peccatum odiet te, et sic aderit tibi semper.

Cap. 20: quam bonum est correptum, manifestare poenitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum.

Lucæ. Cap. 7.

Quid autem vocatis me, Dñe Dñe: et non facitis quæ dico? omnis, qui venit ad me, et audit sermones meos, et facit eos, ostendam vobis cui similis sit;

Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, et posuit fundamentum super petram. innundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, et non potuit eam movere: fundata enim erat super petram.

S. Hieron: admoneo igitur tibi, ut non delicatos cibos queras, nec ante horam congruam comedere velis, nec dicas in corde tuo: ecce alii ita, vel ita faciunt; scito pro certo, quod unusquisq; qui in hac vita, plus in Dei servitio laborauerit, eo maiorem mercedem, post mortem à Deo consequetur: ne igitur tibi grabis videatur continentiæ virtus, vide historiam.

Abbas Zenon ambulans aliquando in Palestina, et cum laborasset; resedit, ut manducaret iuxta Cucumerarium. suadebat autem ei animus suus, dicendo: tolle tibi unum Cucumerem, et manduca. qui increpans cogitationem suam sibi dixit: fures ad tormenta vadunt; proba ergo teipsum in hoc si potes ferre tormenta?

Et surgens stetit in ardore Solis, diebus quinque, et dixit: si ardorem solis non possum sufferre, potero ignem eternum? Et dixit ad Animum suum: si non potes portare tormenta; non rapies cucumerem, ut manduces.

S. Hieronim.

Hortor etiam, ut in loqutione sis continens, ut assidue cum Psalmista decantes: dixi, custodiam vias meas,

Ut non delinquam in lingua mea, posui ori meo
custodiam. noli igit aliis detrahere. memento
vero, quod Maria Soror Moysi serbo
Dei, suoq fratri, cum detraxisset,
quid illi accidit. narrat enim
historia, quia ob hanc
culpam, Lepra fue
rit maculata,
Septemq diebus mansit extra Castra,
quæ postmodum per orationem
Moysi fratris sui munda
ta est.
Absit ergo; ut ex lingua per quam Patrem benediximus
inde maledicamus, aut detrahamus proximo.
vide quod scriptum est: quia omnis de-
tractor eradicabitur. unde? sine du-
bio, de cœtu Sanctorum.
ergo &c. et non tantum à
detractione nos opor
tet cessare, sed
etiam
ab otiosis verbis. noli ergo proferre verba, quæ risum, aut
cachinnum moveant, sed magis, quæ ad compunctio-
nem, et lachrymas pertinent. tuus sermo sem-
per sit sale conditus.

Historia.

Venit in itinere conversationis Abbas Evagrius
ad quemdam Senem, et dixit: dic mihi, Abba
sermonem, quo salvus fiam. et ille ait: sal-
bus si vis fieri, quando venies
ad aliquem non prius loqua-
ris, quam ipse inquirat.

Evagrius compunctus in hoc sermone pœnitentiam egit in conspectu Senis, et satisfaciens dicens: crede mihi multos Codices legi, et talem eruditionem numquam inveni. Simul tum proficiens, exiuit.

Scias denique;

Quod in vestimentis sit continentia valde necessaria. Sunt multi, qui putant, quod appetitus pretiosarum vestium non sit peccatum. quod si non esset, nequaquam Dominus Joannem de asperitate vestimenti laudasset. ait enim turbis:

Quid existis in desertum videre, hominem mollibus vestitum? ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Joannes vero, mollibus vestitus esse negatur; quia, qui mollibus vestiuntur, magis terreno Regi serviunt, quam Cœlesti.

nemo, ait

Pater Greg. pretiosa vestimenta, nisi ad inanem gloriam, quærit. peccatores enim sumus, et ideo pretiosa vestimenta quærere non debemus, quia si delicate Corpus nostrum fovemus, hostem nostrum nutrimus; nullum enim maiorem inimicum nutrit homo quam Corpus.

De Compunctione.

Quia compunctio in omni opere est necessaria, commendanda est tibi, quamuis mortificationi iungatur; puto enim (ait D. Hironim.) quod vera mortificatio, ab aliquo possideri non possit, nisi cum compunctione.

id circo

Quicquid agis, vel silentium teneas, vel abstinentiam facias, vel nuditatem ames, vel vigilias furtibas diligas, omnia pro Dei amore fac, et cum lacrymis.

si lacrymę currunt adest tibi vera compunctio.

Psalmista ait:

Holocausta medullata offeram tibi. holocaustum ergo Dno offert, qui totum se Dno tradit, quod ad monachorum ordinem specialiter pertinet. per medullam vero holocausti compunctio designatur. holocaustum vero sine medulla, est bonum opus sine compunctione. sed hanc medullam ipse Psalmista alibi, pinguedinem nominat. holocaustum tuum, ait, pingue fiat.

Historia.

Frater quidam (in Vitas PP. scriptum est) interrogavit alium Senem: Pater quid faciam? dixit ei Senex: flere debemus semper. contigit enim, aliquem Senem mori aliquando, et postmodum in seipsum reverti, et interrogavimus eum: quid vidisti Abba? et ait plorans: audivi illic vocem sine mora dicentem: ve nobis, ve nobis.

Utile namq. consilium est hic ad tempus deplorare, quia hec vita brevis est, labens est, misera est, et transitoria est. quod si lacrymas statim, ut volumus, invenire non possumus, persistamus in precibus; quia Dns nobis facile potest lacrymas dare. cogita de penis Inferni; vermis ibi non morietur; ignis non extinguetur; luctus numquam cessabit, pena numquam finietur.

Si semper hec cogitaveris, salbaberis. recole semper illud, quod Abbas Elias dixit: ego tres causas timeo. primam, Q.do egressura est anima mea de corpore meo. secundam, q.do occursurus sum Deo. tertiam

Q.do adversum me sententia est proferenda. hec cogita; hec meditare, hec tracta solicite, ut Inferni laqueos possis evitare, et ad regna Cœlorum merearis conscendere.

lugendum est hic, quia scriptum est: beati, qui lugent, quoniam consolabuntur.

Defleamus in hac vita nr̃a peccata, et aliorum, quia dictum est lugentibus: luctus vester vertetur in gaudiu.
seminemus nunc in luctu, ut metamus tunc in gaudio, cum quibus Psalmis. ait: euntes ibant, et flebant, mittentes &c. venientes &c.

Nolo autem, ut ab hac virtute, tua sit mens aliena, quę in pectore tuo habitat. per hanc multi Dño placuerunt. per hanc Diabolus vincit. per hanc vitia superant. per hanc Dñs ad misericordiam probocatur.

Veras namq' lacrymas habet, qui hoc non committit, quod deflet; et hoc est, docte plangere. docte plangit, qui plangens malum, quod fecit, non perpetrat, quod iterum plangere debeat. ait enit S. Isidorus: quia liberior est non pœnitens, quam qui adhuc agit, quod pœnituit. deilla enim anima, quę plangit mala sua, et iterat, deilla scriptum est in Profeta: quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas.

De studio legendi.

Nullus potest, perfecte Dei noscere precepta (ait Hieron.) nisi qui legendi continuum habet studium. nam quamvis homo tardum sensum habeat; aliquid tamen discere poterit ex Scripturę mysteriis, si habuerit assiduitatem legendi.
Sicut scriptum est in Evangelio:
qui enim habet, dabitur illi, et
qui non habet, etiam quod
videtur habere, auferetur abeo; idest, qui
habet

Studium legendi, dabit etiam illi intelligendi facultas; et qui legendi studium non habet; etiam hoc, quod videtur habere, idest, quo d naturaliter bonum intelligit, propter ignaviam eius, auferetur ei.
quapropter

Admoneo Charitatem tuam, ut studium habeas legendi, quia omnis profectus ex lectione procedit; quę nescimus, ait S. Isidor, ex lectione discimus. qui bu=lt cum Deo semper esse, frequenter debet orare, frequenter et legere. nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur. cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur. lectio cognitionem Dei administrat. lectio tenebras ignorantię fugat. lectio scientiam homini confert. lectionis studio, Dei, omnium
q virtutum amor
nutritur.

Sanctarum lectio Scripturarum, divinę est cognitio beatitudinis. in his enim, quasi in quodam speculo considerare quit, qualis sit, vel quo tendat. lectio assidua purificat animam, timorem incutit gehennę, et ad gaudia ęterna cor instigat legentis. geminum confert donum; sive quia intellectum mentis erudit, seu quod a mundi vanitatibus, abstractum

Hominem ad amorem Dei perducit. sepius Coecus offendit, quam videns. sic ignorans legem Dei, sepius ignoranter peccat, quam qui scit. sicut Coecus sine ductore, sic homo sine doctore viam rectam vix graditur.

Hortor igitur, ut si vel infirmitas, vel alia contrarietas tibi acciderit, quatenus perfecte valeas scire qualit. tribulationes, infirmitatesq. tolerare debeas; lectioni esto deditus; ibi enim invenies scritum: quos amo, arguo, et castigo; si quos Dns amat, arguit, et castigat: ergo tu ama argui, et castigari ab illo.

Qualiscumq. infirmitas tibi evenerit, gratanti animo suscipe illam.

Firmiter enim debemus credere, quod nullu peccatum sine vindicta relinquit. aut enim hic per poenitentiam unusquisq. peccatum suum delet; aut Dns

pie

pie per flagellum suum purgat; aut post mortem igne 371
purgatorio purgabitur.

Hec vero audiens nequaquam de tua debes desperare salute. nequaquam cum desperatione dicere: multa sunt mala mea, et innumerabilia peccata mea. scito pro certo, quod nullus tantum potest peccare, quantum pietas Dni valet dimittere.

Tantum enim est si poeniteat peccans, si ad illum se convertere studeat.

De Pace.

Salvator noster ad Patrem rediens, speciale munus discipulis dedit, unitatis, scilicet, et pacis precepta, dicens: pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. in pace vos dimisi, in pace vos inveniam. proficiscens voluit dare, quod rediens desiderabat in omnibus invenire. cuius pacis ornamenta, alio in loco ostendit, dicens: beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

Et filius Dei incipit vocari, qui pacificus esse iam cepit. non vult filius Dei dici, qui pacem noluerit amplecti. negat sibi patrem Deum, qui pacificus esse contemnit. sed pax hec cum bonis, et Dei precepta serbantibus custodienda est, non cum iniquis, et sceleratis, qui pacem inter se habent in peccatis suis.

pax cum bonis,

Et bellum cum vitiis semper habendum est. mala quidem hominum impiorum odio habenda sunt, non homines ipsi, quamvis mali sint, quia creaturę Dei sunt. pax vero, quę in bonis est, concordiam fratrum, et charitatem proximorum copulat.

pax spiritum Dei, specialius promeretur. pax dilectionis mater est.

pacem, et veritatem diligite.

Sacerdotis est, in pace populum admonere, quid quid debeat agere. populi est in humilitate audire, quid moneant Sacerdotes.

quicquid non licet, pastoris est, ne fiat, prohibere, et plebis obedire, ne fiat.

Dicta Macharii ad monachos

Si cœperit homo semetipsum agnoscere, cur creatus hic sit; si quesierit factorem suum Deum; et pœnituerit de his voluerit, quę commissit in tempore negligentię suę: sic demum benignus Deus dat illi tristitiam pro peccatis, et postea per suam benignitatem dat illi afflictionem corporis in ieiuniis, in vigiliis, et orationum instantia, et contemptu mundi, ut libens, illatas iniurias sufferat, et odio habeat omne refrigerium corporale, et diligat planctum magis quam risum. post hec tribuet illi dessiderium, fletum, et dessiderium,

Et humiliationem, ut trabem oculi sui consideret, non al= 372
terius festucam nitatur auferre, et dicat semper: quon=
iam iniquitatem meam ego cognosco, et delictu
meum contra me est semper.

Semper exitus sui, memor sit; et quomodo in conspectu Dei
occursurus sit: et iuditia, et penas describat in conspec=
tu mentis sue; nec non etiam, merita, et honores, que
danda sunt Sanctis.

Si autem cognouerit, quia cor ipsius firmatu
est in timore Dni, et non dimittit locum
suum, sed forte resistit adversario
suo, ille perfectus monachus,
et miles Christi vocatur.

Etenim cum multo Navis undarum ictu obrruitur; sic mul
ta possidens monachus non salbatur. nihil possidens
monachus, quasi aquila ad excelsa peruolat. tunc
descendit ad escas, quando compellit necessitas.
qui vult cum Deo semper esse debet
frequenter orare, et frequent. legere.
nam cum oramus, ipsi cum
Deo loquimur: cum vero le=
gimus, Deus nobiscum
loquitur.

Orationibus autem mundamur, lectionibus instruimur.
utrumq bonum est: si liceat, melius est conferre qu=
am legere. quod enim obscurum est, aut dubium,
conferendo cito conspicitur.

Nemo renuncians seculo, bene
potest videre, quod contem=
psit, ut videret. anti=
quum dictum est: avaro tam de=
est, quod habet, qua quod non
habet.

Meditat.s idest, transitus in Christo.

Prima est, cogitare de Dno, ut dessideremus. secunda, de passione, ut sustineamus. tertia, de hora transitus, ut simus parati. quarta, de die iuditii, ut rationem reddamus. quinta, de inferno, ut timeamus. sexta de vita ęterna, ut dessideremus.

Ad Corint. 10.

Quales verbo sumus per epistolas absentes, tales, et presentes in facto.

Ad Galatas. 5.

Caro concupiscit aduersus Spum: Sptus autem aduersus carnem: hec enim sibi inuicem aduersantur, ut non quecumq vultis, illa faciatis:: qui autem sunt Chri, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, et concupiscentiis. si Spu viuimus, Spu et ambulemus: non effitiamur inanis glorię cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Idem Cap. 6.

Fratres, et si preocupatus fuerit homo in aliquo delicto vos, qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne, et tu tenteris::

Nam si quis existimat, se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit:: quę enim seminaverit homo, hec et meret: bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes.

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes; maxime autem ad domesticos fidei.

Ad Thessalonic. Cap. 4.

Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere.

Ad Timot. 2.

Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.

Profana autem, et vaniloquia devita: multum autem proficiunt ad impietatem:

stultas autem, et sine disciplina questiones devita: sciens, quia generant lites.

Servum autem Dni non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati.

Ad Hebreos

Cap. 10.

Horrendum est incidere in manus Dei viventis.

Isai. 66.

Omnia hec manus mea fecit, ait Dns: ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et trementem sermones meos.

Aliæ Authoritates, Sententiæ que SS. PP.

Abbas Poemonem dixit: in nullo sic gaudet inimicus, quomodo in illo, qui non vult cogitationes suas manifestare.

Quidam frater interrogauit Senem, et ait: usq; quo est obserbandum silentium?

Et ait Senex: usq; quo interrogeris. in omni enim loco, si taciturnus fueris, requiem possidebis.

Interrogauit quidam Poemonem: quid est, quod Dns in Euangelio ait: nemo hac dilectione maiorem habet, quam ut quis animam suam ponat pro amico suo. quomodo hoc fiet? ait Senex: si quis audit verbum malum a proximo suo, et cum possit similiba respondere illi, pugnat tamen in corde suo portare laborem, et vim sibi facit, ne respondeat illi, et contristet: iste talis, animam suam ponit pro amico suo.

Quidam Senex

dixit fratri; omni die vicinam tibi mortem esse, cogita. quasi iam clausus in monumento, nihil de hoc

seculo cures. timor Dei permaneat inte in omni hora. crede te, hominibus omnibus inferiorem esse. non detrahas alicui, quia Deus cognoscit omnia. esto pacificus cum omnibus, et dabit tibi Dns requiem.

Dixit

Abbas Pastor: se custodire: semetipsum considerare: et discretionem habere. hec tria operationes Monachi sunt.

Aliquando iter agebat Abbas Agathon cum suis discipulis, et unus ex eis inveniens paruissimum fasciculum cicercule viridis in via, ait Seni: Pater, si iubes, tollo illud? intendit vero Senex, et admirans dixit: tu illud ibi posuisti? respondit frater, non. et ait Senex: quomodo vis tollere, quod non posuisti?

Dixit

Pastor Abbas: doce cor tuum servare, quod doceat alios lingua tua. quia homines ad loquendum, perfecti videri volunt; et in operando id, quod loquuntur minores sunt.

Sancta

Sinclerice: sicut thesaurus manifestus cito expandit, ita et virtus quelibet, cum innotuerit, vel publicata fuerit, exterminabitur. sicut ergo cera exsolvitur a facie ignis, ita et anima laudibus inanitur, et amittit virtutis rigorem, seu fulgorem.

Quidam frater peccaverat, et iussit eum Presbyter exire de Ecclesia. surrexit autem Abbas Bysarion, et exivit cum eo dicens; et ego peccator sum.

Frater quidam in Scythi inventus est culpabilis, et fecerunt Seniores Conventum, et miserunt ad Abbatem Moysem, ut veniret. ille autem noluit venire. miserunt autem ad eum Presbyter dicens: veni, quia plebs fratrum te expectat; et ille surgens venit. tollens autem secum sportam vetustissimam, implevit eam arena, et portavit.

Illi autem exierunt obviam ei dicentes: quid hoc est Pater? ait autem eis: peccata mea sunt post me currentia, et non video ea, et veni ego hodie, aliena iudicare peccata. illi autem audientes, nihil loquuti sunt fratri, sed ignoverunt ei.

Frater quidam interrogavit Abbatem Pastorem: si videro culpam fratris mei, bonum est celare eum? et ait Senex: quacumque hora tegimus culpam fratris nostri, tegit etiam Deus nostram: et quacumque hora prodiderimus culpas fratrum, et Deus similiter nostras prodet.

Dicebat Abbas Daniel; quia quantum corpus viruerit, tantum anima siccatur; et quantum corpus fuerit siccatum, tantum anima virescit.

Si peccauerit homo (ait Abbas Pastor) et negauerit, dicatque: non peccaui, noli increpes eum, quia frangis propositum animi eius. si autem dixeris ei; non contristeris frater, sed obserba te de caetero; excitas animum eius ad poenitentiam.

Et addidit: si quis docet aliquid, et non facit, quod docet, similis est puteo qui omnes ad se venientes satiat, et omnium diluit sordes; se autem ipsum purgare non potest, sed omni spurcitia, et inmunditia plenum est.

Dicebat Joannes Abbas: nisi dixerit homo in corde suo, ego solus, et Deus sumus in mundo isto, requiem non habebit.

Evagrius Abbas dixit: magnum quidem est sine impedimento orare; maius autem est, psallere sine impedimento.

Abbas Pastor

Dixit cuidam: discede ab omni homine, qui in loqutione indesinenter contentiosus est.

Quidam Senex aiebat: Monachus debet quandie mane, et vespere cogitare in semetipso, quid fecit eorum, quae vult Deus, et quid non fecit; et ita tractans omnem vitam suam, poenitentiam agendo, monachus esse poterit.

Et addidit: nisi exterior homo noster sobrius incesserit, impossibile est eum custodire interiorem.

Tres sunt virtutes Sathanae, de quibus procedunt universa peccata. 1a est, oblibio peccatorum. 2a negligentia. 3a concupiscentia. etenim, si oblibio venerit, generat negligentiam. de negligentia concupiscentia nascitur; de concupiscentia vero corruit homo. si enim ita est sobria mens, ut =

Vt oblibionem fugiat, ad negligentiam non venit; et si neglexerit, et concupiscentiam non receperit, numquam cadit, opitulante gratia Dei.

Quidam Patrum dicebat: nisi prius odio habueris, non potes dili-gere. nisi ergo oderis pecca-tum, non facies iustitia.

Dixit Abbas Euagrius: principium salutis est si teipsum redarguis.

Collecti sunt aliquando fratres, qui habitabant in Scithya, et ceperunt inter se querere de Melchisedech Sacerdote. obliti sunt autem vocare Abbatem Copren. postea autẽ vocantes eum, interrogabant eum de eadem questione. ille autem tundens tertio os suum, dixit: ve tibi Copres, quia quod tibi mandauit Deus ut faceres, dereliquisti, et que a te non requirit, illa scrutari presumis. hec audientes fratres fugerunt singuli in Cellas suas.

Abbas Mathois:

Quantum se homo aproximat Deum, tantum se peccatorem videt.

Isaias enim Propheta videns Dnm, miserum se, et inmundum dicebat, nam vir labiis pollutus sum.

Quidam fratri apparuit Demon transformatus in Angelum lucis, et ait ad eum: ego sum Angelus Gabriel. quare clausisti oculos? ego sum missus ad te. ille autem dixit ei: vide, ne forte ad alium missus sis; ego enim non sum dignus

ut Angelus mittatur ad me. Diabolus statim disparuit.

Senex quidam

dixit: magis volo vinci cum humilitate, quam vincere cum superbia.

Quidam frater interrogavit Senem: si habito cum aliis fratribus, et video aliquam rem inconvenientem, vis, ut loquar? et dixit ei Senex: si sunt aliqui maiores tibi, et coetanei, tace magis, et requiem habebis; in hoc enim, quod te minorem facies, eris securus te reddes.

Frater quidam interrogavit Senem: quid est profectus hominis? respondit Senex: humilitas. quantum enim quis ad humilitatem inclinatus fuerit, tantum elevabitur ad profectum. quia si quis dicat: ignoscite mihi, humilians se, comburet Daemones tentatores. et si quis acquisierit taciturnitatem, et non habuerit apud semetipsum quasi aliquam virtutem; iam obtinuerit, cum dicat, quia indignus sum loqui.

Dixit Abbas Moyses: homo debet mortificare seipsum priusquam egrediatur de corpore, ut non laedat ullum hominem: et addidit: nisi habuerit homo in corde suo, quia peccator est, Deus non exaudiet eum. ait ei frater: quid est in corde habere, quia peccator est? ait Senex: si quis attendit peccata sua, non videt peccata proximi sui.

Dicebant

Seniores, quia cum intraret Moyses in nubem, loquebatur;

Cum autem exibat de nube, loquebatur cum populo. sic et Monachus donec in Cella sua est, cum Deo loquitur; egrediens autem de Cella loquitur cum demonibus.

Quidam frater

Videns alium portantem laboriose in lecto mortuum, dixit ei: mortuos portas; si vis melius facere, vivos porta, quia pacifici filii Dei vocabuntur.

Abbas Arsenius dixit: quacumque hora ceciderit homo in culpam, et dixerit ex corde: Dne Deus peccavi, indulge mihi. mox cessabit tristitię illa consumptio.

Dicebat Abbas Isidorus, quia solus ipse se cognovisset. nam quoties illi dicebat cogitatio sua, quia magnus es, tunc et ipse respondebat sibi: numquid qualis Antonius, aut certe Abbas Piamon, vel reliqui Patres, qui Deo placuerunt? quoties ergo hec cogitabat, requiescebat.

Abbas Macharius, dum cum aliis ambularet fratribus in deserto, viderunt Draconem, et fugerunt. dicit ei unus ex eis: et tu times Abba? non timeo fili, sed oportuit me fugere, quia nisi fugissem, cogitationem vanę glorię non vitavissem.

Quidam Senex dixit: qui ab hominibus amplius honorat, aut laudat, non parvum damnum patitur; qui autem ab hominibus non honorat, desuper gloriam accipit.

Dixit item idem:

Quando cogitatio superbiæ, vel vanæ gloriæ te impugnat; perscrutare teipsum, si omnia mandata Dei serbasti; si inimicos diligis; si gaudes de gloria inimici tui; si contristeris de deiectione eius; si apud te habes, quoniam serbus innutilis es, et quod plus omnibus hominibus sis peccator; et neque tunc tam grande aliquid sapias, tamquam quamquam aliquid boni feceris, sciens, quod elata cogitatio, illa omnia bona disoluit.

Quidam

Ex Patrib. dicebat: omnis labor sine humilitate, vanus est. humilitas enim precursor est Charitatis. sicut Joannes precursor erat Jesu, omnes trahens ad eum, ita et humilitas attrahit ad Charitatem, idest, ad Deum, quia Deus Charitas est.

Alius

Requisivit a Sene: quid est humilitas? cui Senex: arbor est vitæ in altum excrescens. item: terra, in qua dixit Deus, saccrificium sibi offerre, humilitas est. et quomodo potest animo humilitatem adipisci? ait illi: si sua tantummodo mala homo consideret, quia perfectio hominis est humilitas.

Humilitas, nec ipsa irascitur, nec alios irasci permittit, et si quando peccaverit in te frater tuus, antequã peniteat, indulseris ei.

Quidam

Frater requisivit Abbatem Pimenionem: quomodo potest homo vitare, ne loquatur male de proximo suo?

Respondit Senex: ego, et proximus meus duę imagines sumus. cum ergo meam imaginem reprehendero, invenit imago fratris mei apud me venerabilis: quando autem meam laudabero, tunc fratris mei imaginem pravam respicio. tunc ergo aliis non detraho, si semper me ipsum reprehendo; quia magnum virum despicit qui seipsum non considerat.

Alius

Requisiuit eum dicens: Abbas, quid est fides? cui Senex: in Charitate, et humilitate semper vivere, et facere bonum proximo suo.

Quidam

Requisiuit Senem: dum fratres in una sunt Cella, et ille quidem unus, sex diebus integris ieiunat; ille autem alter infirmanti facit obsequium, cuius ergo opus maius est apud Deum? et Senex: si ille, qui ieiunat sex dies, per nares se suspenderit, non erit similis illi alteri in conspectu Dei.

Quidam frater requisiuit Abbatem Pimenium: quid est pœnitentia? cui Senex: pœnitentia peccatorum, est, ulterius non peccare. hec enim vox ad hominem semper clamat usque ad ultimam respirationem: hodie convertimini, ne vobis repentina mors tanquam fur super veniat.

Idem Pimenius dixit cum fletu, et gemitu; omnes virtutes ingressę sunt in Cellam meam, preter unam virtutem; et ex eius labore stat homo. interrogauerunt eum fratres, quę est ista virtus Abba? respondit eis Senex: ut semper seipsum reprehendat homo.

Idem dixit:

Ille monachus potest tanquam mortuus huic seculo esse, qui duas res horruerit, id est, carnis sue requiem, et vanam gloriam.

Quidam Senex ait: tunc erit monachus liber ab omnibus, cum in opere tantum intentus est bono; quando enim bona opera exerceret; veniens diabolus, locum non invenit, et discedit; si autem malum opus exercet, veniens frequenter, et impugnat eum, et in deteriora suuertit.

Abbas Arsonius monebat discipulum suum dicens: horret ventrem tuum, et necessitates huius seculi, et concupiscentiam animalem, et honorem, tanquam absens de hoc seculo, et requiem possidebis.

Senex quidam dixit; si quis tecum, aut de scripturis, aut de quacumque causa loquutus fuerit, ne contendas cum eo; sed, si quidem bene dixit, consenti ei. si vero male, dic illi: tu scis, quomodo loquaris. ait Apostolus: noli contendere verbis. hec observans, et humilitatem possidebis, et odium vitabis. nam si perstiteras contendens, et vis defendere sermonem tuum, nascitur inde scandalum.

Abbas Aggis, stude silentium, et de nullo esse solicitus.

Alius

Senem interrogavit, usque quo observandum est silentium?

Cui ait; usque quo interrogaveris; in omni enim loco, si tacitus fueris, requie possidebis.

Abbas Arsenius requisitus ab Abbate Marco; cur fugeret homines? ille ait: Scit Deus, quia diligo homines, sed cum Deo pariter, et hominibus esse non possum. Superne enim multitudines, ac virtutes, unius sunt voluntatis; homines vero, et multas habent voluntates, et varias; et ob hoc, Deum relinquere et cum hominibus esse non possum.

Quidam Senex dixit: per quatuor res maculatur anima; id est, si amititiam quis cum potentibus habuerit: concupiscantias carnales suiens; vel si de proximo suo detrectaverit; aut si per Civitatem ambulans, oculos suos non custodierit; et si quamcumque notitiam cum muliere habuerit.

Beatus Arsenius

Referebat, quod cum in propria Cella resideret, vocem sibi audierat, dicentem, ut egrederetur foras propter opera manuum contemplanda. et egressus vidit hominem quendam, aquam de puteo haurientem, atq in vas perforatum mittentem; et aqua egrediens, refundebat in puteum.

Iterum

Parum progressus, vidit Ethiopem, ex lignis a se concisis sarcinam facientem, quam cum tentasset, et importabile sensisset, alia iterum ligna super ea congessit; similiter que tentans, cum nec movere potuisset, tamen alia addens ligna non desistit.

Iterum

Progressus, vidit ante portam Civitatis duo Juvenes sedentes in equis, qui lignum transversum portantes, ingredi non poterant Civitatem. lignum enim, quod

Quod a beis portabatur, non eos permittebat intrare, nec se qui, vel humiliare alteri, alter non sinebat, ita foris uter- que re manserunt.

Illum

Vero qui Sancto Arsenio in spiritu ostendebar dixit ei: hunc quem prius vidisti, aquam de puteo haurire, et de vase perforato, rursum in puteum fundere, similitudo est hominis facientis eleëmosynam, qui bonum operis imitatur efficere; sed, quia in aliis operibus sepe committit iniquitatem, propter hec mala, illud parum boni se coinquinans, perdidit.

Illum

Autem, quem vidisti ligna concidere, et grabem sarcinam addidisse, facereq graviorem: homo est in peccatis plurimis constitutus, qui post pœnitentiam, aliud super peccatis suis onus augmentat.

Hos

Vero, quos transverso ligno renitente, Civitatem non posse ingredi, conspexisti: isti sunt, qui iugum miserabile videntur ferre superbie, et alter alteri se humiliare noluerunt, ut per hoc emmendati, viam Christi humilem sequerentur; atque ideo, extra regnum Dei, tam hi, quam illi re manserunt.

Interrogavit frater Abbatem Sysoyam dicens: dimissa est mihi hereditas a parentibus meis, quid faciam de illa? respondit: si dixero, da illam in Ecclesiam Clericis, illi epulantur ex ipsa. si dixero, da illam Consanguineis tuis, nullam habebis mercedem. si ergo vis implere mandatum divinum, da pauperib. et egenis, et perfectus eris.

Abbas Pimenius dixit: ille monachus potest tanquam mortuus huic seculo esse, qui duas res horruerit, id est, carnis suę requiem, et vanam gloriam.

Quidam frat' requisiuit a Sene dicens: cur Abba a demonibus impugnamur? ait illi Senex: quoniam arma nr̃a abiecimus, id est, pœnitentiam, obedientia, et penuriam.

Abbas Pimenius requisiuit Abbatem Abrahan: quemadmodum nos demones impugnant? ait Senex: demones nobiscum non pugnãt, quia voluntates eoru facimus; sed nostrę nobis voluntates demones factę sunt, et tribulant nos.

Perrexerunt duo fratres ad unum Senem sanctum in Scythia sedentem singularem, dixit que vnus ex illis: Abba omne vetus et nobum testamentum memoriter didici. ait illi Senex: Implesti aërem verbis. et alter dixit: ego, vetus, et nobum testamentum totum scripsi, et penes me habeo. et huic respondit: et tu implesti fenestras tuas Chartis. an ignoratis, quę Deus dixit: Regnum Dei non est in sermone, sed in virtute. et iterum: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

Inquirebant ergo ab eo viam salutis? et ait eis: initium sapientiæ timor Dni, et humilitas cum patientia. omnibus his insertis, vel his utentibus, pauca sufficiunt.

Requisiuit quidam Agathonem. volo permanere cum fratrib: dic mihi, quomodo habitem cum eis? ait Senex: obserba præ omnibus hoc, ut qualis primo die ingredieris apud ipsos, talis reliquum per agas tempus; et cum quiete adimplebis peregrinationem tuam.

Abbas Pimenius requisiuit Abbatem Nesterionem dicens: unde adeptus es hanc virtutem frater, ut quoties cumq tribulatio contingit in Cœnobio, neq loquaris, neq mediator accedas?

Et cum nollet dicere, postea compulsus a Sene dixit: indulge mihi Abba, quia in principio, quando ingressus sum, dixi cogitationi meæ: ecce tu, et hic asinus unus estis. sicut enim hic asinus vapulat, et non loquit, iniuriatur, et nil respondit: ita ergo esto, et tu; nam sic ait Psalmista: ut iumentum sum apud te, et ego semper tecum.

Abbas Moyses interrogavit Abbatem Sylvanum, dicens: potest homo per singulos dies apprehendere conuersationis initium? ait illi: opportet enim apprehendere unumquemq aliud ex omnibus. surgens mane sumat initium sapientiæ in omni Virtute, et in omni mandato Dñi. in magna patientia, in longanimitate,

Et Charitate Dei, cum humilitate animę, et corporis, in mul
sustentatione, et commoratione Cellę; in oratione, et de-
precatione, cum gemitu, cum puritate cordis, et
oculorum; cum custodia linguę, ac sermonū,
in abrenuntiatione rerum materialium;
desideriorum Carnis, cruciatione,
habentes in certamine, in con-
tinentia spiritali, et agone
pugnę;
In poenitentia, et luctu, in simplicitate animę, et taciturnita
te, in ieiuniis, et vigiliis nocturnis, in operatione ma-
nuum serbandum, quod ait Apostolus: operan-
tes manibus vestris in fame, et siti, in fri-
gore, et nuditate, in laboribus, et an-
gustiis, et persequtionibus, in fove-
is, et speluncis, et cavernis
esto factor verbi, et non
Auditor
tantum, operans talentum, indutam habens vestem nuptia
lem, firmatus supra firmam petram: eleëmosyna,
et fides non te derelinquant. cogitans esto omni
die, mortem vicinam esse, et quasi iam clau-
sus in monumento, nihil de hoc secu-
lo cures, quia solicitudo seculi, et
cupiditas divitiarum, hę sunt
spinę,
Quas Dn̄s cavere dixit in Evangelio, quę bonum semen suffoca
nt. inedia escarum, humilitas, et luctus non recedant
Dn̄s dissipat ossa hominum sibi place-
ate, quia Dn̄s dissipat ossa hominum sibi place-
ntium. timor omni hora permaneat in te,
sicut scriptum est; propter timorem
tuum Dn̄e, in utero concepimus

q-47

Et doluimus, et peperimus spiritum salutis. hec ergo, et si qua alia virtus inest, his prospice, et ne te mensures cum magnis, aut iustum te existimes, sed te crede inferiorem esse, idest viliorem quovis homine peccatore.

Qui se

Existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. non diiudices proximum, neque despicias alienum delinquentem, sed tua plange peccata, et de nullius hominis actu solicitus sis. esto mansuetus spiritu, et non iracundus. nil in corde tuo, neq odium, neque

Contra

Inimicum aliquid sine causa habeas, neque despicias eum in tribulatione eius; neque reddas malum pro malo; sed esto pacificus cum omnibus. hoc est vinculum perfectionis. non te credas malum facienti neq congaudeas ei, qui fecit proximo suo

Malum.

Non detrahas alio, quia Deus Iudex, et testis est in omnibus. ne oderis aliquem propter peccatum eius, quia scriptum est: nolite iudicare, ut non iudicemini. dum alium arguis, vide, ne peiora conmittas; non despicias peccantem, sed ora pro illo, ut Deus illi det conuersionem ad

Poenitentiam; et si audieris de aliquo, quod agat iniqua, respo-
nde dicens; numquid ego horum sum Iudex? homo sum
peccator mortuus sub peccatis meis: mortuus enim
Causam non habet curare pro aliquo. qui
hec omnia procurat, et cogitat, operari-
us est omnis iustitie. dum de Xpto,
Profeta denuntiat: ego autem
sum vermis, et non homo.

Et alius

Profeta Abachuc dicit: lapis de pariete clamavit, et Scara-
beus de ligno loquitur; nos vero, dum in multis extol-
limur, in multis supplantamur: qui vero hec
Custodit, vivit sub gratia, et virtute Dni
nostri Iesuchristi.

Anachorete aliquando sapie-

ntes, sancti, et spirituales duodecim numero
congregati, in idipsum experierunt, a se-
metipsis dicere unumquemque,
que emendaverit in Cella sua
et quam meditationem
meditatus sit, spi
ritaliter.

Primus dixit.

Ego, fratres, ex quo cepi quiescere, totum crucifixi meipsum
ex his, que extrinsecus sunt actionibus, reminiscens,
quod scriptum est: dirumpamus vincula
eorum; et proiiciamus a nobis iugum
ipsorum.

Et velut murum faciens inter animam, et corporales actus, dixi in mente mea: quemadmodum is, qui intra murum est, stantem foris non videt; sic nec tu velis exteriores actus aspicere, sed te ipsum intuere, sustinens quotidie spem Dei.

Sic autem

habeto malignas cogitationes, aut malas concupiscentias sicut Serpentis, et Scorpionum prolem. si quando autem eas, in corde meo nasci sensero, attendens illas cum comminatione, et ira, arefacio eas: nec unquam cesso irascens corpori, et menti meę, ne quid pravum faciat.

Secundus ait.

Ego dixi, ex quo renuntiavi terrę, hodie renatus es: hodie cepisti servire Deo: hodie hic inabitare cepisti; sic esto quotidie peregrinus, et crastino liberandus. hoc mihi quotidie consulebam.

Alter dixit.

Ego diluculo ascendo ad Deum meum, et adorans illum, iactans me in faciem meam, confitendo culpas meas, et sic descendens, adoro Angelos Dei, rogans illos supplicare Deo pro me, et omnem creaturam. et cum ista adimpleuero,

Vado ad Abyssum, et quid Iudei faciunt Hierosolymis eiuntes, concidentes se, et lachrymantes, ac lugentes casum Patrum suorum. hoc ergo circuens, et expectans propria membra tormentis subdita, et cum plorantibus ploro.

Quartus ait.

Ego sic sum, ac si in monte oliuarum sedeam cum Dño, et discipulis eius. et dixit mihi, ex quo nullum agnoscas secundum carnem, sed cum his esto semper cœlestis conuersationis imitator, sicut bona Maria ad pedes Iesu sedens, et verba eius audiens. Efficiamini sancti, et perfecti, sicut, et Pater vester, qui in Cœlis est., et discite a me; quia mitis sum, et humilis corde.

Quintus ait.

Ego Angelos aspicio ascendentes, et descendentes ad vocationem animarum, et semper finem meum operior dicens: paratum cor meum Deus paratum cor meum.

Sextus dixit.

Ego per dies singulos, stanui verba mea audiri a Dño, putans mihi dici, laborare propter me, et ego quiescere faciam vos. adhuc modicum decertare, et

Videbitis salutare meum, et gloriam meam. si diligitis me.
si filii mei estis, ad Patrem rogantes, reuertimini,
si fratres mei estis, erubescite pro me, quem=
admodum propt vos multa perpessus sum.
si oues mei estis dominicam passione
sequimini.

Septimus dixit.

Ego ista assidue meditor, et sine intermissione colloco mihi,
fidem, spem, et Charitatem, ut spe quidem gaude=
am; dilectione vero, neminem aliquando
contristem et fide corroborem.

Octauus ait.

Ego volantem diabolum inspicio, querentem, quem deuoret, et
ubicumq ierit, inspicio illum interioribus oculis meis,
et Dnm meum aduersus illum interpello, ut sine
effectu maneat, et in nullo preualeat,
maxime in timentibus Deum.

Nonus ait.

Ego quotidie Ecclesiam intellectualium virtutum expecto, et
Dnm glorie in medio earum video super omnes splen=
dentem. quando autem abscedam abeo, ascendo in
Cœlum, expectans admirandas pulchritudines
Angelorum, et quos emittunt hymnos in=
cessabiliter Deo, et dulces eorum can=
tinelas; differor que sonis ae[illegible]

Ac vocibus, et suavitate, ut libeat reminisci, quod scriptum est: Coeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum; et omnia, quę super terram sunt, sicut cinerem, et stercora opinor.

Decimus ait

Ego Angelum meum assistentem mihi, iuxta me expecto, et custodio memetipsum, quod scriptum est, reminiscens: prouidebam Dnm in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commouear. timeo igitur eum, ut custodientem vias meas, et quotidie ascendentem ad Deum et insinuantem actus meos, et verba.

Undecimus ait

Ego, personam infundens virtutibus, veluti si abstinentię, Castitati, benignitati, dilectioni, in meipsum steti, et circundans mihi illas: et ubicumque iero, dico mihi ipsi, ubi sunt sequaces tuę? ne pusillanimis sis, ne deficias, habens iuxte eas semper. quęcumque iubent, loquere de virtute, ut post mortem testificent de te coram Deo, quia inuenerunt requiem in te.

Duodecimus ait.

Vos quidem Patres cœlestes, habentes conversatione
cœlestem, sapientiam possideris. nihil mirum!
elevatos vos operibus video, et superiora
sectantes. quid dicam? virtute eni
etiam transpositi estis terram,
vosmetipsos ex toto aliena-
ntes ab eas.
Quid dicam? vos terrenos Angelos, et cœlestes homines,
dicens, non peccavistis. ego vero, me bis indignum
iudicans, peccata mea ubicumque iero, pre-
cedunt me semper, ad dexteram, et
sinistram: in infernum vero
adiudicavi meipsum,
dicens:
Esto cum his, quibus dignus es: istis, post modicum
annumeraberis. video ibi plures gemitus, et
incessabiles lachrymas, quę a nullo re-
ferri queunt. aspicio quosdam stri-
dentes dentibus, et salientes to-
to corpore, et trementes
a capite usq; ad pedes.
Et iactans me super terram, et amplectens [illegible],
deprecor Deum, numquam casuum me il-
lorum experimenta [illegible] accipere.
video, et mare ignis bulient-
is immensibile, et et, et

Et circum, flentes, et mugientes: ut putent aliqui usq;
ad Coelos attingere flammas ignis; et in treme-
ndo illo mari, innumerabiles homines
deiectos. ab agrestibus, et una voce
omnes illos clamantes, et ullu=
lantes simul, quales nemo
super terram, ullula-
tus, et voces audie=
rat,

Et sicut arentia omnis virgulti cremare. miserícor=
día autem Dei avertente se ab illis propter
iniustitias eorum. et tunc lamento
genus hominum, quomodo cum
deo loqui, vel cuilibet, atte=
ndere tantis mundo
repositis malis.
et in his teneo
Mentem meam, luctum meditans, quod ait
Dñs, indignum me coelo, et terra iudi=
cans, reputansq, quod scriptum
est; factę sunt mihi lacrymę
meę, panes die, ac nocte.

Hec sapientium, et spiritua
lium responsa par-
rum.

Dicta Sanctor. P. P.

Abbas Agathon solebat dicere: numquam litem habens cum aliquo dormivi; sed nec permisi aliquem mecum, litem habentem dormire, quantum ad virtutem meam pertinuit; nisi prius cum illo in pace reverteretur.

Quidam frater requisiuit Abbatem Poemenem dicens: quid faciam, pater, quoniam conturbor à tristitia? dixit ei Senex: neminem pro nihilo despicias, nullum condemnes, nulli detrahas. et dabit tibi Dominus requiem.

Cum venisset quidam de Patribus ad Abbatem Achillem videns eum sanguinem expuentem, requisiuit quid hoc esset? ille respondit: Sermo erat fratris, qui me contristauerat; et repugnaui, ut non illum dicerem; sed petiui Dominum, ut tolleretur à me: et factus est ille sermo sanguis in ore meo; et post quam expui, requieui. sed et ipsam tristitiam, et sermonem istum oblitus sum.

Alter requisiuit Abbatem Achilem dicens: cur sedens in Cella mea patior acidiam? cui Senex ait: Quia necdum vidisti requiem, fili, quam speramus, neque tormenta, quæ timemus.

si enim ea diligenter inspiceres, etiam si vermibus plena esset Cella tua usque ad Collum; tu tamen in ipsa iaceres sine acidia.

Quidam Frater requisiuit Senem dicens: quid faciam Pater, quoniam nulla opera facio Monachi, sed in negligentia constitutus comedo, et bibo, et dormio, et de hora in horam transgredior de cogitatione in cogitationem, et propterea contristor, et deficio animo?

Cui Senex ait:

Sede tu in Cella tua, facque quod potes sine perturbatione animi, et confide in Deum; quia qui sedet in Cella sua propter Deum, inuenietur in loco illo, ubi est Abbas Antonius.

Frater quidam Abbatem Antonium requisiuit dicens: quid obseruando, Deo placebo? respondit Senex: quocumque vadis, Deum semper habeto pre oculis tuis. et quodcumque opus exerces, sume ex diuinis Scripturis exempla; et in quocumque loco resederis, ne inde citius mouearis, sed patienter in eodem loco consiste, et salvus eris.

Filius expetiuit sermonem ad Abbatem Moysem. et dixit ei Senex:

Vade, et sede in Cella tua; Cella autem tua, omnia te
potest instruere, si ibi permanseris. sicut en=
im piscis ex aqua eductus statim
moritur, ita et Monachus pe=
riit, si foris Cellam suam vo=
luerit tardare.

Frater alter requisiuit Abbatem Poemenem. si melius
est remotius, an cum aliis manere? ait ei
Senex: homo, si seipsum reprehendit, ubi=
que potest persistere. si autem se ma
gnificat, nusquam stat, sicut
scriptum est: qui se existi
mat aliquid esse, cum
Nihil sit, ipse se sed
ucit.

Abbas Poemen dicebat: voluntatem tuam nu=
nquam adimpleas, sed magis humilia
te ipsum, ut facias voluntatem
proximi tui.

Abbas Pammon in hora suę dormitionis dixit fratri=
bus, aliisq. viris sanctis: ex quo veni in hunc lo=
cum solitudinis, et fabricaui mihi Cellulam,
et habitaui in eam; extra manuum
mearum laborem, non recolo me
comedisse panem, nec me
loquutum fuisse sermo=
nem, quem me pretulisse pœniteret,
usque in hanc horam, et sic vado
ad Dnm, quomodo, qui initium seruiendi Deo adhuc
fecerim.

Requisitus quidam ex Patribus, si perfectum bonum esset egestas? respondit: magna est penuria; nam qui illam voluntarie sustinet, tribulationem quidem habet; animæ vero suæ invenit requiem.

Quidam fratres requisierunt Abbatem Syluanum: per quam viam adeptus esset tantam prudentiam? et ait eis; numquam dimisi morari cogitationes malas in corde meo, quæ Deum pro suo carent ad iram.

Beatum Macharium, quidam postulabat frater, ut ei sermonem diceret per quem posset salvari? qui ait: opportet fugere homines, et sedere in Cella, et pro peccatis iugiter lamentari; et quod super omnes virtutes est, tan linguam coercere, quam ventrem.

Joannem Abbatem tempore dormitionis eius, rogauerunt fratres verbum aliquod compendiosum, et salutare ab eodem relinqui, per quod possent ad perfectionem ascendere. ille autem ingemiscens ait: numquam feci propriam voluntatem, nec aliquem docui quicquam, quod primus ego ipse non fecerim.

Senem Abbatem interrogauit frater: quoniam desiderat anima mea lachrymas, sicut audi senes lacrhymantes, et non invenio, et tribulatur anima mea? et ait Senex: filii Israel post quadraginta annos intraverunt in terra

Promissionis. lachrymę ergo sunt terra promissionis, ad quas si perueneris, iam non timebis bellum. ita enim vult Deus affligi animam, ut semper desideret ingredi terram illam.

Interrogatus Senex, quare frater sedens in Cella toedium pateretur? ait: quia adhuc non vidisti neq; resurrectionem, neq; tormenta. nam si hec vidisses, etiam si ita esset Cella tua plena vermibus, et usq; ad collum tuum mergereris in ipsis, sustineris utique, et non extoediares.

Quidam frater peccauerat, et iussit eum Presbyter exire de Eclesia. surrexit autem Abbas Bysarion et exiuit cum eo, dicens, et ego peccator sum.

Venit Abbas Isaac de Thebaida in Congregatione fratrum, et vidit quemdam culpabilem de fratribus, et adiudicauit eum. cum autem exisset ad Eremum, venit Angelus Dni, et stetit ante ostium Cellę eius dicens: non te dimito intrare.

Ille autem rogauit eum dicens: quę est causa? et Angelus ad eum: Deus me misit, ut dicerem tibi; ubi iubes ut mittam fratrem illum culpabilem, quem adduxisti? et statim Abbas Isaac poenitentiam egit, dicens: peccaui, ignosce mihi. et dixit ei Angelus: surge, ignoscit tibi Deus, sed custodi de Coetero, ne adiudices quemquam, priusquam Deus adiudicet eum.

Interrogavit quidam Abbatem Joseph: quid faciam quia nec molestiam ferre possum, nec laborem, nec dare eleemosynam? Et ait ei Senex: si non potes horum aliquid facere, serva conscientiam puram ab omni malo proximi tui, et ita salvus eris; Deus enim animam sine peccato quaerit.

Et ait quidam Senex: homo si verbum quidem habeat, opera autem non habeat, assimilabitur arbori habenti folia, fructum autem non habenti; sicut enim arbor fructibus plena etiam foliis viret, ita sermo consequitur hominem, qui habet opera bona.

Dixit quidam: non quia intrant cogitationes malae condemnamur ex eis, sed si male utimur cogitationibus. fit enim, ut per cogitationes naufragium patiamur, et iterum cum cogitationibus coronemur.

Quidam frater rogavit senem dicens: quid faciam, quia multae cogitationes solicitant me, et nescio, quomodo repugnem eis? Et ait senex: non repugnes contra omnes, sed contra unam. omnes enim cogitationes Monachorum unum habent caput: necessarium ergo est considerare, quae, et qualis sit? et adversus illam reniti: ita enim et residuae cogitationes humiliantur.

Dixit Abbas Agathon: non debet Monachus permittere

Conscientiæ suæ, ut accuset eum in quacumque re.

Abbas Bisarion moriens dicebat: debet Monachus totus occultus esse, sicut Cherubin, et Serafin.

Senex quidam dixit: siquis aurum, vel argentum perdiderit, potest inuenire, quod perdidit; qui autem tempus perdiderit, nequit inuenire, quia tempus irreparabiliter transiit.

Frater interrogauit Abbatem Sysoy: desidero cor meum custodire? dixit ei Senex: et quomodo possumus custodire cor nostrum, si lingua nostra ianuam appertam habuit.

Dixit Senex: nisi exterior homo noster sobrie incesserit, impossibile est custodire interiorem.

Dixit quidam Senex: taciturnitati operam da, et nihil cogites vane, et meditationi tuæ intende, siue quiescens, siue surgens cum timore Dei; et hec faciens non timebis malignorum impetus.

Evagrius Abbas dixit cuidam: si deficis animo, ora. scriptum est enim: ora cum timore, tremore, et labore, sobrie, et vigilanter. itaque opportet nos semper orare, maxime propter nequitias vagantes, inuisibilesq. inimicos nostros, qui nos precipue in hoc impedire nituntur.

Dixit q. iterum: q.do cogitatio contraria in cor venerit, noli alia pro aliis in oratione querere, sed aduersus eam, quæ te impugnat, gladium lachrymatum exacue..

Interrogaverunt quidam Abbatem Macharium, dicentes: quomodo debemus orare? Ait eis: non opus est multum loqui in oratione, sed extendere manus frequenter, et dicere: Dñe sicut tu vis, et scis, miserere mei. si autem instat bellum in animo dicite: Dne adiuva me, et quia ipse scit, que expediunt, facit misericordiam nobiscum.

Abbas Antonius postulavit Deum dicens: Dne, quomodo aliqui parvo tempore vite sue moriunt, et alii ultra decrepitam veniunt senectutem? et quare quidam egeni sunt, et alii facultatibus ditant, et quomodo iniusti oppulenti sunt; iusti vero paupertate premuntur? et venit ei vox, dicens: Antoni adte ipsum intende, hec enim iuditia Dei sunt, et te scire ea non convenit.

Dixit Abbas Antonius: vidi omnes laqueos inimici tensos in terra; et ingemiscens dixi: quis putas transiet istos? et audivi vocem dicentem:

Humilitas.

In hora mortis Abbatis Arseni, viderunt fratres eum flentem, et dicunt ei: in veritate tu times mortem, Pater. et dixit eis: in veritate enim timor, qui in hac hora mihi est, semper fuit in me, ex quo factus sum Monachus, et timeo valde.

itaq.

Itaq. sermo in ore eius semper erat: Arseni propter quid Existi? loqui me semper pœnituit, tacere numquam.

Audiens autem Abbas Pastor, quia ab hac vita discesserit Arsenius, lachrymatus et dixit: beatus es Abba Arseni, qui fleuisti temetipsum in seculo isto. qui enim se in hoc mundo non fleuerit, sempiterne plorabit illic; siue igitur voluntarie hic, siue illic tormentis cogentibus, impossibile est non flere.

Interrogauit Abbas Moyses fratrem Zachariam tempore, quo moriebatur, dicens: quid tu vides? et ille dixit: nihil melius, quam tacere, Pater. et dixit ei: fili, verum est, quia tacere, bonum est.

Theofilus Episcopus Alexandriæ, venit aliquando ad montem Nitriæ; et venit ad eum Abbas montis illius, et dixit ad eum Episcopus: quid amplius inuenisti in via ista, Pater? et respondit ei Senex: culpare, et reprehendere meipsum sine cessatione. et ait ei Episcopus; non est alia via sequenda nisi hec.

Interrogauerunt fratres Abbatem Sysoy: quid=

Quid est peregrinatio, Pater? et respondit: tace. et in omni loco, quocumque veneris, dic; non habeo causam. et hec est peregrinatio.

Alter dixit Abbati Sysoy; Pater, video meipsum, quia memoria mea ad Deum intenta sit? et ait ei Senex: non est magnum hoc, ut mens tua cum Deo sit. magnum autem est, si teipsum videas sub omni creatura; hoc autem, et labor corporalis corrigit, et ducit ad humilitatis viam.

Dixit Abbas Imperitis: arbor vite est in excelso, ascendit ad eam humilitas Monachi. imitare Publicanum illum, ne cum Phariseo damneris, et sequere mansuetudinem Moysi, ut summitates cordis tui resecans, conuertas in fontes aquarum.

Quidam Senex ait: quando cogitatio superbie, aut elationis, cor tuum intrauerit; scrutare conscientiam tuam, si omnia mandata divina custodisti, si inimicos tuos diligis, si gaudes in aduersarii tui glorificatione, et contristaris in minoratione eius; et si cognoscas teipsum esse innutilem serbum, et omnium peccatorum deteriorem esse, sed nec tunc, ita de te sentias, quasi omnia correxeris; sciens, quia huiusmodi cogitatio tua, universa resoluet.

Dixit quidam Senex: in omni tentatione non culpes hominem, sed temetipsum tantum dicens; quia pro peccatis meis hec euenerunt mihi.

Erat quidem magnus Senex, et contigit eum manducare cum pluribus fratribus; et comedentibus illis, videbat in spiritu idem Senex, sedens ad mensam, quosdam edentes mel, alios autem panes, alios vero stercus.

Mirabatur intra semetipsum, et deprecabatur Deum, dicens: Dne reuela mihi mysterium hoc, quod idem cibus omnibus appositus est super mensam, et manducando, ita inmutatus videtur, ut quidam edant mel, quidam autem panem, alii vero stercus? et venit ei vox desuper dicens:

Illi, qui manducant mel, hi sunt, qui cum timore et tremore, et gratiarum actione edunt ad mensam, et incessanter orant, et oratio eorum sicut incensum ascendit ad Deum, ideo que mel comedunt.

Qui autem panem manducant, hi sunt, qui gratias agentes, percipiunt ea, que à Deo donata sunt illis. alii vero, qui stercus edunt, hi sunt, qui murmurant, et dicunt, hoc bonum est, id malum est. hec autem talia non opportet cogitare, sed magis glorificare Deum, ut adimpleatur illud, quod dicit: siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloria Dei facite.

Abbas Moyses ait: homo debet, quasi mortuus esse socio suo, mori amico suo, ut non diiudicet eum in aliqua Causa.

Dixit iterum: nisi habuerit homo in corde suo, quia peccator est, Deus non exaudiet eum.

Ait iterum:

Nisi conuenerit actus orationi, in vanum laborat homo.

Et ait frater:

Quid est consensus actus cum oratione? ait Senex: ut ea, pro quibus oramus, iam non faciamus; quando enim homo dimisserit voluntatem suam, tunc ei reconciliabitur Deus, et suscipiet orationem eius.

Ait quidam Senex: non quod desideraueris aliquando mandaces; comede autem, quod transmisum tibi fuerit a Dño, et gratias ei age.

Pigmenius Abbas dixit: Monachus si ventrem, luxuriam, et linguam tenuerit, et vagationem non fuerit sectatus, confido, quia non morietur, sed viuet in perpetuum.

Quidam dicebat: omnis labor sine humilitate vanus est. humilitas enim precursor est Charitatis, sicut Ioannes precursor erat IESU, omnes trahens ad eum; ita et humilitas atrahit ad Charitatem, id est, ad ipsum Deum, quia Deus Charitas est.

Senex quidam dixit: non opportet Monachum require-
re, qualiter sit ille, aut quemadmodum ille; quia
per interrogationem abstrahitur ab oratio-
ne in detractiones, et verbositates;
unde nihil melius est, quam
tacere.

Abbas Arsenius solebat dicere: peregrinus Monachus in
terra aliena, nullius causæ mediator accedat,
et quietem poterit adipisci.

Pater Eternus (ait Blosius) S. Catharinę Senensi dixit verba hec:
Marię Unigeniti filii mei gloriosę Genitrici, de
bonitate mea, concessum est, propter Incarna-
ti Verbi reuerentiam, ut quicumque etiam
peccator, ad eam deuota veneratione
recurrit, nullo modo deripia-
tur a demone infernali.

S. Bonabent.

Quis est, super quem Sol non eluceat? quis est, super quem
Misericordia Marię non resplendeat?

Idem cum S.to Anselm.

Sicut a te (M.a) despectus, et auersus, necesse est, ut pereat; sic
ad te conuersus, et a te respectus, impossibile
est, ut pereat.

S. Greg.

Pone finem in voluntate peccandi, et inuenies Mariam
promptam ad te adiuuandum.

S. Ignatius.

Numquam male peribit, qui Genitrici Virgini deuotus fuerit.

Kempis.

Si Xptum discis, nihil est, si cetera nescis:
Si Xptum nescis, nihil est, si cetera discis.

Horologium Passionis Dni.

Hora 6. Jesus pedes Discipulorum lauans.
Hora 7. se nobis in cibum tradens.
Hora 8. in horto orans, et sanguinem sudans.
Hora 9. a Judeis captus.
Hora 10. ad Anam ductus.
Hora 11. ad Caipham ductus.

Media nocte.

Hora 12. alapa coram Pontifice, cæsus.
Hora 1. velatus, ludibrio habitus, percusus.

Hora. 2. à Petro ter negatus.
Hora - 3 - à falsis testibus accusatus.
Hora - 4. Reus mortis proclamatus.
Hora - 5. Vinctus, ad Pilatum ductus.
Hora - 6. ad Herodem missus, et illussus.
Hora - 7. Barabbe pospositus.
Hora - 8. flagellis coesus.
Hora - 9. Spinis coronatus.
Hora - 10. à Pilato populo perductus.
Hora - 11. Cruce oneratus.

In meridie.

Hora - 12. inter duos latrones crucifixus.
Hora - 1. Matrem suam dolorosam alloqutus.
Hora - 2. in siti, felle, et aceto potatus.
Hora - 3. in Cruce mortuus.
Hora - 4. de Cruce, in gremium Matris suę positus.
Hora - 5. Sepultus.

Memorias de mi pasion
Son las de aqueste manjar,
Que en la mesa del altar
Se dan por contemplacion.
Con lagrimas de dolor
Has de mirar mi vestido,
Y quedaras conuertido
A mi dulce, y tierno amor.
Lagrimas de dolor
Vertidas por el pecado.
En mi pecho regalado
Conseibare con amor.
O ser que me das el ser!
Tomad el ser que me das,
Que io no quiero ser mas
Que para daros el ser.

Nonnullæ singulares historiæ

tum spirituales, tum sacro-pro-
fanæ, quæ in hoc volumine continentur, ut
memoriæ tradantur, clavdius conscribebatur; &
ideo hic, Catalogum earum facio,

Annotato folio, numeroque

ut sequitur,

Ut facilius unaquæque possit
inveniri.

A

P

S

T

q.48

Hic,
Ad mecam intelligentiam
illam quesivi,

quam habent non-nullā Verba, Nomina, adverbia &c. que in hoc inveniuntur Volumine, et sic per innitiales literas expono, ut sequitur.

A

Affatim. copiosam. Xptom. fol. 43. **Astus.** astucia. S. Antonin. fol. 221. **Arculos.** los arcos. Tertul. 178. **Aciem.** la agudeza. S. P. Aug. fol. 224. **Appulsum.** arrimar. S. Basil. 161. **Adimit.** quitar. S. Cyril. Alex. 163. **Arefacit.** secar. S. Bonab. 176. **Aucupes.** cazador. S. Basil. 183. **Angit.** angustiar. Innocent. 3. 18. **Adamantina.** cosa perteneciente al diamante. hym. S. Simp. **Apri.** puerco montes. Vers. 206. **Ansam.** estribo. hist. 216. **Agone.** debate. S. Thom. a V. nob. 217. **Atleta.** luchador. S. Ephr. 246. **Arrosa.** roer. Plin. 251. **Adoleuit.** encender. S. Ambr. 255. **Allidentur.** (encender,) herir, ó pegar. S. Bonab. 291. **Arentia.** cosa seca. 384. **Agmina.** esquadron. himn. S. Jos. **Acinaces.** cuchillo persico. hym. S. Jacob. **Assecle.** compañeros de honrra. in hym. SS. Mart. **Astus.** **Ambages**

Æstus. fogosidad, ò calentura. Ambages, rodeos. in offic. 3. Simplic. lect. 5. Axe, el Cielo. hym. S. Thom. a Va. Nova. Artuum. miembros del cuerpo. Aculeis. puntas, o aguijones. hym. Dolor. Abdicamus. irse, ò apartarse. Div. Xptom. 12. Adoriri. acometer. idem. ibidem. Assecla. allegadero. hym. SS. Mart. Accipitribus. Alcones. S. Bonab. 183. Ales. aue. in hym Nativit. Dni. Algere. padecer, [illegible] Arcem la fortaleza, ò Alcazar. 2. Ancipites. herramienta de dos filos. Psalm. Aditum. entrada. in orat. Dominic. resurrect. Amnis. rio que corre. An[illegible] Angores. angustias. 229. Alliciunt. atraer [illegible] con alagos. 334. Asseres. tablas. in off. S. Ant. turria. Adeps grosura, enxundia. Psal. 80. Armento. ganado maior. Aream. plaza, ò solar sin casas. Abiena. pinos. 3. Reg. 5. Arietes. carneros capados. Aruspices. adivinadores. 4. Reg. 23. Atra. tenebrosa, obscura, negra. hym. S. P. Aug. Ahenum. caldera para calentar agua. Avocare. llamar. [illegible] Aspernabatur. despreciar. 276. Altumat. pensar. 107. Aloes. acibar. 215. Anetum yerba olorosa como el hinojo. Acclinis. humilde in seqa. Deff. Ast. como. mas. Accola. el morador. Asceta virtuoso. Accipiter. el Alcon. Axis. culpado, o malechor. in hym. S. Thom. Assentator. el lisongero. Avunculus. tio hermano de Madre. Alpha. se llama Ds.

B

Barathrum. vaso hondo, i sucio. S. Antonin. fol. 321. Bellua. bestia comun de mar, i tierra. ibid. Brauium. premio. 349. Blandit. alagar. S. Bern. 21. Bufones sapos. hist. 357. Basse. el paso. 362. Bidentes. obeja de dos años. hym. S. Joan bapt. Balsum. vanda de Caballeros. Bubule. cecina de baca. Bubalus. bufano como buei. Burdo. mulo de Caballo, y Asna. Bilis. colera. Bosrra. Idumea. Bolos. los bocados.

C

Compagum. aiuntam[to]; Abb. Cluniac. fol. 63. Con-
valle. valle cercado; Gilibert. 72. Conuenticula. los
tratos; D. Xptom. 83. Cohortes. capitanes. Trithem. 69. CLus
la pantorrilla; Tertul. 31. Cachinnum. reir con carca-
jada. 367. Cicercule. el garbanzo. 374. Corruet. caer.

Consopiens. adormecer. S. Isidor. Pelus. 183. Cere. el pan. Vers. 189. Confingo. fingir con otro. Isai. Abb. 188. Contabescunt. corromperse. Dion. Carthu. 203 Colliduntur. herir. S. Bern. 218. Circumueniat engañar. S. Hieron. 234. Contigit. tocar. S. Ambr. 255. Callidi. recatados. Job. 262. Concutit. sacudir. S. P. Aug. 265. Cladium. estragos. S. Cypr. 271. Casam choza. Tul. 277. Conflagrabunt. arder. S. Bonab. 291. Cupiditatis. codicia. Senec. 316. Compensato. atalar. S. Tho. a V.a n.a 217. Cuneos. esquadron de apie. hymn. S. Jacob. Conuitia. denuestros. 257. Complana. allanar. hym. xpti in prep. Cruore. sangre derramada, o fuera de las venas. ibid. Cori. medidas Reg. 3. Cap. 4. Circiter. poco mas, o menos. cerca. in offic. S. Simplic. lect. 5. Cysti. receptaculo. in lect. S. Clar. de Mont. falc. Cenodoxie. vanagloria S. Ambr. in preparat. Miss. Conualle. valle cercado. Gilib. 72. Cete. la Ballena. in Cant. Benedicit. Cymba. el barco. in lect. 3. S. Antonin. m. Compages. aiuntam.to Conficit. enflaquezer, ô matar. hym. Dolor. Conopeum. pauellon contra Mosquitos. Judith. Cap. 16. Ceu. assi como. hym. SS. Innocent. Caducis nutans genibus. estar las rodillas mobidas para caese. hym. S. Ambr. Crebro. muchas veces. 357. Compesce. refrenar. Comptus. conpuesto. 321. Confricatus. fregar una cosa con otra. Cuspide. punta aguda. hym. S. Julian. Conquassatum. quebrantado. Clibanum. el horno. Ciconia. cigueña. Culcitra colchon. in offici S. Ant. Turria. Concidit. diuidir. Ceu. como. Collyridam. pan subcinericio. Cultris. cuchillos

Cochlea. caracol de casa Cominus. de cerca. 3. Reg. 20. Crebrescunt. hacer las cosas muchas veces, i dibulgarse. 76. Cacabus. metal. Ecclesiast. 13. Contegat. cubrir. hym. Iam luc. Collidat. herir uno a otro. fin Cuspide. la punta. Cernui. humildes. hym Pange ling. Compescunt. refrenar. Cygnos. el Cisne Cacabus. olla de cobre. Collido, tocarse. Cinomyia. la Mosca perruna. Cinifes. el Mosquito. Psalm. Casia. la canela. Psalm. Culina. cocina. Crepida. la chinela Cocteroquinmas, pero. Ciconia. la Ciguena Comes. compañero. Conquasatum. quebrantado Cruentatum. ensangretado Conuescens. comer por si, o con otro. Ascension.

D

Dapibus. manjar costoso. S. Bonab. fol. 96. Disrrumpet. romper. Eclesiast. 161. Deprauare. torcer. Did. Stell. 165. Discerpens. despedazar. hist. 282. Diploide. cosa aforrada. Dissere. disputar. Theod. 165. Didititii. rendido. S. Ant. lib. 197. Despondebat. prometer. hist. 30. Detraho. decir mal de otro. 377. Discrucior. atormentar, i fatigar. hist. 356. Dramatis. lo escrito. in offic. Virg. Discute. sacudir. S. Ysidor. 479. Denis. cada diez. hym. S. Joan. Bapt. Dolatis. pulidas. 3. Reg. 6. Dissidium. desacuerdo. 297. Diu. largo tpo. 119. Defossam. enterrado. 74. Dipondio. moneda de dos, ō quatro, o de 10. marav.s Diploide. ropa aforrada. Psal. 108. Diripienti. destruir, o saquear. 136. Denis. tres veces diez. hym. S. Joan. Bap. Discerpit. partir, ō despedazar. fol. 295. Dipon~~dipon~~dium. vna moneda q valia, ia 8, ya 4. ya 2. maravedis.

E

Essedra. el Carro. S. Petr. Dam. fol. 41. Exitium. muerte. S. Ephr. 321. Expetita rabies. rabiosa por lo honesto. ibi. Eucharis. buena, i graciosa. Ecechiel. Cap. 3. fol. 118

Ebullit. heruir. Prov. 119. Expergiscere. dispertar, S. Leo. 32. Ephebi. mozo. hist. fol. 160. Egestas. pobreza. Prov. 162. Excollendo. labrar, i componer. hist. 169. Edaces. comedor. S. Amb. 183. Extorrem. desterrado. S. Greg. 201. Exestuat. acalorarse. Nazianc. 220. Exosam. aborrecible. Prov. 244. Evertit. trastorna. S. Amb. 255. Extricemus. desenrredarse. S. Basil. 261. Exterreantur. espantarse. S. Bernardin. 36. Extemplo. al instante. hist. 357. Edaces. comedores. Hug. Card. 183. Eoa, cosa de Oriente. hym. Epifanie. Egerit. sacar afuera. 251. Expiatorium. limpiar con sacrificio. 130. Extales. asaduras. Ephi. medida. Epystilia. chapitel. 3. Reg. 7. Eminus. de lejos. Exedram. cenaculo. Exitia. muertes desastradas. miserias. 76. Excidia. destruccion. ib. Excideris. caer, o morir. 187. Exiles. cosa debil. Elisos. quebrantar, ahogar. Excursibus. salidas afuera. 362. Excubias. hacer la guardia. velar. Enixa. parir. Egestas. mengua, o pobreza.

F.

Fasce. carga. S. Greg. fol. 44. Frustatim. apedazos. Abb. Cluniac. 63. Falanges. gente de apie ordenada. Tritem. 69. Facinus. mala hazaña. Crisolog. 71. Flagitium. pecado de luxuria. Did. Stell. 220. Fastu. altiuez. Crisolog. 229. Fucus. afeite engañoso. Crisolog. 262. Facultam.

la hacha. S. P. Aug. 267. Flagrum. azote cruel. 335.
Fascia. la mantilla. hym. passion. Fas. licito. Focum,
o faxa. hoguera. hist. 358. Flamine. el soplo. Kemp. 363.
Fila. raeduras. 179. Funiculum. medida. Psalm.
Farris. los granos. hym. S. Thom. a V. N.a Fœnus. la
usura. ibid. Fossus. cabar, horadar. hym. Dolor. Fruga-
litas. templanza. S. Ambr. 186. Fatum. el hado.
Fessam. cansada. hym. S. Julianę. Fex. hez, ó sucied-
ad. Psalm. 74. Fibris. el Corazon. hym. S. Joan. Bap. Fulc=
rum. sustentador. 354. Fusninula. hierro de tres
dientes. 1. Reg. Frusta. en partes. ib. 5. Reg. 1. Fundi
bularii. el que tira con honda. 4. Reg. 3. Fouendo. ca
lentar, ó abrigar. hym. Iam lucis. Fraudulenter.
engañosamente. 126. Fimus. estiercol. Reg. c. 14. Fur.
el que roba a escondidas. Fauila. pavesa. Felis. el Gato
Floccus. tener en poco.

G

Garrulum. parlante. S. Antonin. fol. 32v. Genas. los parpados, o mexillas. Damasc. 33. Glacies. yelo, o elada, o escarcha. in Cant. Benedic. Gazis. riquezas grandes. hym. S. Thom. de Villa. N.a Gurgitis. congregacion de aguas. hym. Epifan. Grando. el granizo. Gliscens. mucho desear. hym. SS. Mart. Gyrum. al reedor. in offic. S. Clement. Gyneceum. aposento, o retiro. Grues. la grulla.

H

Habena. la rienda. Mansi. fol. 24. Hebetat. embotar. Cartul. 226. Herodii. Cigueña. Psalm. 203. Hyadas

constelacion, o lluvias. Job. Cap. 0. Estrellas. Hulcus. las llagas. 4. Reg. 20. Heccine. por ventura estas cosas? Hamus. anzuelo. 197. Hoedi. los Cabritos. Homun=cio. el hombrecillo. in hym. S. Thom. Helluones. Comedores.

Y

Ysanientium. enloquecer. Abb. cluniac. fol. 63. Yntingo. mojar. Ynclinare. doblegar. Kemp. 362. Ympendis. ganar. S. P. Aug. 20. Yrretiendum. en=gañar. hist. 30. Yrroratur. lavarse. S. Bern. 353. Yur=gia. reencillas. Kemp. 157. Ynguine. partes vergon=zosas. Reg. 2. Cap. 2. Ynditus. meter adentro. S. Basil. 183. Yuniperi. el enebro. S. Ant. Pasav. 191. Ympune sin pena, y sin castigo. S. Pet. Dam. 220. Ygnavo. perezoso. S. Bernardin. 246. Yllecebras. alagos. S. Ambr. 255. Yn=glorius. sin honrra. S. P. Aug. 269. Ynducias. treguas. D. Xprom. 318. Ynterest. no estar lexos. S. Bern. 212. Ysani=am. locura. 265. Ymber. agua llovia in Cant. Benedicite.

Impingere. tropezar. Xptom. 12. Inertiam. flogedad. S. Ysidor. 175. Infer.[b] debaxo. Incalescat. calentarse. Vitabitur. deslizarse. Icta. herida. hym. S. Julianę. Insultat. mal hacer. 161. Interferat. en medio. hym. Iugeri. obrada. 14. Reg. Intestina. tripas, iasaduras. Ilia. los ijares. Indusio. la camisa. S. Franc. Solani. Illic. alli. Illuc. en aquel lugar. 361. Iusculum. el caldo. in offic. S. Nicol. Inhiat. apetecer, ô desear. 74. Innotescere. ser conocido. 219. Irrumpat. entrar de repente. 172. Incola. forastero. Indesinenter. de continuo. Iuniperi. el Enebro arbol. 191. Inuro. señalar. Iugiter. perpetua, o continuam.te Impropero. dar en rostro.

L.

Lassari. cansarse. S. Greg. fol. 44. Lepida lues.
pestilencia con donaire. S. Antonin. 321. Laqueus
comptus. lazo compuesto. S. Ephr. ib. Lingit. lamer.
S. Bonab. 119. Labilis. deslizarse. ib. idem. Liuorem.
inuidia. S. Bern. 52. Leniit. amansar. S. Amb. 73. Liba-
mina. sacrificio. Laur. Episc. 74. Longanimitatem. sufrim.to
S. Bern. 77. Liuido. luxuria. Orig. 83. Lippitudo. dolen-
cia de ojos. S. Bern. 176. Languere. enflaquecerse. S. Bern. 242.
Labes. aguacero. S. Basil. 220. Latebras. escondridijo. Oleas.
231. Languidi. flojos. S. Bern. 250. Libauit. abrir. S. Amb.
255. Littoribus. riberas del mar. S. Bern. 283. Luculentam.
clara. S. Basil. 283. Litium. el lizo. Justin 309. Luxus. su
perfluidad. S. Amb. 313. Lubricum. resbala. S. Amb. 156.
Lacessitus. provocar. S. Amb. 161. Liuidum. inuidioso
Limine. el umbral. Vers. 70. Lautas. delicadas. 257. Lic
toribus. aguacil, ô verdugo. in offic. S. Pantal. Latenter.
escondidam.te S. Cypri. 255. Lenam. alcagueta. Paul. de Palat.
5. Ludus. burlado. hym. S. Bern. in prep. Missę. Lorum.
1 atado. ibi. Lupanar. burdel. 5. Languens. enfla-
quecerse. hym. Latex. vino, o agua. hym S. Joan. bap. Laxis.
ensanchar. ibid. Ligonum. hazada, ô hazadon. Luterem.
lebrillo. 4. Reg. 16. Lucos. bosques. 18. Lude. exercitarse.
361. Liuor. inuidia, ô señal de ella. 273. Loculos.
Bolsas. 134. Lithostrotos. suelo solado. Latro. el que
roba publicam.te Libido. la gana, o deseo. Lectica.
silla. Larua. la mascara. Laruati. enmascarados

Lentescat. hacerse blando. in himno Pasionis.

M

Macellum. magro. Tertul. fol. 118. Molitur. apareja. S. P. Aug. 175. Marore. tristeza. S. Bonav. 191. Mugientes. bramar. 384. Meta. nectar, ō dulzura. hym. Ascens. Mutio. hablar entre dientes. 202. Macie. la magreza. hym. in prep. Missę. Monile. el collar. hym. S. Thom. a Vª. Nª. Mixtisti. mezclar. Job. Melotes. pellejos de Oveja. Mancipatur. comprar para si. 125. Mercimonio. mercaderia. 131. Mentum. barba Mollitiem. delicadeza. 108. Mactat. sacrificar, aumentar. 74. Migma. cosa pura, y limpia. Isai. c-30. Metiri. medir. Meta. el termino. Psal. Asum. ~~Mech~~ Macha. la adultera. Moriones. los bobos. Mirteta. el arrayan. Isai. 25.

N.

Nefas. illicito. S. Hieron. fol. 118. Nequitia. maldad. S.
Bonab. 78. Nodum. el lazo. hist. 159. Nitoris. resplandor.
S. Antonin. 204. Nequam. cosa luxuriosa. Ecl. 271. No
vacula. navaja. Natium la nalga. Nundine

las ferias, o mercados. Nevus. macula, o tacha.
Necdum. no solamente

O

Oscitantiam. pereza. Alvar. fol. 204. Ocyssime. ligerissimamente. S. Basil. 261. Obrrepit. venir tacitamente. S. Gori. 255. Olfacta. sentir el olor. in Offic. S. P. N. Aug. Oriorta. costellacion del Cielo. Job. Cap. 9. Oram. la orilla del vestido. in lect. 3. S. Simban. Olus. hortaliza. ad Roman. 14. Obturatio

cerrar. 158. OCYUS. ligerissimo. hym. Orcus. infierno gentilico. hym. S. P. Aug. Olusculis. hortaliza. S. die. infraot. S. Guill. 2. lect. Oppido. en gran manera. luego Olea. la oliba. =

P.

Preceps. arrebatado. S. Ephren. fol. 321. Pallore. amarillez. S. Hieron. 80. Pernities. destruccion. S. Ephr. 321. Planctu. herir el pecho llorando. hist. 71. Pollicetur. prometer. S. P. Aug. 25. Plectrum. instrum.to S. Valerian. 158. Pedisequos. compañeros. S. Petr. Dam. 220. Pene. quasi. Ibid. S. 220.

Pluris. mas, Senec. 228. Perperam. cosa mala, ó falsa. S. Bern. 240. Petulantem. desuergonzado. S. Ambr. 257. Presure. congojas. S. Ambr. 313. Pecus. pieza S. P. Aug. 315. Perpes. perpetuo. Proficiscitur. ir, i venir. S. Bern. 349. Putor putoris. hedor, hediondez. S. P. Aug. Pollicetur. prometer solemnem. S. P. Aug. 25. Pulmentum. manjar de carne sin hueso, poleadas. Prestigiarum. encantam. in Offic. S. Pantal. Poma. fruta. in lect. 1. S. Clare de Mont. falc. Pruina. elada. Psalm. Palato. paladar. in offic. S. P. N. Aug. Pallore. amarillez. S. Hieron. 80. Pressere. acongojar. hym. Dol. Premo. cargado, ó acongojado. hym. S. Bern. Preit. preceder, iendo delante. Cassian. 19. Pinguedinem. gordura. 368. Pugil. exercitador. 246. Plectrum. instrumento. 158. Procul. de lexos. de cerca. sin duda. si en verdad. 158. Pauete. auer pauor, o miedo. 125. Produnt. vel Proditor. hacer traicion. 129. Presago. cosa adiuina. hym. S. Joan. Bap. Perferat. sufrir hasta el cabo. hym. Prodet. manifestar. 374. Polente. poleadas. 18. Reg. 1. Pyrorum. perales. Paleas. palas. Peltas. escudos 3 Reg. 7. Perpes. continuo. perpetuo. hym. Promere. merecer. hym. SS. Mart. Perferat. sufrir hasta el fin. Perperam. cosa mala. Pugiles. el soldado q. desafia. 349. Pruritu. tener Comezon. 105. Podere. ropa rozagante. Apocal. Puerpera. la muger parida. Presul. Prelado. hym. Comp. Paludem. laguna de agua. Porrigit. lebantar. fol. 16. Peruium. cosa que se puede pasar. fol. 19. Pagani. el infiel, q no a recibido la fee. Prorsus. del todo. recto. Prelibatio. el gustar. Plicas. arrugas.

Papilla. la teta, o pezon. Patruus. el herm.no de Padre. Philargiria. amor al dinero.

Q

Quicquam. alguna cosa. S. P. Aug. fol. 288. Quamtumlibet. quanto quiera q. S. Bern. 313. Quasatio. quebrantadora. S. Antonin. 321. Quominus. para que no. fol. 260.

Quamquam. aunque. 377. Questum. queja, ó querella 131.

R

Rictu. abertura dela boca. Abb. Cluniac. fol. 63. Resipiscentia. la enmienda. S. Ysidor. Pelus. 70. Relaxantes afloxar. Mans. 24. Reflatum. soplo. S. Basil. 161. —

Racha. ira con odio. S. Alb. mag. 265. Rubiginem. herrumbre, Justinian. 309. Rapina. robo S. Hier. 314. Rependere. recompensa. S. P. Aug. 20. Reor. pensar. hist. 169. Ramenta. raeduras. 179. Rimae. aberturas. S. Cypri. 212. Rores. rozios. in Cant. Benedicite. Rupes. la peña. in offic. S. Rosal. Religa. atar. 158. Revelle. arrancar. hym. S. Joan Bap. Revereor. tener reverencia. 20. Rubens. colorada, hym. Missae. Retuse. escondidas. 13. Reg. Recensui. contar. 14. Reg. 1. Ratibus. balsas. ib. 5. Vox in Rama. llegaron hasta lo alto del ayre los alaridos delas mugeres de Bethelen. Recrudescit endurecerse mas. 172. Redolet. oler. 321. Ruat. caer hasta llegar al suelo. 191.

S.

Seuitia. crueldad. D. Xpstom. fol. 78. Synaxi. comunion. S. Athanas. 82. Stupore. espanto. S. Leo. 32. subsanant. mofar. Ludov. Blos. 177. Stridebunt. rechinar. S. Ambr. 183. Scurrilitas. truhaneria. S. Ambr. 185. Satius. mejor. hist. 193. Sugillat. magullar. 211. Supeditet. seruir. hist. 216. Superuiant. ensoberbecerse. S. Pet. Dam. 220. Scopus. el blanco donde ua el tiro. S. Nilo. 230. Satagere.

congolarse. S. Dorot. 240. Sordium. inmundicia. S. Alber mag. 242. Socors. descorazonado. Stob. 246. Supplantant. armar zancadillas. D. Xptom. 257. Solerter. ingeniosa, i agudam.te S. Greg. 266. Sedula. cuidadosa. Rupert Ab. 280. Scatebre. saltaderos. S. Basil. 283. Stygis. el lago infernal. Segni. perezoso. S. Leo. 313. Stultitia. boberia. Crisolog. 315. Spiculum. saeta. S. Ephr. 321. Stringo. apretar. Scelera. grandes pecados. S. Bernardin. 36. Simultatis. competencia de odio. S. Cypri. 53. Squalor. suciedad. Sophie. sauiduria. hym. Subductis superciliis. lebantadas las cejas. Salmer. 90. Simile. 3 Reg. Cap. 4. acemite. Serpit. entrar gateando S. Cypr. 79. Scopulos. roca, o peña. in lect. 3. S. Limbaniæ. Scortum. la muger puta. Jos. Cap. 34. Sontis. lo dañoso hym. S. Thom. a V.a N.a Stillicium. goteras. hym. S. Bern. Sarcina. carga. hym. translat. S. P. N. Aug. Sordescere ensuciar. Sordida. sucia. Subulcum. porquero in lect. S. Patricii. Strofium. faja, ô cinta. hym. S. Joan Bap. Serta. entretegida. ibid. Siccine. es assi. Sarcina. carga. Seu. o. Similam. acemite. Stratoria estrado, ô cama. 2. Reg. c. 17. Strues. hacina de leña. Simia. la mona. Sepes. cercados. Psalm. 88. Sellam. silla, ô asiento. 4. Reg. 8. Stragulum. alfombra. ibidem. Stibium. Alchool. 4. Reg. 10. Sartatecta. reparos. 12. Schismata. diuidirse, ô apartarse de la Yglesia. diferunt heresis, et Schisma sicut genus, et species; quia omnis hereticus, est Schismaticus, sed non econtra, nisi perseueret. S. Hyeron. Squalide. suciam.te in Lament. Saginatum. cebar. 185. Sucrescunt. poner debajo. 191

Satis. bastante. 203. Scopus. el tiro. 230. Sophiam: sabiduria. hym. S. M. Monic. Sospes. salvo. hym. S. Jo. fac. Serta. la Corona. hym. S. Joa. Seras: cerradura, ollabe. 119. Succumbit, ser vencido. 203. Sufocatis. matar ahogando. Stultus. loco, bobo, necio. Saxa. piedra. Sutor. zapatero. Simultas. enemistad. Stemmate. de buena familia. Sura. la pierna

T.

Truncabant. cortaban. Abb. cluniac. fol. 63. Tumidi. hinchado. S. Bonab. 78. Transforat. horadar. Hug. victori. 192. Talpa. topo. 198. Tabefacit. enflaquecer. S. Greg. Tol. Torporis. entumecim.to Blosi. 244.

Tela. tela. Xptom. 285. Torcular. torno. S. P. Aug. 307. Trux. cosa cruel. Typicum. figuratiuo. hym. Corp xpti. Triclinium. tres mesas puestas en orden. Torum. el lecho. Tetrice. grabe, y seuero. in offic. S. Rosal. Turbo. ramo de rosas nacidas. hym. SS. Innocent. Torrida. tostada, ò quemada. hym. Tridentum arrexaque de tres puntas. Typo. en forma. 2. Reg. Tali. los calcañales. 2. Reg. 22. Tabulatum. corredor. 3. Reg. 5. Trices. no detenerse, no embarazarse. Eclesi. 32. fol. 361. Textrinum. lugar en que se texe. tobi. c. 2. Tegmine. cubierta. Tumente, hym. S. M. Monicę. ensoueberse. Tella. la ruindad. 245. Tessera. señal. Toparcha. gobernador.

V.

Virus. ponzoña, ò hedor. S. P. Aug. fol. 71. Viscum liga. S. P. Aug. 190. Voluptas. deleite. S. Ant. 197. Vertigine. remolino. Nacianz. 220. Venalem. vendible. S. Greg. 229. Voragines. tragadero, ò remolino, de agua. Xptom. 255. Utrinque. por todas partes. id. ibid. Viscere. de corazon. Crisolog. 315. Virgulti. la mata, ò varas. 384. Vicissitudinem. mudanza. S. P. Aug. 20. Vectigal. renta rentada. Viror. la hermosura, o verdor. Veterno. modorra. D. Xptom. 181. Villicum. aperador, o capataz. S. Luc. cap. 16. Uter. el zaque. Psalm. Vitorem. vengador de la injuria. Psalm. Uda. humedecida. hym. Dolor. Vulpes. la zorra. o raposa. Ulciscar. vengarse. Vexat. fatigar, o molestar. S. P. Aug. 274. Vegetat. recrear. 276. Versucias. astucias. Versipellem. malicioso. asturo. fol. 1. Vatum. el varon, ò hembra. hym. S. Joan. Bap. Vereor. temer con verguenza. 20.

Vagit. llorar el niño. hym. Crucis. Vomerum. la reja. Valuas. puertas. 4. Reg. 18. Vltro. de buena gana. Vegetat. recrear. esforzar. 276. Vitta. venda, ô apretador. Ecclesiast. 12. Venustus. gallardia. Vol. Vesana. loca. hym. Sp. Sti. Vlcus. la llaga. in lect. S. Elisab. Vter. el Zaque. Psalm. Vereri. tener acatamto. o amor filial. fol. 19. Vegetat. esforzar, ô dar fuerzas. Verum enim vero. a la verdad. Vicisitudo. mudanza de vno en otro.

X

xenia. presentes, ò dones. Blosi. fol. 312. **xenodoxia.** vanagloria. S. Ambr.

Z

zelus celotypus. celo inuidioso. S. Antonin. 321

Senec. cum his conuersare, qui te corrigant.

S. P. August.

Raro, et magna necessitate obiurgationes adhibendae sunt.

Idem: ille iustus reprehensor est, qui non habet, quod in illo reprehendat.

S. Bern.

Currentem non aprehendit, qui et ipse pariter non currit; et quid proderit Christum sequi, si non contingat consequi?

Nazianc.

Non tan sepe respirare, quam Dei meminisse debemus.

Aristot.

Perfectum est, cui nihil deest.

S. Dionys. Areop.

Diuinorum diuinissimum est, cooperari ad salutem Animarum.

Ex Philosop. Publio.

Diu deliberandum est, quod faciendum est semel.

Valer. Max.

Tarditatem suplicij, rigore compensat.

S. Maxim.

In ignem, et in mulierem incidere, equale periculum est.

S. Cyprian.

Nihil consideretur curiose in alienis vultibus.

Eclesiast. 18.

Antequam loquaris, disce.

S. Paul. ad Corint. 12: non quero quae vestra sunt, sed vos

S. P. Aug. serm. 171.

Si ergo aliquando sæuit parcendo, bonum est, ut subueniat castigando.

Si Dios no castigandonos aqui, dexa tomar cuerpo à su enojo; y castigandonos aora, desarma todo el rigor de su ira: mejor es, que nos tenga exercitados en el purificatorio de su clemencia, que regalados en el remuneratorio de su Justicia.

S. Chryst. serm. 5. de prodit.

Mors inuitis imperat, volentibus seruit.

Psalm. 49. arguam te, et statuam contra faciem tuam. Sait S. P. Aug: quæ post dorsum posuisti, ante faciem ponam. videbis fœditatem tuam, non ut corrigas, sed ut erubescas.

Prov. 18.

Impius, cum in profundum venerit peccatorum contemnit.

Flumina Babylonis sunt omnia, quæ hic amantur, et transeunt.

S. P. Aug.

Eclés. 18.

Memento paupertatis in tempore abundantiæ, et necessitatum paupertatis in die diuitiarum.

Seneca.

Maior sum, et ad maiora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis.

Verum, ô Dñe, quid prodest velle, nisi tu des perficere?

Axioma.

Quid quid agant homines, intentio iudicat omnes.

S. P. Augs.

Numquam quis ciuis Cælorum erit, si otiositatem amauerit.

Job: nihil in terra sine causa.

S. Ambros.


Indecorum est, homines curare de cibo, qui militant Dei Regno.

Tobias. 4.

Consilium semper â Sapiente perquire.

S. Basilius.

Inter Monachos paucos salbari.



LVX AN MB